438. *πολλᾶν ἄκουσον* Rob. *πολλῶν τ' ἄκουσον* Ald. quamquam G. *πολλῶν ἄκουσον* habet ut M. *πολλῶν δ' ἄκουσον* Turn. Removit rursus particulam Victorius. *τέρμα τ'* Rob.

440. *ζῶνας τε* M. Rob. *ζῶνάς τε* Ald. Hesychius *ζώνας τε συλλαβὰς πέπλων, ἀντὶ τοῦ αἷς ζώννυμαι καὶ τοὺς πέπλους συλλαμβάνω.*

441. *τύχαν* M. G. E. *τύχᾳ* P. Rob. *τύχειν* Ald. *τύχῃ* vulgo inde a Turnebo. *γυναικῶν* omnes. Veterum librorum *τύχαν* ex *τάχ' ἂν* ortum esse intellexit Marckscheffelius p. 171. Verum non debebat *γυναικῶν* servare, sed scribere *γυναικί.*

πέλοι M. Rob. et ex correctione G. in quo prius *πέλει.*

442. *καλεῖ* M. G. E. Rob. *καλή* Turnebus.

σ εύσον

443. *λεξον* M. *λέξον* G.

γηρυθεις M. *γηρυθεὶς* G. *γερυθεὶς* Ald. Correxit Turnebus. Libri *ἔσῃ.*

444. *ὑπὸ στήσει* M. *ὑποστήσει* ceteri. Correxit Wellauerus.

445. *περαίνειν* Rob.

446. *πίναξιν* M. G. Rob. *πίναξι* Turnebus.

447. Libri *ἀλλὰ πῶς φράσον.* Similiter quidem *πῶς τοῦτ' ἔλεξας* in Persis v. 794. et Sophoclis Aiace v. 270. Sed quod Abreschius coniecit, *ἀλλ' ἁπλῶς φράσον*, melius convenit cum versu qui sequitur. Quare recepi. Comparat Abreschius Prom. 611. *οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ.* Addere poterat Choeph. 112. *ἁπλῶς τε φράζουσ', ὅστις ἀνταποκτενεῖ*, ubi videtur *ἁπλωστί* scribendum addendaque forma ista adverbii similibus in Sturzii Opusc. p. 255.

448. *ἀπαλλάξασθαι* G. pro *ἀπάγξασθαι.*

449. Libri *μακιστῆρα.* In ima pagina M. adscriptum habet *μακιστῆρα ἰόν.* Id in G. versui 469. supra adscriptum est. Hesychius *μακίστηρ, βέλος. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ μεγάλου.* Longum sermonem Aeschylus dixit *μακιστῆρα μῦθον* in Persis v. 699. Quod Stanleius, cuius adnotatio omissa est in Butleri editione, scripsit, malle se *μαστικτῆρα* legere, sumptum est ab Aurato. Eadem opera coniici poterat *λακτιστῆρα*, nisi scholiastae adnotatio, *ἥκουσα λόγον καρδίας δηκτικόν*, ostenderet scriptum fuisse *δακνιστῆρα.* Quod in Persis est v. 569. *στένε καὶ δακνάζου*, non adhibeam ut *δακναστῆρα* praeferam. Tales formae finguntur a poetis prouti cuique loco accommodatae videntur. Similiter avicula quaedam et *δακνάς* et *δακνίς* dicta est.

451. *καὶ μὴν* (*μὲν* P.) *πολλαχῇ γε* M. G. E. P. Rob. Delevit *μὴν* Turnebus.

454. ἐσέβηκα M. P. E. Rob. ἐσέβηκε G. nam α in M. obscurius. ἐσβέβηκε Turnebus. Emendavit Schützius.

457. ὁμαίμους M. G. E. Rob. Correxit Turnebus.

458. Choeph. 861. μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος.

461. ὅμως ἀνάγκη Rob.

462. ἰητῆρος ante correctionem G.

464. Exciderat hic versus ea sententia, quam supplevi. Neque enim sequente versu cum Aurato et Heathio scribi poterat κλάδους γε τούτους.

465. ἀΐψ M. αἶψ' ceteri. Non aptum hic αἶψα commutavi cum ἄψ, etsi id Valckenarius in Diatriba p. 139. in Attica scena prorsus inauditum esse dixit. Sed omnino huius fabulae dictio propius accedit ad Homericam.

466. ἄλλων P.

467. τοῖς δ' ἀφίξεως Rob.

469. καταρχῆς M. G.

470. οἶκτος εἰσιδὼν τάδε libri. εἰκὸς Turn. Miseratio dicta pro miserante non videtur displicuisse Porsono ad Med. 139. de iterato γάρ disserenti. Scripsi οἰκτίσας, ἰδὼν τάδε. Patet autem hoc γάρ non ad proxime praegressam sententiam, sed ad illa referendum esse, μηδ' ἀπορριφθῇ λόγος ἐμοῦ.

471. στόλον Rob.

475. εὖ ῥέοντα προσξένον M. εὖ ῥέοντα πρὸς ξένον G. εὐρέοντα πρὸς ξένον Rob. εὖ ῥέοντα πρόξενον Turn. Emendavit Porsonus: et πρόξενον scribendum esse iam Canterus viderat.

478. Libri πολισσούχων ἕδρας, nisi quod ν in πολισσούχων prius σ fuisse videtur in M. Posui aliud epitheton. Nam scriba antiquissimi codicis ad praecedentem versum respiciens πολισσούχους scripserat. Bothius quum ex duobus versibus unum faciendum putaret hoc modo, ξύμπεμψον, ὡς ἂν θεῶν πολισσούχων ἕδρας εὕρωμεν, non videtur reputasse removeri ista ratione verba non temere posita βωμοὺς προνάους. Id enim curandum maxime erat, quod rex dixerat, ὡς ἴδωσι τῆσδ' ἀφίξεως τέκμαρ πάντες πολῖται.

479. ἀσφαλείας δὲ δι' ἄστεώς M. G. Sic etiam E. sed δι' ἄστεος, ut Rob. qui ἀσφαλεία δέ. A Turnebo profectum ἀσφάλεια δ' ἢ δι' ἄστεος.

482. φυλάξαι M. a m. prima.

Scholiastes μὴ θαρρήσας μόνος ἀπελθεῖν φοβηθῶ ὑπό τινος. Qui si haec rectius explicasset, non venisset quibusdam in mentem φόνον scribere, quod acriter tuetur Marckscheffelius p. 213. Nam ista scriptura Argivi ut proni ad caedem notarentur. Hoc dicit Danaus: *vide ne, si solus per urbem eam, hominis peregrini ipsoque cutis colore stuporem facientis audacia metum civibus incutiat, concursusque fiat et pulsatio, in qua facile accidere potest, ut quis eum qui minime hostis est occidat.*

485. *ἀστίκτους* M. G. P. E. *ἀθίκτους* Rob. *ἀστικοὺς* Turn.

486. *ξύμβολοι* sunt *obvii*, ut in Prom. v. 488. *ἐνοδίους συμβόλους* dixit. Dubitari tamen potest an *ξυμβολοῦσιν* scripserit, ut in Sept. ad Theb. 334. *ξυμβολεῖ φέρων φέροντι*, quod Hesychius *συντυγχάνει* est interpretatus.

488. Recte libri *κίοι*. Non contendam tamen non potuisse *κίει* scribi, quod Schützius posuit.

489. *δρῶ; τί θράσος* P.

νέμεις M. P. E. Rob. *νέμοις* G. Non opus ut cum Porsono *νεμεῖς* scribatur.

492. *ἐπιστρέφω* M. G. E. quod chorus loqui putabatur. *ἐπιστρέφου* Rob.

493. *ἂν ἄλσος ῥύοιτό με* M. a m. prima.

494. *ἅρπαγες ἐκδώσομεν* M. G. E. Rob. *ἁρπαγαῖς* Turn. Pronomen addidit Porsonus.

495. Libri *ἀλλ' εἰ*. Emendavit Porsonus.

496. *Fausta sit oratio fausta audienti.*

497. *φόβῳ* omittit Rob.

498. Libri *ἀνάκτων*. Apertum est poetam *ἀνάρκτων* scripsisse. Sunt enim virgines *ἄναρκτοι* absente patre.

499. Libri *φρενί*. Emendavit Heathius.

500. Libri *ἀλλ' οὔτι δαρὸν χρόνον ἐρημώσει πατήρ*. Deest pronomen, neque Aeschylus *χρόνον* utraque brevi in medio trimetro posuisset. Quare *ἀλλ' οὔτι δαρόν σ' ἐξερημώσει πατήρ* scripsi.

502—504. omissi in Rob. In M. scripti sunt a m. secunda in margine, in G. in textu et iterum in margine.

502. *πιετω* M. *πιέτω* G. in margine et P. *ἐπιέτω* G. in textu et E. *πείσω* Turnebus.

503. *τοῖα* M. P. E. et in textu G. *τοῖαδε* G. in margine. *ποῖα* Auratus, quod superscriptum in P.

505. *παραιτῶ* Rob.

506. Libri *πορσύνων*. Correxit Heathius.

507. Dubitari potest sic an *πειθοῖ* poeta scripserit.

511. Libri *πείθου*. Lobeckius ad Aiacem p. 283. prioris, p. 250. alterius editionis, ingeniose coniiciebat *πείθου τι καὶ γένει σῷ ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν*.

514. *τὰν μελανόζυγαταν* M. *τὰν μελαναζύγαταν* G. *τὰν μελανοζυγάταν* Rob. *τὰν μελανόζυγ' ἄταν* P. E. Scholiastae interpretatio, *τὴν ναῦν ἐν ᾗ βλαβήσονται*, omitti postularet articulum. Rectius nigros homines, qui in navi sint, respici vidit Stanleius, de quibus est v. 689.

πρέπουσι δ' ἄνδρες νηΐοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

Inest tamen in verbis simul etiam atri mali significatio.

515. Libri *τὸ πρὸς γυναικῶν*. Patet hoc non solum propter *γένος γυναικός* ferri non posse, sed etiam propterea quod Iuppiter, qui pariter ut Io generis earum auctor est, excluderetur. Quare in *τὸ πρὸς γεναρχᾶν* mutavi.

519. Libri *πολυμνήστωρ ἐφάπτωρ*. Emendavi in Elem. doctr. metr. p. 232. Et *ἐφάπτορ* quidem etiam Porsonus.

520. Quod libri habent, *δίας τοι*, non erat mutandum. Sensus est, *εὐχόμεθα γένος εἶναι ἀπὸ τῆςδε δίας γῆς, ἔνοικοι αὐτῆς*.

εὐχώμεθ' E.

523. Scholiastes *ἐπωπάς* interpretatur *κατανομάς*. Alii hoc pro *ὀπωπάς* videntur accepisse. Recte intellexit Paleius inspectionem Argi, observantis in pascuis vitulam, significari. Sic Stephano Byzantio teste *Ἐπώπη* Acrocorinthus dicebatur, quod inde Aeginam prospexisset Sisyphus.

526. *ἁμαρτίνους* ante correctionem G.

531. *ἰάπτει βασίδος* M. G. et codex Robortelli. *ἰάπτει ἀσίδος* Robortellus. Correxit Turnebus.

533. *μουσῶν* M. G. Rob. Correxit Turnebus.

534. Libri *λύγιά τε γύαλα*. Scripsi *Λύδιά τ' ἀγ γύαλα*. Et *Λύδια* quidem iam Turnebus.

535. *ὁρῶν* M. a m. prima et Rob. *ὅρων* M. a m. secunda. *ὀρῶν* G. E. Scripsi *ὅρων* ex margine codicis E. Nam in melicis tragici non *ὀρῶν*, sed *ὀρέων* dicunt.

κυλίκων G.

536. Quod libri habent, *παμφύλων τε γένη διορνυμένα*, ortum videtur adscripto *γένη* ad corruptum *παμφύλ*, in quo quis *φῦλα* sibi visus erat legere. Eiiciendum esse *γένη* Heathius vidit. Spondeum defendit nomen proprium.

537. *τὰν* M. G. P. *πὰν* ex codice suo affert Robortellus: ipse *πὰρ* voluit, sed in textu eius *ρ* excidit. *τοὺς* Turnebus. Scripsi *γᾶς*.

Post *ποταμοὺς* M. Rob. *δ'* habent, non G.

ἀεννάους M. G. antequam corrigerentur.

Nobiles fluvii sunt Pamphyliae Cestrus, Catarrhactes, Melas, Eurymedon.

538. *τὰς ἀφροδίτης* M. G. Rob. *τᾶς Ἀφροδίτας* Turn. Scribi debebat *τὰν Ἀφροδίτας*.

540. *εἰσικνουμένου* M. sed ut ultimae duae vocales in rasura scriptae sint a m. secunda, et P. E. Rob. *εἰσικνουμένη* G. Nimis inepte coniuncta sunt *ἱκνεῖται δ' εἰσικνουμένον βουκόλον*, quod scholiastes explicat *ἱκνεῖται δὲ δῖον πάμβοτον ἄλσος, τοῦ οἴστρου τῷ κέντρῳ αὐτὴν διατρυπῶντος*. Defenderunt tamen Marckscheffelius p. 188. et Paleius scripturam aperte a dormitante librario profectam. Lusui in similitudine verborum ibi tantum locus est, ubi aliquid ad sententiam confert. Dictioni poeticae magis hic convenit participium quo Io, quam quo

asilus significetur. Talia complura inveniri possunt. Rei aptissimum videtur *ἐγκεχριμένα*. Prom. 564. *χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος.*

543. *τ'* pro *ὄντ'* Rob.

544. *τυφώμενος* G.

545. Schützius *ὕδωρ τε Νείλου*. Tenendam duxi librorum scripturam, de qua recte scholiastes, *ἐπεξηγήσατο δὲ τί ἐστι τὸ μένος τοῦ τυφῶ, εἰπὼν τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου*. Tueri videtur ipse Aeschylus in versibus de incremento Nili (fr. 305.) apud Athenaeum in fine libri II.

ἔνθα Νεῖλος ἑπτάρους
γάνος κυλίνδει πνευμάτων ἐομβρίᾳ,
ἓν δ' ἥλιος πυρωπὸς ἐκλάμψας χθονὶ
τήκει πετραίαν χιόνα, πᾶσα δ' εὐθαλὴς
Αἴγυπτος ἀγνοῦ νάματος πληρουμένη
φερέσβιον Δήμητρος ἀντέλλει στάχυν.

547. 548. *κεντροδαλήμοις θείας ἥρας* Rob. Sed in M. *θυΐας* scriptum est, ita ut post *θ* aliquid erasum sit, et *θεΐας* etiam G. habet. Aberratum est solo accentu. Scribendum enim erat *θυιάς*. Heathius *κεντροδαλήμοσι*. Erfurdtius *κεντροδαλήτισι*, quod recepi.

550. *χλωρω δεικμιατι* M. *χλωρῷ δείμακτι* G. *χλωρῷ δείματι* Rob.

552. Vulgo ut est apud Rob. *βοτὸν ἐρορῶντες δυςχερὲς μιξόμιβροτον*. Talem versum non scripsit Aeschylus. Genuinum vocabulum, quod nescio an assecutus sim quum non inventum alibi *κακόχαρι* posui, ab interpretatione expulsum esse, quoniam non intellectum erat accusativos pendere ex *θυμὸν πάλλοντο*, ostendit a scholiasta ad *ὄψιν ἀήθη* adscriptum *ὄψιν ἀήθη ὁρῶντες*, quod metri caussa in *ἐςορῶντες* esse mutatum prodit scriptura codicum M. et G. *ἐσ ὁρῶντες*.

554. Libri *τὰν δ'*, sed G. ex correctione, nam prius scriptum erat *τὰ δ'*. Ita vel sine libro corrigendum erat.

δὲ θαμβοῦν M. G. Rob. Correxit Turnebus.

555. Libri *τόδε*. Correxit Canterus.

558. 559. *ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου* M. *ζεὺς αἰῶνος κρεῶν ἀπαύστου* G. E. *κραίνων* margo M. E. *ζεὺς αἰῶνος κραίνων ἀπαύστου* P. *ζεῦς αἰῶνος κραίνων ἀθαύστου* Rob. Inter v. 557. et 558. rasurae in M. Pessimo numero legebatur *Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου*. Nimirum quod sequens versus exciderat, nomen Iovis addendum esse vidit librarius. At id fuerat in altero versu: hunc, ut antistrophicum, *δι' αἰῶνος* habere oportebat. Supplevi quae deerant usitata formula. Sic in Eumen. v. 317. *πράκτορες αἵματος αὐτῷ τελέως ἐφάνημεν*. Sophocles Trach. 251. *Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ*. 862. *Κύπρις τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ*.

560. Libri *βία*. Non vim, quae si esset vis ab Iunone illata, indicatum id oportebat, sed miseriam desisse dicendum erat. Quare *δύα* posui.

562. Frustra laboratum est in explicanda scriptura librorum, *δα-*

κρύων δ' ἀποστάζει πένθιμον αἰδῶ. Nam ἀποστάζειν non ea dicuntur, quae aliquid abiiciunt et removent, sed potius quae id conspiciendum praebent. Scribendum erat ἀποσχάζει. Πένθιμος αἰδὼς δακρύων est pudor cum dolore et lacrimis coniunctus, quod forma humana privata erat Io. Vnde in Prometheo v. 643. dicit καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι θεόσσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλία προςέπτατο.

568. φυσίζωον G.

Libri τὸ δή. Sensum perspexit Turnebus, qui hoc in τοδὶ mutavit. Nam v. 568 — 573. sunt verba, quae omnes homines dicere chorus ait. Recte Porsonus τόδε.

573. κυρήσας ante correctionem P.

574. ἐνδικωτέροισιν libri. ν abiecit Turnebus.

575. Non in fine huius versus duas syllabas debebant excidisse dicere critici, sed dactylum in principio versus, εὖτέ γε, ut ex antistropha apparet.

578. μὴχα οὔριος G.

579. Libri ὑπ' ἀρχάς. Correxit Schützius.

Perdidit operam Wunderus in censura Aiacis ab Lobeckio editi pag. 103. seqq. evicisse se ratus θοάζειν sedere significare. Redit ista opinio ad duo exempla, quorum unum hoc, alterum in principio Oedipi regis est, neutrum recte intellectum. Vt supra v. 86. seqq. chorus deos nullo labore solo nutu suo et voluntate omnia perficere dixit, in eandem sententiam hic dicit Iovem ad nullius imperium properantem, ὑπ' ἀρχᾶς οὔτινος θοάζοντα (properare enim debet qui imperia potentioris exsequitur), tamen celerrime efficere decreta sua: πάρεστι δ' ἔργον ὡς ἔπος σπεῦσαί τι τῶν βούλιος φέρει φρήν. Referuntur ad se invicem θοάζων et σπεῦσαι. Quoniam autem ipse talis est Iuppiter, gaudet etiam facere ut debilior potentiorem vincat, neque alio superiorem locum tenente infra sit positus. Vt ipsa verba reddam, hoc dicit, *sub nullius imperio properans, probat debiliorem fortioris compotiri infra, nullo superius sedente.* Σέβειν probandi significatu dixit in Agam. v. 1580. Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κάκοισιν οὐ σέβω, et in Eum. v. 741. τὸ μὴ ἀδικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει.

580. κρεῖσσον ὢν M. G. Rob. κρεῖσον ὢν E. Correxit Turnebus.

581. οὔτινος M. G. οὔτίνος Rob.

ἡμέν οὐ M. ἦμεν οὐ G. E. ἦ μὲν οὐ Rob. ἡμένου et σέβῃ Turn. Emendate Vict.

583. Libri δούλιος. Emendavit Auratus.

584. Non puto construendum esse εὖ cum θαρσεῖτε, ut sit εὐθαρσεῖτε τὰ τῶν ἐγχωρίων. Illud vero non contendam, non intercidisse versum inter hos duos.

586. ἀγγέλλων M. a m. secunda et E. ἀγγέλων M. a m. prima et G. Rob.

587. *ἐνόσπερ ἡμῖν* M. P. E. *ἔνεπε δ' ἡμῖν* G. *ἔνισπε δ' ἡμῖν* Rob.

ποι (sine acc.) *κεκύρτωται* M. *ποῦ κεκύρτωτάι* G. E. *κεκύρτωται* etiam P. *ποῖ κεκύρωται* Rob.

588. *χειροπληθύεται* M. P. E. Rob. *χειροπλη· θύεται* G. Qui *χεὶρ ὅπως* coniecerunt ut Turnebus, vel *χεὶρ ὅποι* ut Victorius, vel *χεὶρ ὅπῃ* ut Dobraeus, vel *χείρ θ' ὅπῃ* ut Dindorfius, bis idem dici fecerunt. Quare *χεὶρ ὅπερ πληθύνεται* scripsi.

590. *ὥστ' ἂν ἡβήσαιμι* M. G. *ὡς τ' ἂν ἡυλήσαιμι* Rob. *ὥστ' ἂν ἡγήσαιμι* E. *ἀνηβῆσαί με* Tyrwhittus.

γηραιῶ Rob.

592. *λόγων* M.

594. *καρυσιάστους* M. G. *καὶ ῥυσιάστους* Rob. *βαρυσιάστους* E.

ξύν τε Rob. *ξὺν* E.

ἀσυλία Rob.

598. *δημηλάτον* editio Aldina Stephani Byz. in v. *δῆμος*.

599. *ἔπειθεν* M. G. Rob. *ἔπειθε* Turn.

600. *ζηνὸς* M. E. Rob. *διὸς* G.

601. Libri *πρόφρων ὤν*. Emendavit Canterus. *Edicens, ne civitas magnam in futurum tempus Iovis iram augeat, quippe duplex a civitate piaculum aeque in hospites atque in ipsos cives commissum insanabile nutrimentum malorum fore.* Nimirum et hospites supplicantes non revereri et genus cognatum repudiare impium est.

602. *γρ. πλατῦναι* M. in margine et P.

603. *προπόλεως* M. *πρὸ πόλεως* ceteri. Id hic nihili est. Quare correxi.

606. *ἔκλαναν εὐκλήτορος* M. G. *ἔκλαν' ἄνευ κλήτορος* E. *ἔκραναν εὐκλήτορος* Rob. Correxit Turnebus.

607. 608. Libri *δημηγόρους δ' ἤκουσεν εὐπειθεῖς στροφὰς δῆμος Πελασγῶν· Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος*. Mirum vero, auditis oratoribus factoque decreto, rursum audiri disceptationes deliberantium. Apertum est solvi contionem debuisse. Itaque *ἔλυσεν* scribendum erat. Deinde qui scire potuit Danaus comprobasse haec Iovem? Accedit quod id dictum est cum insolenti productione augmenti. Immo optare debebat, ut comprobaret Iuppiter. Ob eam caussam *κράνειεν* scripsi. *Εὐπιθεῖς* Blomfieldius ad Prom. 341.

609. *λέξομεν* M. G. Rob. *λέξωμεν* Turnebus.

ἀργείους M. ante correctionem et Rob.

611. *ξενίοις ξενίου* G.

613. *ἀμέμπτων* M. Rob. *ἀμέμπτος* G. Optimi libri scriptura non minus quam sententia *ἄμεμπτον* scribendum esse indicabat.

614. Sept. ad Th. 686. *νῦν ὅτε σοι παρέστακεν*. V. ad Soph. Ai. 802.

εὐκτέα Rob.

615. *γένη* G.

616. *πυρέφατον* M. G. Rob. Correxit Turnebus.

Libri *τὰν πελασγίαν πόλιν*. Metri indicio posui *τάνδε Πελασγίαν*, deleto *πόλιν*. Trimetrum iambicum fecerat aliquis grammaticus.

617. Libri *τὸν ἄχορον*. At et metrum et sententia postulabat *τάν*. Optat ne urbs incensa deploret caedes proeliantium. Verborum ordo ostendit haec recta oratione enuntiata sic procedere, *μήποτε ἥδε Πελασγία τὴν ἄχορον βοὰν κτίσειε, βοῶσα μάχλον Ἄρη*.

βοᾶν G. Rob.

κτίσαι, non *κτῖσαι*, M. G. Rob.

618. *ἐν ἄλλους*, ut supra v. 385. *εἴ πού τι μὴ τοῖον τύχοι*, pro adverso, malo. Non male tamen Pauwius *ἐνάλλοις*. Theocritus I. 132. *πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο*.

619. *ὤκτεισαν* M.

620. *εὖφρον* G.

625. Libri *πράκτορά τε σκοπόν*. Scholiastes *Διὸς σκοπόν, τὸν Διὸς ὀφθαλμὸν τὸν πάντα σκοποῦντα*, ut *πάνσκοπον* legisse videatur. Certe id probum est.

626. 627. Libri *δυσπολέμητον ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι ἐπ' ὀρόφων μιαίνοντα*, nisi quod *ὃν* in G. puncto subscripto delendum significatur et M. G. *ἐπορόφων* habent. *Μιαίνοντα*, quod sane ferri non potest, Schützius in *κοταίνοντα* mutari volebat. Haud male: sed quoniam *βαρὺς δ' ἐφίζει* sequitur, credibilius est simpliciter verbum quod commorationem indicaret positum fuisse. Ea caussa scripsi *δυσπολέμητον, ὅστις ἂν δόμος ἔχῃ σφ' ἐπ' ὀρόφων ἰαύοντα*. Pronomen *σφέ* addi etiam hiatus postulabat.

630. *τοιγάρτι* M. a m. prima.

632. *ὑποσκίῳν* M.

635. Libri *τῶνδε*. Scribendum erat *τάνδε*, ut v. 653.

κενῶσαι G.

636. *στάσις* excidisse vidit Bambergerus, conferens Pers. 716. *τίνι τρόπῳ; λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς ἢ στάσις πόλει;* Magis etiam conveniunt haec in Eum. 961. *τὰν δ' ἄπληστον κακῶν μήποτ' ἐν πόλει στάσιν τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν, μηδὲ πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν δι' ὀργὰν ποινᾶς ἀντιφόνους ἄτας ἁρπαλίσαι πόλεως*.

637. 638. *πέδον τᾶς ἥβας δ'* M. E. *πέδον τὰς ἥβας δ'* G. *πέδον, ἥβας* Rob. Emendavit Porsonus.

639. *μηἀφροδίτας* M. sed postea *δ* post *μη* additum. *μὴ ἀφροδίτας* ceteri. *μηδ' Ἀφρ.* Heathius.

642—644. Legebatur *καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων θυμέλαι, φλεγόντων θ', ὡς πόλις εὖ νέμοιτο*. Sed *θ' ὡς πόλις* mala est coniectura Turnebi: nam *τῶς πόλεις* M. ut *ει* litteris aliquid supra

adscriptum fuisse videatur, et G. E. *τῶς πόλις*, supra adscripto *πόλεις*, P. *τὼς πόλις* Rob. Apertum est *γεραροῖσι* carere substantivo, et aut *γεμόντων* aut *φλεγόντων* redundare. Nimirum *φλεγόντων* per errorem scriptum erat pro *φλεόντων*, quo verbo usus est Aeschylus in Agam. 361. 1377. Eius interpretatio *γεμόντων* fecit ut omitteretur substantivum. Id quum videretur *προβούλοις* fuisse, ad eum modum ista emendavi.

645. *μέγα* M. G. P. E. Rob. *μέγαν* Aldina.

646. Libri *δ' ὑπέρτατον*. Canterus ex mala coniectura *Δί' ὑπέρτατον*. *Colant*, inquit, *Iovem, praecipue autem Iovem hospitalem*. Nulla offensio est in brevi syllaba finali, alio sequente numero. Scholiastes, stulte quidem *σεβόντων* participium esse ratus, adscripsit *τῶν γερόντων σεβόντων τὸν Δία τὸν ξένιον ὑπερτάτως*.

647. *ὡς* M. Rob. *ὦς* G. *ὃς* Turnebus.

648. *δ' ἐφόρους γᾶς* M. G. *δ' ἐμφόρους γᾶς* Rob. *δ' ἐφ' ὄργως* Ald. Inde *δ' εὐόρως* Turnebus. Veram scripturam *δὲ φόρους γᾶς* restituerunt Erfurdtius et H. L. Ahrens. *Τίκτεσθαι δὲ φόρους γᾶς ἄλλους εὔχομεθ' ἀεί*, ne inutile sit *ἄλλους*, sic est intelligendum, ut neque agros steriles fieri neque arbores exarescere optet.

651. *λόγους* M. G. E. *λόχους* Robortellus ex emendatione Sophiani.

652. *μὴ θέτις* G.

653. *δαΐξων* M. G. Rob. *δαΐζων* Aldina, et *δαΐζων* in M. prius scriptum fuisse videtur.

654—656. Libri *ἄχορος ἀκίθαρις*. Tum *δακυογόνου* E. *ἄρην* Rob. *βοάν* (*βοᾶν* M. a m. prima) *τε δῆμον* (*δήμων* Rob.) *ἐξω παίζων* M. G. E. P. Rob. Sed apud Plutarchum in Amatorio c. 16. p. 758. F. legitur *ἄχαριν ἀκίθαριν δακ... γόνον ἀρ..... τᾶτε δῆμον ἐξοπλίζουσα*, scilicet *μανία*, quam quum *ἀρειμάνιον* et *πολεμικήν* dicat scriptor, apparet eum quoque *Ἄρη* legisse, ut est in codicibus Aeschyli. Ex Plutarcho *ἄχορον ἀκίθαριν* recepit Porsonus. Scholiastes ad *βοάν τε δῆμον* adscripsit *ἐμφύλιον μάχην. τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσι βοήν*. Quae apertum est duo scholia esse, quorum prius ad *βοάν τ' ἔνδημον* ducit, quod Pauwius ponendum esse vidit. *Ἐξοπλίζων* Stanleius restituit. Vbi et verba singula recte se habent et constructio eorum non impedita est, intelligi putatur sententia, etiam si est obscurissima. Certant inter se hemichoria Argivis bona a diis precantes, ut non mirandum sit, si quando similia et propemodum eadem dicant. Non decebat tamen prorsus eadem repeti. Nunc v. 616. optaverant ne urbs ab hoste incensa periret, v. 652. ne peste vastaretur, v. 636. ne per seditionem mutuae caedes fierent, v. 656. optant ut morbi arceantur. Quis igitur est qui hic *λοιγός* dicitur? Istorum, credo, nihil, sed aliud quid. Iam quum *λοιγός* et *ἀνδροκμής* et *πόλιν δαΐζων* et *ἐξοπλίζων Ἄρη* dicatur, pugnarum et caedium caussas contineat necesse est. At et hostium in-

vasio et civile bellum iam sunt memorata. Accedunt aliae dubitationes. Omne bellum per se est ἄχορον ἀκίθαρι, ut non apta bello haec epitheta videantur. Itaque videri fortasse poterit rectius ipse λοιγός in Aeschyli libris ἄχορος ἀκίθαρις dici, ut qui finem faciat laetitiae. Magis autem verba ista clamori conveniunt, ut iungenda quis coniciat ἄχορον ἀκίθαριν βοάν, sicuti v. 617. τὰν ἄχορον βοάν dictum est. Tum vero delendum erit τε post βοάν, verbaque construenda hoc modo, ἐξοπλίζων ἄχορον ἀκίθαριν βοὰν Ἄρη δακρυογόνον, hoc est *excitans lugubres clamores propter lacrimabile bellum.* Denique quid sibi vult βοὰν ἔνδημον? Nam quis alius quam populus lamentetur? Omnino, si βοά luctum significat, plane ineptum est eam ἔνδημον dici, quod non potest fieri quin referatur ad aliquam ἔκδημον βοάν, de qua hic cogitari non posse patet, quia peregrini atque exteri utrum doleant necne, nihil ad rem pertinet. Videntur tamen omnia recte se habere. Nam praeter bellum ab externo hoste illatum et civile bellum, quae iam commemorata sunt, relinquitur hoc, ut vel per subitas rixas vel per odia privatorum aut familiarum caedes fiant iisque etiam qui utrivis parti faveant implicentur. Eiusmodi tumultus recte λοιγός dicitur, et is quidem illaetabilem Martem et domesticum auxilium armans. Quod si haec sic intelliguntur, βοὰ ἔνδημος *auxilium* potius *domesticum*, quam *luctus* est, nisi forte βίαν τ' ἔνδημον scripsit. De auxilio βοή v. 700. Agam. 1309.

656. δεσμὸς M. G. E. Rob. δ' ἐσμὸς Turnebus.

657. κράτος M. G. E. Rob. κράτους Turnebus.

658. ὁ λύκιος M. G. E. Rob. ὄλβιος P. Emendavit Arnaldus.

659. πάσαι νεολαίαι, ut prius πᾶσαι νεολαιαι scriptum fuerit, M. πᾶσαν νεολέα G. πᾶσα νεολέα P. πάσᾳ νεολέᾳ Rob. πάσᾳ νεολαίᾳ Turnebus.

660. Libri καροποτελεῖ. Emendavit Stanleius.

662. βρότατος M. G. P. E. Rob. βοτὰ τῶς Turnebus. Scribendum erat βοτὰ γᾶς. Scholiastes ad πρόνομα adscripsit πρὸ τῆς πόλεως νεμόμενα. Significantur potius pecudes huc illuc, dum pabulum quaerunt, vagantes.

663. τὸ (eraso accentu M.) πάντ' M. G. Rob. τὸ πᾶν τ' Turnebus.

Libri λάθοιεν. Inepte Turnebus praecivit vulgatam scripturam τὸ πᾶν τ' ἐκ δαιμόνων λάβοιεν. Similiter in Horatii carmine saeculari legimus *di senectutis placidae quietem Romulae genti date remque prolemque et decus omne.* Scripsi θάλοιεν, etsi huius aoristi non aliud prolatum video exemplum quam θάλε ex Homerico hymno in Pana v. 33. Pluralis non ad βοτά, sed ad idem significantia nomina boum, ovium, caprarum referendus est.

664. εὐφήμοις δ' ἐπὶ βωμοῖς M. G. E. P. ἀφήμοις δ' ἐπὶ βωμοῖς Rob. εὔφημον δ' ἐπιβωμίαν Ald. Hinc Turn. εὔφημον δ' ἐπιβοῷεν.

665. Libri *μοῦσαι θεαί τ' ἀοιδοί.* Haec a me emendata esse nesciens H. L. Ahrens similiter correxit, *εὔφημον* et *μοῦσαν θεῖεν* scribens. Indicavi emendationem in Iahnii Annalibus a. 1832. vol. VI. p. 41. Marckscheffelius, qui p. 172. in eo me falsum esse scripsit, quod in codice Guelferbytano *εὐφήμιοις* esse dixerim, vidisset, si ipse codicem inspexisset, errasse illos qui eum librum *εὔφημον* habere adnotarunt. Est enim in eo *οις* eodem compendio scriptum, quo in *βωμοῖς*, h. e. ∂, habetque accentus notam in *η*. Illud compendium quoniam non multum ab eo differt, quo *αν* significatur, erratum est in Aldina.

666. *τ'* om. Rob.

668. *ἀτιμίας τιμὰς* M. G. *ἀσφαλίας* margo M. *ἀσφαλίας τιμὰς* P. Sententia et metrum dubitare non sinebant quin scribendum esset *ἀρτέμεια.*

669. *τὸ δῆμιον τὸ*, (*τὸ δῆμιον*, *τὸ* Rob.) *πτόλιν κρατύνει* M. G. Rob. *τὸ πτόλιν* etiam P. habere videtur. Ex E. adnotatum *δῆμιον*, *τὸ πτόλιν.* Turnebus ex coniectura *τὸ δῆμιον. τὴν πτόλιν κρατύνει.* Quum Canterus *κρατύνοι* scripsisset, Bambergerus coniecit *τὸ δῆμιόν τ' εὖ πόλιν κρατύνοι.* Satis erat, si hanc sententiam adsciscens *τε* solum posuisset, quodque per *εὖ* significatur dictum statuisset sequente versu. Et brevem vocalem testatur *πτόλιν* librorum. Ego quidem servandam iudicavi veterem scripturam. Nam quod dicit, *incolumitas servet honores,* id explicare videtur, indicans honores intelligendos esse popularis imperii. Quippe id, ut Atheniensis, ita effert, ut etiam regem Argivorum nihil nisi quod populus scivisset decernentem fecerit.

670. *προμηθεὺς* M. *προμάθεὺς* G. *προμηθεὺς* E. Rob. Scripsi *προμαθής*, de qua forma eo minus dubitandum est, quod *Πρόμαθις*, nomen mulieris, in Phalaeci epigrammate est in Anthologia Palatina XIII. 27, 5. Adiectivo feminino *προμηθής* dixit Sophocles Electrae v. 1078.

675. *ἐνχωρίοις* M. a pr. manu. *Θεοὺς ἐγχωρίους* eo aptius hic memoratos apparet, quod quae hoc precantur virgines origine Argivae sunt, quae se cultu deorum Aegyptiorum abdicant, quod ipsae dicunt v. 994. Intelligendi sunt autem simul heroes. Nam lex Draconis, quam affert Porphyrius IV. de abstinentia p. ultima, ita praecipiebat, *θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις.*

676. *δαφνοφόροισιν* libri, etiam M. Correxit Schützius.

678. Quum tertiam diceret, poterat secundam praeterire ut quae in legibus observandis posita sponte intelligeretur. Euripides Antiopae fr. 38. Matth.

τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ τὰς ἔχρην σ' ἀσκεῖν, τέκνον·
θεούς τε τιμᾶν, τούς τε φύσαντας γονεῖς,

νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος· καὶ ταῦτα δρῶν
κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

681. *ἡμεῖς δὲ μῆτρες ἀεὶ ἀκούσασαι* M. G. E. et codex Robortelli. *ἡμεῖς δὲ μὴ τρέσαιτ' ἀκούσασαι* Robortellus. *ἡμεῖς δὲ μὴ τρέσητ' ἀκούσασαι* Turn.

683. *ἀποσκοπῆς* G. Rob.

684. *τὸ πλεῖον* G.

Nihil mutandum. Idem est ac si dicat *εὔσημον ὁρῶ.*

685. *λέφους* G.

παρρύσεις E. Xenophon in hist. Gr. I. 6, 19. *παραρρύματα*, et H. 1, 22. *παραβλήματα* vocat pelles vel crates quibus naves adversus hostem muniebantur. Suidas *δέρρεις, σκεπάσματα* interpretatur. Hesychius *παράρυμα. Σοφοκλῆς Πολυξένῃ· παράρυμα ποδός, ὡς κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ ἅρματος πρὸς κάλλος· τινὲς δὲ σχοινίον ἐν ταῖς ναυσίν· οἱ δὲ ὑπόδημα.* De fune non cogitandum: dici enim debet quod ex longinquo conspici poterat. Quare istae pelles vel crates vel plutei sunt intelligendi.

686. *ὄμμασιν* M. G. *ὄμμασι* Rob.

687. *συνουτῆρος* M. G. E. Rob. *εὐθυντῆρος* Turn. *ἰθυντῆρος* Salvinius.

688. *τῶσ' ἂν*, ut post *σ* apostrophus erasus esse videatur, M. *τῶσ' ἂν* G. *τὼς ἂν* E. *τῶς ἂν* Rob. Poterat dicere *τὼς μὲν οὐ φίλη*, sed ne *ἂν* quidem falsum est, hac sententia, *ἢ τὼς ἂν οὐ φίλη εἴη*, hoc est obversa nobis, non aversa.

689. *μελαγχίμους* G.

690. *γύοισι* M. G. Rob. *γυίοισι* Turn.

695. *μὴ ἀμελεῖν* M. G. Rob.

696. *ἀρωγὰς* Rob.

697. Libri *ἴσως γὰρ ἢ κήρυξ τις.* Emendavit Burgesius.

πρέσβήμολοι M. G. *πρεσβήμολοι* Rob. *πρέσβης μόλοι* P. *πρεσβήμολοι* Ald. *πρεσβὺς μόλει* Turn. *Πρέσβη* veterum librorum est *πρεσβεία.* Testem ergo habet *πρέσβη*, quem requirebat Lobeckius in Proleg. pathol. p. 43. Ceterum recte in libris versus 697—701. Danao sunt continuati. Inepte quidam versus 697. 698. 700. 701. choro dederunt.

699. *μητρεσαιτέ νιν* M. P. *μὴ τρέσηταί νιν* G. *μὴ τρέσητε νιν* E. *μὴ τρέσαιτέ νιν* Rob.

702. *θαρσεῖτε* M. G. E. P. Rob. Emendavit Turnebus.

σὺν ἡμέρᾳ P.

704. *ὡς* in M. supra versum a sec. manu additum.

705. *ἥκουσιν* M. G. Rob. *ἥκουσι* Turn.

708. *παροίχομαι* M. E. Rob. *παρείχομαι* G.

δεί ματι erasa ante *μ* littera M.

709. *τελεῖα* M.

710. *ἐγών* M. G. Rob. *ἐγώ* Turn.

711. *ἐξώλεσεσ τίμαργον* M. G. et ut videtur P. *ἐξώλεσας τίμαργον* E. *ἐξώλεσεν τίμαργον* Rob. Correxit Turnebus.

712. *προσειδότα* M. Rob.

714. *ἐπὶ* (in M. obscurum utrum *ἐπὶ* sit an *ἐπεὶ*) *τάχει* M. Rob. *ἐπὶ τύχῃ* a pr. manu G. *ἐπὶ τύχει* idem a secunda. *ἐπιτυχεῖ* Turn. *ἔπλευσαν ὦ δέος πεὶ τάχει* E.

715. Libri *πόλει*. Correxit Stanleius.

μελαγχείμιω M. *μελαγχείμῳ* G. Rob.

716. Libri *μεσημβρία*. Correxit Schützius.

717. *θάρπτει* G. *θάλπτοι* Rob.

βραχεῖον M. G. Rob. Correxit Turnebus.

718. *πρόλιπε* M. G. Rob. Correxit Turnebus.

720. Libri *δουλόφρονες δὲ καὶ* (*και* M.) *δολομήτιδες*. Stanleius *δολόφρονες*. Recentiores editores posuerunt *δολόφρονες δὲ καὶ δολιομήτιδες*. Quisquis est qui in margine Askewiana *δολιομήτιδες* adscripsit, peccavit. Non enim dispari modo formata esse haec verba debebant. Quare *ἄγαν* inserui, quod eodem loco habet versus antistrophicus.

721. *φρεσὶν* M. Rob. *φρεσσὶν* G.

723. Quum Aldina per errorem *καγλῶς* haberet, Porsonus id in *καλῶς γ'* existimavit mutandum esse. Nullum *γε* in codicibus est.

ταυτωτέκνα M.

724. Quod libri habent *εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο* videtur esse *εἰ οὐ μόνον σοί, ἀλλὰ καὶ θεοῖς ἐχθαίροιντο*. Marckscheffelius p. 208. *εἴ τοι τι*, quod et minuit rem, nec recte dictum est. Aliud est *εἴ τοι*, ut apud Sophoclem Oed. R. 549. 551. Si quid mutandum, praeferam *εἰ σύν γε*.

727. *ἀνιέρω μένει* M. *ἂν, ἔρο μένει* G.

728. *καὶ κυνοθρασεῖς ὄντες* Rob. ex sua coniectura.

729. *οὐδὲν ἐπαΐοντες* M. G. E. P. Falso hic versus dictus est non esse in M. G. Delituit *ἐπαΐοντες* in M., utrumque vocabulum in G. in marginibus. Id quum non animadvertisset Asulanus, defectus ex Aldina propagatus est in ceteras editiones.

730. *τοὺς λύκους κρείσσων* M. *τοὺς λύκους κρείσσονας* G. Rob. Haec emendavi.

731. Zenobius II. 73. *βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν. ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς, παρόσον ἀσθενὴς ἡ βύβλος πρὸς τὸ φέρειν σῖτον· στάχυας γὰρ ἀνατέλλουσα οὐκ ἐπιτρέφει*. Eadem Suidas.

732. Libri *ὡς καί*. Schützius *ὅμως*. Aut hoc sententia requirit, aut quod ut propius ad litteras accedens posui, *ἔμπας*.

733. Etsi codicum et Robortelli *ἔχοντες* defendi potest, tamen impeditius est quam profectum a Turnebo *ἔχοντας*.

ὀργιὰς E.

734. ταχεῖαι M. ταχείᾳ Rob. ταχεῖα G.

στολῆι M. στολῇ G. Rob. στολὴ Turn.

735. πισμάτων σωτηρίου (σωτηρίων prius in G.) M. G. E. Rob. πισμάτων σωτηρία Turn. πεισμάτων Victorius. Scaliger σωτήρια, quod recepi. Sic Euripides Troad. 810. ναύδετ' ἀνήψατο πρυμνᾶν. Nescio tamen an scripserit poeta πείσματος σωτηρίου, post hunc autem versus exciderit.

736. οὐδὲν M. G. οὐδ' ἐν Rob. Restitui καί, quod apertum est ante οὐδέν omissum fuisse.

738. ἀλλ' ὥστε καὶ M. G. ἀλλ' ὡς καὶ Rob. ἄλλως τε καὶ Victorius.

739. Libri φιλεῖ. Mirum est non tam quod δ' in fine versus omissum est in libris, quam quod in sequente versu habent τίκτει, ut Plutarchus Q. symp. I. 3. p. 619. E. ubi legitur οὐ γὰρ μόνον ὠδῖνα τίκτει κυ[βευτῇ] σοφῷ, κατὰ τὸ [λεγόμενον, πᾶς βόλος], et de non suaviter vivendo secundum Epicurum p. 1090. A. ἀλλ' ὥςπερ ἐν θαλάσσῃ κατ' Αἰσχύλον ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ καὶ γαλήνη. Quae ultima quum sine dubio scripserit Plutarchus κἂν ᾖ γαλήνη, fieri quidem potuit ut ea Plutarchi verba sint, sed quoniam accommodatissima sunt ad ea quae Danaus dicit, recte videtur Paleius pro Aeschyleis habuisse. Itaque una cum supplemento, quod ille proposuit, recepi. Qua lege vocalis in fine versus elidi possit, ut hic in δέ, quod vocabulum addidi, indicatum est in Epitome doctr. metr. §. 147. Non recte ibi primum id fecisse Sophoclem dixi. Fecit Aeschylus et hic et in Eum. 140. ubi scribendum est τῷδ' ἔπου.

740. Libri τίκτει. Emendavit Turnebus.

741. Non habent libri hunc versum.

744. φρονεῖ M. φρονεῖν G. φρόνει Rob.

μὴ ἀμελεῖν. Ita libri.

745. πράξασ M. G. Emendate Rob.

δ' om. G.

746. εὐγλώσσωσ M. εὐγλώσσως P. εὐγλώσσας G. εὐγλώσσῳ Rob.

747. Eximia arte compositum est hoc carmen, cuius rationem metricam si perspexissent critici, non mediocre ad emendationem adiumentum habuissent. Inter duas sibi respondentes strophas praeconis v. 805. 809. quae numero quintae totius carminis strophae sunt, mesodus est totius chori v. 806—808. Stropham praeconis praecedunt quattuor stropharum paria, alternis ab hemichoriis cantata; antistropham praeconis pariter quattuor sequuntur paria stropharum, sed in his, quoniam interea praeco accessit, huius quoque dicta alternationi hemichoriorum intermixta sunt, ita ut omnia accuratissime inter se respondeant.

747. Libri ἰὼ γᾶ βουνῖτι. Emendavit Pauwius.

748. *πεισόμεθα* et *φύγομεν* G.

749. *κεῦθος ἔτι που* E.

751. Libri *νέφεσι*. Correxit Arnaldus.

752. *ἄφαντος ἀμπήσαισ δόσως κόνις* M. *ἄφαντος ἀμπετήσας δόσως* (*δόσας* G.) *κόνις* E. G. *ἄραντος ἀμπετήσασ' ὡς κόνις* Rob. *ἄφαντος ἀμπετάσας δὲ κόνις* P. Latet *ἀφάντως ἀμπετὴς εἰς ἆος, ὡς κόνις*. Quum alternent in antistrophico iambi et spondei, vel hac caussa scribendum erat *ἀφάντως ἀμπετής*. Nam *ἀναπετής* est *expansus*. Sic apud Heliodorum Stobaei C. 6. *ὄμμα ἀμπετὲς ἀκλήϊστον*. Et glandulae *ἀναπετέες* apud Hippocratem de glandulis 3. Deinde Hesychius *ἄος, πνεῦμα ἢ ἴαμα*. Videtur *ἢ ἄημα* scripsisse. Grammatici quidem, Etym. M. p. 248, 3. regulae prosodicae a me editae p. 443. Draco p. 34, 22. *ᾱ* in neutris bisyllabis breve esse dictitant, sed, ut dictum sit *ἄος*, non dubitandum puto quin fuerit etiam *ἆος* usurpatum, pariter ut *ἄορ* et *ἆορ* dixerunt poetae.

753. *ἄτερθεν* M. G. Rob.

754. Libri *ἄφυκτον* et *κέαρ*.

πέλει G.

Perabsurde legebatur *ἄφυκτον δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι κέαρ*. Scribendum erat *ἀλυκτόν*. Nam quidquid hoc versu diceretur, absonum erat dici, non posse id non evitari. Adnotatum est *ἄλυκτον* a Suida, qui interpretatur *τὸ ἄφυκτον*, de quo tacent editores. Zonaras etiam distinctius p. 133. *ἄλυκτον, ὃ οὐ δύναταί τις φυγεῖν*. Quae interpretatio quum significationi vocis plane contraria sit, videri potest ex scholio ad hunc ipsum Aeschyli locum esse excerpta: minus enim veri simile est ex Hesiodeo *ἀλυκτοπέδῃσι* fictam esse, quod grammatici pro *ἀλυτοπέδῃσι* dictum volunt epenthesi etiam Lobeckio iudice in Proleg. pathol. p. 34. parum probabili. Porro *κέαρ* aperte vitiosum est. Posui ego *νόαρ*, quod vocabulum Lobeckius in Paralip. p. 176. quo loco diligentissime nomina in *ᾱρ* desinentia enumeravit, pro corrupto habendum censuit. Videtur ab *νοεῖν* dictum esse *νόαρ* de eo quod quis animo teneret vel sibi fingeret, de simulacro, spectro, quo nomine hic significatur praeco, qui abstractum ab aris virgines venit. Ad Minervae verba in Sophoclis Aiace v. 51.

ἐγώ σφ' ἀπείργω δυςφόρους ἐπ' ὄμμασιν
γνώμας βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς,

scite haec adnotavit scholiastes, *χαρὰν φησὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀνῃρῆσθαι· ταύτης οὖν αὐτὸν τῆς χαρᾶς ἀπεῖρξα, δυςφόρους γνώμας ἐμβαλοῦσα τοῖς ὄμμασι. καλῶς δὲ εἶπεν γνώμας· οὐ γὰρ κλέψαι φησὶ τὴν ὄψιν, ὥςτε μὴ ὁρᾶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῇ γνώμην δύςφορον ἐπιβαλεῖν, ὡς οἴεσθαι ἰδεῖν τὰ μὴ ὄντα· τοῦτο δὲ οὐ τῶν ὀφθαλμῶν ἁμάρτημα, ἀλλὰ πολὺ πρότερον τῆς διανοίας*. Ac Sophocles quidem de vera fraude, qua Aiax pecudes pro Achivis habuerat. Lobeckius ibi "*γνῶμαι* sunt ludibria oculorum, quibus dea Aiacem a pro-

posito itinere deflectebat. *Quidam imaginibus falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt* Celsus L. IV. c. 8. *Δόξας* vocat Aeschylus Choeph. 1044. quas a mentis alienatione seiunctas esse posse vel ex Eur. Hel. 583. *ἦ γὰρ φρονῶ μὲν εὖ, τὸ δ' ὄμμα μου νοσεῖ* intelligitur." Alibi haec *φάσματα* dicuntur, ut in Agam. 397. *φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν.* Sic *φάσματα* de somniis saepius apud Euripidem, et *φαντάσματα* de umbris mortuorum, ut in Hecuba 54. 95. 390. ac de visis per insaniam, ut in Oreste 407. *φαντασμάτων δὲ τάδε νοσεῖς ποίων ὕπο;* Furias enim cernere sibi visus erat, ut in iis quae v. 255—276. dicit. *Δόκας* dixit Aeschylus in Agam. 402. *ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες πάρεισιν δόκαι φέρουσαι χάριν ματαίαν.*

755. Libri *μελανόχρως δὲ πάλλεται μου καρδία.* Haec bonos dochmios praebent, si *μου*, quod inutiliter additum est, deletur. Quum in stropha trimeter iambicus sit, recte Lachmannus *κελαινόχρως.* Sed *μου* etiam trimetrum facit tam turpem, ut eiusmodi versus non possit ab Aeschylo profectus putari. Neque vero est quod apte in locum pronominis succedere possit. Quare aut putandus erit versus ex tribus iambis et dochmio constare, ut in strophico scribendum sit *τί πεισόμεσθα; ποῖ φύγω δ' Ἀπίας*, aut, si versus est trimeter iambicus, alia opus est emendatione. Hoc iudicavi veri similius, etsi scholiastes adscripsit *ἀντὶ τεταραγμένη. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἥτις ἐν τῷ ταράσσεσθαι μελαίνεται.* Ac dixit sane Aeschylus *μελαγχίτων φρήν* in Persis 113. et *σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται* in Choeph. 408. Sed non minus ei usitatum est *πρὸ καρδίας.* Quod si recte *νόαρ* posui in praecedente versu, facile intelligi poterit, quo modo *μελανόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία* scribendum esse putaverint librarii, qui non intelligerent quid esset *κελαινόχρων δὲ πάλλεται πρὸ καρδίας*, de spectro isto praecone dictum. In Agam. 166. *στάζει ἐν ὕπνῳ πρὸ καρδίας μνησιπήμων πόνος.* 943. *δεῖμα προστατήριον καρδίας τερασκόπον ποτᾶται.* Choeph. 385. *φρενὸς οἷον ἔμπας ποτᾶται πάροιθε πρῴρας δριμυστάκτου κραδίας θύματος ἔγκοτον στύγος.*

756. *πατροσκοπαι δὲ* (*δε* E.) *μεῖλον* M. E. *πατρὸς κόπω δὲ μεῖλον* G. *πατρὸς κώπαι δὲ μ' εἷλον* Rob. Emendate Victorius.

758. *σαγγάναις* libri praeter P. qui *ἀρτάναις* praebet.

759. *τῷδ' ἐχριμφθῆν χροῖν* M. *τῷδ' ἐγχριμφθῆναι χεροῖν* G. Rob. *τῷδ' ἐγχριμφθῆναι χροΐ* E. *τῷδε χριμφθῆναι* omissa ultima voce P.

760. *δάιδας* M. *δαΐδας* G. *δᾶδας* E. Rob. Emendate Victorius.

762. *πρὸς ὃν νέφη δ' ὑδρηλὰ γείνεται* (*γίνεται* Rob.) *χιὼν* (*χιων* M.) M. G. E. Rob. *δι' ὑδρηλὰ* Turn. Illud *νέφη δ' ὑδρηλά* quum Porsonus in praefatione Hecubae p. IX. probasset, in fine supplementi, ne se errasse confiteretur, in alios graviores errores incidit, ut fit, quum quis sibi potius consulendum existimat. Nam quum istud suum iudicium male defendisset, videns ipse defendi non posse ad panaceam

suam, traiectionem verborum confugit scribique voluit *πρὸς ὃν χιὼν ὑδρηλὰ γίγνεται νέφη*. Id probans Schaeferus ridicule δ' existimavit numeri notam esse, qua *νέφη* quarto loco ponendum significaretur. Illud ambo non viderunt, rhetoricum vitium orationi inferri, si *χιὼν* eo loco poneretur, ubi collocatum opponi nives imbri aut nescio cui alii rei significaret. G. Dindorfius *κύφελλ' ὑδρηλά* coniecit, in Thesauro Stephani magis probans *νέφη δίνδρα*. Recipiendum duxi *κύφελλα*, licet, quod sciam, ex Alexandrinis tantum poetis Callimacho et Lycophrone allatum. Hesychius *κύφελλα, τὰ νέφη, νεφέλη γνοφώδης, ὁμίχλη, ὁμιχλῶδες κατάστημα*. V. Suidam, Etym. M. p. 90, 42. 549, 17. Zonar. p. 1270. Crameri Anecd. Oxon. II. p. 453, 28. Schol. Lycophr. ad v. 1426.

763. *ἡλισσας* M. *ἡλίσσας* G. E. *ἥλισσας* Rob. *ἢ λισσὰς* Turn.

Haec divina immensae altitudinis descriptio ita excessit captum quorundam *χαμαιζήλων* criticorum, ut *ἀπρόςδεικτος* alius in *ἀπρόςδεκτος*, alius in *ἀπρόστειπτος*, alius in *ἀπρόστεικτος* mutari vellent, non videntes, ubi *αἰγίλιψ* dicta esset rupes, ineptissime vocabula adiungi, quibus significaretur homines altius quam rupicapras adscendere. *Ἀπρόςδεικτος* est cuius cacumen ne commonstrari quidem potest: cogitandum est enim de eo qui prope ad ipsam praeruptam rupem adstat.

764. *κρέμας* M. E. Rob. *ἡρέμας* G.

767. Addidi *με*. Observandus est numerus huius distichi, afflictioni per versuum *ἀκαταληξίαν* convenientissimus.

769. *κύσειν* M. G. et codex Robortelli. *κυσὶν* Rob.

ἔπειθ' abesse a P. dicitur.

770. *ὄρνισιν* M. G. Rob. Correctum in Aldina.

δείπναν M. *δεῖπνα* Rob. *δεῖπνον* G.

772. *φιλαιακτῶν* M. Rob. Accentum correxit Lobeckius Paralip. p. 497. *φίλαι ἐκ τῶν* G.

773. Libri bis *ἐλθέτω*. Correxit Pauwius.

775. 776. *τὶν' ἀμφ' αὐτᾶς* (*τὶν' ἀφ' αὐτὰς* Rob.) *ἔτι πόρον τέμνω γάμου καὶ λυτήρια* M. G. E. Rob. et, ut videtur, P. *λείπει εὔρω* margo M. G. E. *εὕρω* pro *τέμνω* Turn. Addidi *ἢ* in principio versus. Ceterum non opus esse puto ut ostendam quae posui in librorum scriptura delituisse.

777. *ἰύζεν δ'* M. G. E. *ἴυζε δ'* Rob.

778—780. Haec quoque sic ut feci scribenda fuisse et sententia docet et metrum.

778. Libri *μέλη λίτανα θεοῖσι καί*.

779. Libri *τέλεα* (*τέλεια* Rob.) *δέ μοι πῶς πελομένα* (*πελόμένα* Rob.) *μοι*.

780. Libri *λύσιμα μάχιμα δ'*.

781. Libri *βίαια μὴ φιλεῖς ὁρῶν*, nisi quod G. *ὁρᾶν* habet. Repugnans legi grammaticae *μὴ φιλεῖς* ortum credo ex interpretatione *μὴ*

φιλήσῃς, adscripta ad id quod poetam scribere oportebat, *μὴ στέρξῃς*. Idque etiam metro comprobatur.

785. Libri *αἰγύπτιον ὕβριν*. Scripsi *Αἰγύπτειον ὕβρι*. Dixit *ὕβριν ἄνερα* Hesiodus O. et D. 189. Eius adiectivi neutrum hic posuit Aeschylus.

786. Libri *δύσφορον*. Scripsi *δύςοιστον*, cuius interpretatio in textum erat illata, et addidi *οἵ*, quod et sententia et metrum iubebant.

787. *διώμενοι* E.

789. *διζῆνται* M. G. *δίζηνται* Rob.

791. *πιδανεν σέθεν* M. *πιδάνεν σέθεν* G. *τί δ' ἄνεν σέθεν* Rob. qui ex codice suo *τὶ δ' ἂν νευσέθεν* adnotat.

792. Libri *θνατοῖς*.

793. Libri *ὁ ὁ ὁ ἁ ἁ ἁ*.

794. Libri *ὅδε μάρπις νάϊος γάϊος*. Turnebus *μάρπτις*. Vt apertum est *ὁ νάϊος* ab Aeschylo scriptum fuisse, sic etiam *ὅδε* demonstrativum, quo significetur *en adest*, dicendum esset *ὅδ' ὁ μάρπτις*. Sed tum duo dicta hic versus contineret, *ὅδ' ὁ μάρπτις· ὁ νάϊος γάϊος*. Id vero inconcinnum est. Quare divisi *ὁ δέ*.

795. Addidi *ἠέ, ἠέ*.

796. *πρόμαρπτι* M. G. Rob. *πρόμαρτι* E. Inserui *σύ*.

797. 798. *ἰόφ ὄμ αὖθι κάκκας νυ δυΐαν βοᾶν ἀμφαίνω* M. Rob. Eodem modo G. praeterquam quod *ἐμφαίνω* habet et *νο* ex correctione. *ἰόφ, ὄμον αὖθι κάκκας νυ* ex E. adnotatum. Perridicule *ἰόφ ὄμ* pro interiectionibus habita sunt. Si ad metrorum rationem critici attendissent, vidissent, ut in antistrophico versu est *βλοσυρόφρονι*, ita hic quoque simile nomen lectum esse. Deinde quod in libris est *κάκκας*, quum scholiastes *καταβάσεις* interpretetur, patet eum *καββάσιας* legisse habuisseque pro accusativo. At est genitivus. Puto me recte ex vestigiis corruptorum verborum haec eruisse, *ὁσιόφρονα λύσιν καββασίας ὀλωλεῖα βόαμα φαίνω, piam solutionem descensionis* (ad navem) *perdita imploro clamitans*. *Καταβαίνειν* proprium verbum est de iis qui ad navem e litore descendunt. Vbique *ὄλωλα*, ut apud Latinos *perii, interii, occidi*, in magno periculo dici solitum est: raro participium de homine vivo dicitur. Sed ita apud Sophoclem Antig. 1288. de se Creon, *αἰαῖ, ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπέξειργάσω*. Ceterum chorus piam liberationem dicit, quae revereatur sanctitatem supplicantium.

799. Geminavi *δρῶ*.

800. *τάδε φροίμια πράξαν πόνων βιαίων ἐμῶν* M. G. E. Rob. *πράπραξ* ex P. affert Butlerus. Non est credibile in tanto metu et terrore Aeschylum illud *πράξαν* posuisse, sed videtur interpres *ἔπραξαν* adscripsisse. Itaque eo eiecto leviter mutavi ordinem verborum ad exemplum versus strophici.

801. *ἠέ ἠέ* M. G. E. *ἰέ ἰέ* Rob.

803. 804. *βλοσυρόφρονα χλιδᾶ* (*χλιδᾷ* G. Rob.) *δυςφορανᾶ*

κ' ἂν γᾶι γαῖ· (*δυσφορὰν ἀῖ κ'σ γᾶῖ γαῖ* G. *δυσφορὰ ναῖ κἂν γᾷ γαῖ* Rob.) *ἄναξ προτάσσου* M. G. Rob. *δύςφορᾶῖ κἀν γεῷ* E. Haec emendavi.

805. *σοῦθε σοῦθ'* Rob.

807. *τιλμοὶ* semel Rob.

809. *σοῦθε σοῦθ'* Rob.

ὀλύμεναι ὀλόμεν' ἐπαμίδα M. *ὀλυμεναι ὀλύμενα ἐπαμίδα* G. *ὀλλύμεναι ἐπ' ἀμίδα* Rob. *ὀλλύμεναι* adnotatum ex E. Etym. M. p. 75, 22. in v. *ἀμάδιος* insertam habet glossam, quam codex 2720. in Crameri Anecd. Paris. IV. p. 7, 28. omittit, *ἀμάδα, τὴν ναῦν, Αἰσχύλος.* Veram scripturam praebet Hesychius, *ἄμαλα, τὴν ναῦν, ἀπὸ τοῦ ἁμᾶν τὴν ἅλα. Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ.* Nominativum *ἄμαλς* ne quis in usu fuisse putaret, scite admonuit Lobeckius in Paralip. p. 275. Cur corrupta *ὀλύμεναι ὀλόμεν'* in *ὀλοαὶ μέγα* mutaverim patet.

810. *εἰθάνα* M. G. E. *εἶτ' ἀνὰ* Rob. *εἶτ' ἀνὰ* Vict. Non aptum hic videtur *εἶτα*, quae vox ratiocinantis est, quasi dicat, *tum ergo, si navem nos iubes conscendere, pereas.* Quare *εἴθε* posui.

πολύρρυτον M. Rob. *πολύρρογον* G. *πολύρροτον* E.

811. Libri *ἁλμήεντα.* In nomine proprio, ut supra v. 536. in *Παμφύλων*, venia est spondeo in hoc metro, non in alio vocabulo. Quare non dubitandum est quin poeta *ἁλμιόεντα* scripserit.

813. In *γομφοδέτῳ* litterae *οδ* supra versum additae in M.

δορὶ δ' ὅλον G. *δορὶ διόλον* Rob. et fortasse M. nisi is *δορὶ διόυλον* habet. Meam emendationem *δόρει διόλου* memoravit Erfurdtius in editione maiore Aiacis p. 628.

814. 815. *αἵμονες ὡς ἐπάμιδα* (*ἐπαμίδα* G. E. *ἐπ' ἀμίδα* Rob.) *ἡσυδουπια* (*ἡσυδουπία* G. E. Rob.) *τάπιτα* M. G. E. Rob. Scholiastes *ἐμαγμένον σε καθίζω.* Inde Turnebus *αἵμον' ἵζω σ' ἐπ' ἀμίδα.* Apparere puto scriptum fuisse quod posui. *Αἵμονα* dicit sanguinolentum, cruentum, ut in Agam. v. 1450. et Euripides in Hecuba v. 89. *Cruentum te*, inquit, *fortasse mittent in navem copiae terrestres Argivorum.* Navem *δουπίαν* utrum cum strepitu aufugientem, an, ut fere *δουπεῖν* usurpatur, perituram dicat, incertum est.

816. *βίαμε θέσθαι* M.

Inserui *σε.*

Lobeckius, qui in Paralip. p. 205. *ἴχαρ* apud Theognostum *τῷ ῑ παραληγόμενα δύο πῖαρ καὶ ἴλαρ* dicentem reponi volebat, vocabulum illud suspectum habuit in *Ῥηματικῷ* p. 313. ut, quoniam scholiastes *ἐπιθυμίαν* interpretatur, quaereret an ille *λίχαρ* vel *γλίχαρ* scriptum invenisset. Videtur scholiastes recte sensisse. Apud Homerum *ἰσχανάαν* et *cohibere* et *cupere* significare putant. Sed fuerunt qui *ἰχανάαν* ab *ἰσχανάαν* distinguerent. Choeroboscus in Crameri Anecd. Oxon. II. p. 222, 6. *ἰχανόω· ῑ κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ λ παρὰ τὸ λίαν ἔχεσθαι.*

ἢ ἰσχανόω ἦν, καὶ ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ τοῦ σ τέταται τὸ τ, ὡς καὶ τὸ γινώσκω, γνώσκω. Multa nugatur Etym. M. p. 478, 44. in quo p. 568, 7. ἰχαίνειν, ὅ ἐστιν ἐπιθυμεῖν, ut ex λίαν χαίνειν factum affertur. Apud Hesychium habemus ἰχανάᾳ, ἐπιθυμεῖ. ἰχανάων, ἐπιθυμεῖν, γλίχεσθαι, θέλειν, δεῖσθαι, sed etiam ἰσχανόων, ἀσθμαίνων, πνευστιῶν, ἐπιθυμῶν, γλιχόμενος. ἰσχανῶν, ἐπιθυμῶν. ἰσχανῶσα, ἐπιθυμοῦσα. ἰσχανῶ, ἐπιθυμῶ. Accedit his Stephanus Byzantius, apud quem legimus, Ἴχανα, πολίχνιον τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ ἁλώσει πολλὰ προσλιπαρῆσαι τοὺς Συρακουσίους. ἰχανᾶν δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν. Credo ego quidem ut ἰσχανᾶν, sic etiam ἰχανᾶν cum ἔχειν vel ἴσχειν cognatum esse, sed tamen ut forma inter se differant haec verba: confirmatque id non solum ἴχαρ, sed etiam affinis significationis vocabulum ἴχνος. Atque ut aliquo modo, si ἰσχανᾶν sit aliquid firmiter et cupide tenere, dici potuerit, tamen non videtur isto significatu hoc verbum recte construi cum infinitivo. Quod si Il. XVII. 572. de musca potius ἰχανάᾳ δακέειν quam ἰσχανάᾳ dictum est, probandum erit etiam XXIII. 300. de equa μέγα δρόμον ἰχανόωσαν, et Od. VIII. 288. de Vulcano ἰχανόων φιλότητος ἐϋστεφάνου Κυθερείης.

817. Libri φρενὶ τ' ἄταν, versu tribus syllabis quam debebat breviore. Quum scholiastes scribat τὴν ἐπιθυμίαν ἴχαρ εἶπεν, τὴν ἄτην τῆς φρενός, nec dubitari possit quin, ut in antistrophico θέλεος ἀθέλεος, hic quoque similia inter se verba composita fuerint, posui φρενὸς ἄφρονά τ' ἄγαν. Significat autem ἄγη invidiam, indignationem, et quae his cognata sunt. In tali loco non potest dici quid scripserit poeta, sed acquiescendum est in eo quod potuerit scribere, donec verum certo indicio reperiatur.

818. ἰὼ ἰὸν M. G. ἰὼ ἰὼ Rob. ἰὼ ἰοῦ Turn.

819. λεῖφ' ἕδρανα κί' ἐς M. λεῖφ' ἑδρανακίδες G. Emendate Rob.

820. ἀτιέτανα πόλιν εὐσεβῶν M. ἀτίετ' ἀναπόλιν εὐσεβῶν G. ἀτίταν ἄπολιν εὐσεβῶν ex P. Fachsius affert. ἀτίετ' ἀνάπολιν εὐσεβῶν Rob. Quum hi tres versus praeconis esse putarentur, non mirandum est quod emendari non potuerunt. Scripsi ἀτίετος, quod est *impune*, et ἀσεβῶν. Abire iubent ab sedibus suis praeconem, impune in urbe sacratas sedes violantem.

821. εἶδοι M. G. ἴδοι E. P. Correxit Butlerus.

822. ἀλφεσίβοιον ὕδωρ dixit etiam Alexander Aetolus in Parthenii Eroticis cap. 14. v. 8.

823. Libri δεξόμενον, praeter Rob. qui δεξώμενον habet. Correxerunt Scaliger et Porsonus.

825. ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος M. ἄγειος ἐγὼ βαθχαῖος G. unde βαχχαῖος Ald. ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος Rob. ἄγειος ἐγὼ etiam E. Scholiastes ἐγὼ ἡ βαθυχαῖος ἀνάξια ταύτης τῆς βαθρείας, ὦ γέρον. Patet eum βαθρείας pro genitivo habuisse, ut βαθρείαν chorus vel acces-

sionem ad se praeconis, vel suam ab simulacris discessionem dixerit. Videtur enim illud *ἅγειος* putasse per errorem scriptum esse pro *ἁγνός*. At id *ἁγνά* dictum esset. Dubitari non potest quin *βαθρείας* idem quod *βάθρα* significet, gradus in quibus et signa deorum posita erant et virgines consederant, scriptumque fuerit *ἔχω βαθρείας*. Nam ut sacrum esse hunc quem tenent locum asseverent, iterant hanc vocem: ad quod respondens praeco acerba cum ironia *ἐν ναί, ναί* dicit, ipse quoque iterato nominans eum locum in quo mox sint sessurae. *Ἄγειος* Lobeckius in Paralip. p. 552. in *γέγειος* mutandum suspicabatur. At id metro non convenit. Ego *γεῖος* scripsi. Stephanus Byzantius *γῆ ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν· ἀφ᾽ οὗ τὸ γέγειος κτητικὸν πλεονασμῷ τοῦ γ̄ε̄*. Antiquum *κτητικόν* necesse est *γεῖος* fuerit, possessorem terrae et in ea natum significans, diversumque a *γάϊος*, quod oppositum est marino, ut supra v. 794. *ὁ ναΐος γάϊος*. Debent autem hae virgines caussam memorare, cur iure suo istos gradus teneant: itaque dicunt *γεῖος βαθυχάϊος ἔχω βαθρείας*, ut indigenae ab antiquissima nobilitate generis hunc locum sibi vindicantes.

827. Libri *σὺ δὲ ναὶ ναί*. Addidi *ἐν*.

βάση M. Rob. *βάσῃ* G.

829—831. *βίαι βίαι* (erasa utrobique inter *α* et *ι* littera) *τε πολλᾶι*(erasa inter *α* et *ι* littera) *φροῦδα βάτεαι βαθμι τροκακὰ παθῶν ὀλόμεναι παλάμαις* M. *βίᾳ βίᾳ τε πολλα φροῦδα βάτεαι βαθμί* (*ί* in litura) *τροκακὰ παθῶν ὀλομέναι* (ante correctionem *ὀλομάναι*) *παλάμαις* G. *βίᾳ βίᾳ τε πολλᾶ φροῦδα βάτ᾽ ἐπ᾽ ἀμίδα τροκακὰ παθῶν ὀλόμεναι παλάμαις* Rob. *βάτεαι βαθν μιτροκακὰ παθῶν ὀλλόμεναι π. Ε. βάτεαι βαθν μητροκακαπαθῶν* P. Res ipsa loqui videtur, haec sic ut feci emendanda fuisse. *Βάτεαι* est *βᾶτε*, pluralis explicandi caussa ad *βᾶθι* adscriptus, quum praeco haec dicere crederetur. *Longe*, inquit chorus, *abscede a me; pessima mala patere perdite ob conatus tuos.*

832. Libri *αἰ αἰ αἰ αἰ*.

833. Libri *καὶ γάρ*. Non aptum hic *καί*. Recepi ab Heathio *εἰ*.

834. *δὶ ἀλλίρυτον* M. *δ᾽ ἄλλιρυτον* G. *δὶ ἀλίῤῥυτον* Rob.

835. Si promontorium Ciliciae Sarpedon nomen accepit a tumulo regis Lyciorum, cuius corpus Il. XVI. 666. seqq. in Lyciam, ut ibi sepeliretur, transportatum legimus, longius tum prolati erant fines Lyciae. Et Pomponius Mela I. 13. de isto loco, *Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis*. Anachronismus nec moratus est quemquam nec morabitur.

836. Libri *πολυψάμαθον*. Quod correxi.

837. *εὐρείαις εἰν αὔραις* M. Rob. *εὐρείαις εἰναύραις* G. *εὐρυχωρείαις* pro *εὐρείαις* P. Omittit haec verba E. Nihili est *εὐρείαισιν αὔραις*. Quum Aegyptus *Ἀερία* dicta sit, posui *ἀερίαισιν*.

840. Libri *ἴυζε καὶ βόα πικρότερ᾽ ἀχέων* (*ἀχθέων* ante correctionem G.) *ὀϊζύος ὄνομ᾽ ἔχων*. Videor mihi versum temere repetitis

verbis foede corruptum in integrum restituisse, etiam tribracho accurate respondentem antistrophico.

841. *οἶ* vel *οἷ* quinquies libri. *οι*

842. *λύμασις ὑπρογασυλάσκει* M. *λύμασις ὑπρογασυλάσκει* G. *λύμασις ὑπρογασυλάσκοι* E. Rob.

843. *περιχαμπτὰ βρυάζεις* M. G. E. Rob.

Sententia corruptorum verborum haec esse videtur, *excruciatus tu ante terram* (h. e. in mari) *latres grandia iactans.* Ad eum modum emendavi.

844. *ὅς ἐρωτᾶς* M. *ὅς ἐρωτᾷς* G. *ὅς ἐρωτὰς* Rob. Latet hic fortasse ignotum nomen. Nam apud Hesychium est *ἐρωγάς*, quod ille non videtur *ἐρωδιός* interpretatus esse: sequitur enim statim *ἐρωδιός, εἶδος ὀρνέου.* Itaque explicationem nominis excidisse putandum erit. Perdoctam Valckenarius, abstrusis delectari solitus, vocat Scaligeri emendationem, *ὁ δ' ἔρως γᾶς*, eamque defendere studet, Diatr. p. 53. Ne cui in mentem veniat *ἐπαρωγὸς δέ* coniicere, moneo non posse has virgines, quae se iam Argivas haberi volunt, Aegyptii dei auxilium requirere. Mirum est etiam, quod in margine codicis M. adscriptum est *ὁ Νεῖλος σε*, pro quo in scholiis codicis G. scriptum est *ὁ μέγας, ὁ Νεῖλος*, quasi scholiastes *ὁ Μέλας* scriptum habuerit, *Νεῖλος* autem non legerit. Nam *Μέλας* antiquum nomen Nili fuisse traditur: v. librum Plutarcho tributum de fluviis c. 16. Eustathium ad Dionysii v. 229. p. 119, 6. interpretes Hesychii ad v. *Μέλας.* Nihil tamen isti glossae tribuam. Neque vero epitheton nihil ad sententiam conferens positum fuisse credibile est, ut *ὁ σαρώτας*, quod quis posset ope scholiastarum Lycophronis ad v. 389. Etym. M. p. 708, 56. Zonarae p. 1631. commune. Quare quod minima mutatione indigebat, *ὁ δὲ βώτας, ὁ μέγας Νεῖλος* scripsi: *qui te nutrivit magnus Nilus avertat te ab intolerabili ista temeritate.*

845. 846. *ὑβρίζοντά σε ἀποτρέψει ἔναιστον ὕβριν* M. G. E. Rob. *ἀποτρέψειεν, ἄϊστον ὕβριν* Turnebus. Monstrant libri *ἄϊστον.* Sed quum per ordinem verborum necessario coniungenda sint *ὑβρίζοντα ὕβριν*, patet praeconem quidem ipsum, sed non *ὕβριν* posse *ἄϊστον* dici. Ea caussa posui *ἄοιστον*, etsi non alibi inventum. Poterat id sane *ἄφερτον* dicere, vel ponere *ἄλαστον.*

847. Libri *ἀντίστροφον.* Scholiastes *τὴν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἐλισσομένην, ὅ ἐστιν ἀμφέλισσαν.* Eum *ἀμφίστροφον* legisse patet. Quod cum Porsono recepi. Nam parum veri simile est poetam id *ἀντίστροφον* dicere maluisse.

848. *ὅρον τάχιστα* M. G. P. Emendate Rob.

μηδέτι M. Rob. *μηδ' ἔτι* G. *μὴ δέτις* Turn. *μηδέ τις* Vict.

849. Libri *οὐ δαμάζεται.* Emendavit Pauwius.

850. *ὀι ὀί* M. *οἴ οἴ* G. *οἶ οἶ* Rob.

851. *βροτιοσα ροσαται* M. E. *βροστίοσα ροσάται* G. *βρέτειος πρὸς ἄτας* Rob. *κροτίοσα* ex P. affertur. Eustathius p. 1422, 18.

ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρῶ καὶ ἄρος τὸ ὄφελος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἱκετίσι, βρότεος ἄρος ἄτα, ἤτοι τὸ εὖ τῶν βροτῶν καὶ τὸ ὄφελος ἄτη ἐστίν. Si haec recte scripta sunt, falsam scripturam secutus est Eustathius, *βρότεος*. Veram interpretatus est scholiastes, *ἡ τῶν βρετέων ἐπικουρία βλάπτει με.*

852. *μαλδαάγει* M. G. *μάλδά γει* Rob. Dubitari potest scripseritne *ἀμαλδυνεῖ*, quod syllabis cum antistrophico congruit, an quod ut ad rem accommodatius praetuli *ἀμαλάδ' ἄγει.*

853. Libri *ὄναρ ὄναρ.* In sententia nihil vituperari potest, si *με*, quod non habent libri, sic inseritur, *ἀμαλάδ' ἄγει ἄραχνος ὡς βάδην ὄναρ μ', ὄναρ μέλαν.* At non aptus est ille locus pronomini, praesertim quum etiam *ἄγει ἄραχνος* hiatum faciat. Quare post *ἄγει* pronomen inserui. *Ὄναρ* de praecone, qui spectri instar est, tam bene dictum, ut per se minime suspectum sit. Scholiastes quod scribit, *τουτέστι μηδέν με οὖσαν*, ineptum esse patet, sed convenit ea interpretatio etiam voci quam supra v. 754. posui. Quae quum hic eodem significatu parem vim atque *ὄναρ* habeat praetereaque metro commendetur, reponendam indicavi.

854. Libri *ὀτοτοτοτοί.*

855. Libri *βοᾶν.* Quod correxi.

Post hunc versum Rob. ut alium versum addit *ὦ μάτηρ γῆ.* Scilicet ad *μᾶ γᾶ* in margine codicis M. adscriptum est *ὦ μῆτηρ γῆ.*

857. *ὦ βὰ* M. *Βᾶ* significare debet *βασιλεῦ.* Choeroboseo p. 16, 7. sive in Bekkeri Anecd. p. 1181. *Βᾶς* fuit rex Ponti. Scholiastes, qui *ὦ πάτερ* interpretatur, recte visus est Valckenario ad Adoniazusas p. 382. *ὦ πᾶ* invenisse. Id ibidem Choeroboscus memorat et Arcadius p. 125, 17. V. Lobeckii Paralip. p. 78. Ceterum similiter Sophocles Phil. 391. *ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός.*

859. *οὐ γάρ με θρέψαν* M. G. *οὐ γάρ μ' ἐθρέψαν* Rob. Emendate Turn.

οὐδὲ γήρασαν M. G. Rob. Emendate Turn.

860—862. *μαι μαι* (*μαιμᾷ* Rob.) *πέλας δίπους ὄφις* M. Rob. *μαιμαι πέλας δίπου ὄφις* G. *μαῖ μαῖ* ex P. affertur. Excidisse versum stropha docet.

863. *τί ποτ' ἐνδακοσέχ* M. G. nam *έχ* potius quam *άχ* in utroque codice scriptum esse videtur, et adnotatum est *ἐνδακοσέχ* ex E. *τίποτ' ἔν δακοῦσαχ* Rob. Aperte scribendum erat quod dedi.

864. Libri *ὀτοτοτοτοί.*

865. Libri *βοᾶν*, ut v. 855.

867. Hic etiam M. *ὦ βᾶ.*

870. Libri *πρόμνοι.* Emendavit Stanleius.

871. 872. Hoc distichon in libris post v. 873., hic autem, post v. 870, versus 874. 875. leguntur. Restituit ordinem Heathius.

872. *ἐπεὶ οὐ κακοῦ ἔξυ* (*ἔξω* E. P.) *τῶν* M. G. E. P. *ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις σὺ τῶν* Rob. Emendavit Porsonus.

873. *διωλόμεσθα ἐπτάναξ* M. G. E. *διωλόμεσθα ἐπτ' ἄναξ* ex P. affertur. Emendate Rob.

875. *ὄψεσθε· θάρσει τοῦ χερεῖ ταναρχίαν* M. *ὄψεσθε· θάρσει, τουχερεῖτ' ἀναρχίαν* G. Ex E. *οὐχερεῖ ταναρχίαν* adnotatum est. *ὄψεσθε βασθαρσεῖτ' οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν* Rob. ut *βασ.* personae signum alieno loco illatum sit.

876. *ἐκ ποίου* libri. *ἐκ τίνος* vir doctus in Diarii class. fasc. VII. p. 159.

878. Libri *ἀλλ' ἢ*. Turnebus *ἀλλ' ἤ*.

879. Libri *κάρβανος δ' ὤν*. Turnebus *δ'* omisit. Emendavit Porsonus.

ἐγχλίοις Rob.

880. *ὤρθωσα φρενεί* M. *ὤρθωσα φρενί* G. Emendate Rob.

881. *ἠμπλάκημε* G. *τῶνδ' ἐμοὶ* libri.

883. 884. Exciderunt duo versus.

885. In Porsoni Miscellaneis p. 218. scribere ille dicitur *πῶς δ' οὐχὶ τἄμ' ὀλωλόθ' εὑρίσκων ἄγω;* Vereor ne id Aeschylus non dixisset praesentis coniunctivo. Quae adscripta sunt firmandae illius coniecturae caussa, Sophocles Oed. Col. 833. et Euripides Herael. 175. *τοὺς ἐμοὺς ἄγω* indicativo et *τἄμ' ἐῶν ἄγειν ἐμέ* dixerunt. In Aeschyli Prometheo autem 197. 198. et Aristophanis Lysistrata 713. nihil invenio quod huiusmodi locutionem praebeat. Non magis probandus est Valckenarius ad Phoen. 712. scribi volens *πῶς δ' οὐχί; τἀπολωλόθ' εὑρίσκων ἔχω.* Recte libri. Non enim convenit hoc dictum cum verbis regis v. 882. Respondere debebat praeco *quomodo non? nemini enim iniuriam facio.* Tum regem dicere oportebat *at has virgines vi abducere conaris.* Sine dubio initium idem duorum versuum *πῶς δ' οὐχί* caussa fuit omissionis.

886. *προσξένοις* M. *πρὸς ξένοις* G. E. Emendavit Victorius.

888. *σέβῃ* M. Rob. *σέβῃ* G.

890. *οἶδ'* M. *οἶδ'* G. Emendate Rob.

σέθεν κάτω M. G. *σέθεν κλύω* Rob.

891. Tyrwhittus *οὔ τις τάςδε μὴ 'ξαιρήσεται.* Potuit ita loqui praeco, sed tamen videtur ille nonnihil territus increpatione regis iam minus confidenter loqui. Quare nihil mutandum puto, sed sic intelligenda esse haec verba, *abducam, nisi tu mihi has eripias.*

892. *κλάεις* M. *κλάοις* G. *κλαίοις* Rob.

οὐδὲ μάλ' M. *οὐδὲ μάν'* G. *οὐ μάλ'* Rob.

895. Libri *λέγοις ἄν*. Recte Heathium *λέγοιμ' ἄν* scribi iussisse docet responsio regis.

896. *ἀβουκόλυτον* G.

900. Post hunc versum positi sunt in libri versus 914—917. V. ad v. 913.

901. *τοὔνομ' ἐν* M. G. *τοὔνομα ἐν* Rob.

902. *εἰσθιγαντοσ χοιϊ* (sic) *ξυνέμποροι σέθεν* M. *ἴσως γ' αὐτὸς χ' οἱ ξυνέμποροι* idem in margine. *ἴσως γ' αὐτὸς χ' οἱ ξυνέμποροι σέθεν* G. *ἴσθι γ' αὐτὸς* idem in margine. *ἴσθι γ' αὐτὸς χοἱ ξυνέμποροι σέθεν* Rob. Emendavit Burgesius.

904. *πείθῃ* Rob.

λόγοις M. G. Rob. Emendavit Turnebus.

906. *κέκραται* P.

907. *τῶνδε φιλωταὶ τορῷ* M. G. E. Rob. Emendavit Turnebus.

909. Haec, inquit, non quia leges iuberent aut pactionis esset necessitas, sed libere et sponte decreta scito.

913. *ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη πόλεμον ἐρεισθενέον* M. G. E. P. *ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη πόλεμον αἱρεῖ σθαινέον* Rob. *αἵρεσθαι νέον* Porsonus. In librorum scriptura *ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη* absconditum latet aut *σοὶ μὲν τόδ' ἡδύ*, aut *εἴ σοι τόδ' ἡδύ*. Quod si *σοὶ μέν* scribitur, recte sane procedit oratio,

σοὶ μὲν τόδ' ἡδύ, πόλεμον αἵρεσθαι νέον.
εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν.

At ea ipsa caussa suspectum est *μέν*. Ad posteriorem autem horum versuum quum statim respondeat rex, videntur haec bene cohaerere, nisi supra post v. 900. quattuor versus legerentur, quos praeconis quidem esse non est dubium: nam huius est regem monere ne bellum provocans multorum civium vitam in periculum coniiciat: sed isto quo leguntur loco scriptos non fuisse Schützius vidit. Nam non solum interrumpunt ordinem colloquii nec quidquam rex ad eos respondet, sed etiam praeco non poterat dicere *οὔ τοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὕπο Ἄρης*, nisi aut ipse aut rex de bello aliquid dixisset. Eos igitur versus quum alienos ab hoc loco esse pateat, necesse est alibi scriptos fuisse. Schützius eos post v. 912. collocari voluit. Ad id eadem quam dixi ratio prohibet. Immo non alius est locus qui iis conveniat quam hic, ubi rex ita locutus erat, ut praeco aut turpiter ut ignavus iactator abire, aut bellum minari debuerit. Propterea scripsi *εἴ σοι τόδ' ἡδύ, πόλεμον αἵρεσθαι νέον*, et post hunc versum ita collocavi illos quattuor, ut et ante eos et post eos lacunae signa ponerem. Non possunt enim versui 913. statim subiuncti fuisse, sed debebat oratio hoc modo procedere, *si tibi placet bello rem committere, Aegypti quoque filios paratos ad pugnandum invenies: videbis tum rectene an secus tibi consulueris.* Credibile est lacero hic antiquissimo codice reliquam fuisse aliquam laciniam, quae cum aliquot versuum iactura illos quattuor versus continebat, quos scriba, qui fabulam ex illo codice descripsit, quum nesciret quo pertinerent, post versum 900. collocavit. Inter hos autem et versum 918. veri simile est huius-

modi sententiam intercessisse, *quare vide an bene prospicias populo tuo, si eum feminarum caussa in belli discrimen coniicias.*

916. Libri *γίνεται.*

917. Libri *βίον.* Plutarchus de curiositate p. 517. F. *βίων,* quod Porsono ad Medeae v. 139. (VIII.) non recordanti iterum sic apud Plutarchum in libro de facie in orbe lunae p. 937. F. scriptum esse, deterius vulgato *βίον* videbatur. Plurali isto usus est Aeschylus apud Platonem de rep. p. 383. A. *ἐνδατεῖται τὰς ἑὰς εὐπαιδίας νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνας βίους.*

921. *φίλοις* libri. Schützius *φίλαις.*

922. *εὐεργῆ* Rob.

923. *κεκλημένην* M. *κεκλιμένην* G. Rob. *κεκλειμένην* Canterus.

924. *ἐπὶ* pro *ἐστὶ* Rob.

926. Libri *εὐθυμεῖν ἔστιν ἐντυχούσηναίειν δόμοις.* Turnebus *εὔθυμόν ἐστιν, εὐτυχεῖς ναίειν δόμους.* Emendavit Bothius.

928. *μονορύθμους* M. G. Rob. Emendate Turn.

930. Libri *πάρεστι λωτίσασθαι.* Aberraverant enim veteris scribae oculi ad v. 928. litterarum similitudine decepti. Cantero scribendum videbatur *πάρεστι, λωτίσασθε.* Sententia commendat *ἀτρεστί,* quod posui, etsi neque ipse exemplo munire possum, nec novisse videtur Sturzius in commentatione de hoc genere adverbiorum.

931. *αὐτοί τε* Rob.

933. Libri *ἀγαθοῖς.* Correxit Porsonus.

935. *εὐθαρσῆ,* nihil periculi metuentem, ut prius v. 474—483.

937. *πρότερα* M.

μήτις M. Rob.

940. Libri *εὔτυκτος.* Turnebus *εὔτυχος.* Emendavit Spanhemius ad Callim. L. P. 3.

944. Apertum est non potuisse regem ea quae dicturus esset sic incipere. Excidisse initium vidit Wellauerus. Perierunt autem versus tres: nam sine dubio respondebat hoc systema praecedenti.

945. Libri *λαῶν ἐν χώρῳ.* Correxi in Opusc. II. p. 325.

946. Libri *φίλαι δμωΐδες.* Sed totum versum omittit Rob. Nec famulas alloqui regem decebat neque eas *φίλας* appellare neque iubere eas *σὺν εὐκλείᾳ καὶ ἀμιγήτῳ βάξει λαῶν* heras suas sequi. Scribendum erat *δμωΐδας.* Activa potestate dictum *τάσσεσθαι,* ut in Euripidis Heracl. 664. Androm. 1099.

951. *διχορρόπως* litteris *δι* in litura M. *διχορρόπας* G.

952. 953. Libri *καί μου τὰ μὲν* (*μὲν* om. Rob.) *πραχθέντα πρὸς*
.σσ. ωσ
τοὺς ἐκτενεῖς φίλον (sic, non *φίλον,* M. *φίλον* E. Rob. *φίλους* G.) *πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίους.* Nullo modo hic *φίλους* et *αὐτανεψίους,* praesertim hac collocatione verborum, dicere potuit. Neque *ἐκτενεῖς,*

recentioris usus vocabulum, ab Aeschylo positum esse credibile est. Praeterea non *πικρῶς*, sed contrarium dici debuit. Ex quo intelligitur partem veri, *οὐ πικρῶς*, latere in scriptura *φίλον πικρῶς*. Hinc scripsi *μάλ' οὐ πικρῶς*. Plerumque *οὐ μάλα* dicitur, sed *μάλ' οὐ* legitur in Il. H. 241. *ἀλλὰ μάλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ χόλος φρεσίν, ἀλλὰ μεθήμων*, et V. 407. *ὅττι μάλ' οὐ δηναιός, ὃς ἀθανάτοισι μάχηται*. Et in Aeschyli versu etiam aptissimum est *μάλ' οὐ πικρῶς*. Reliquum est *ἐκτενεῖς*, quod scripsi *ἐκγενεῖς*. Requirimus enim vocabulum quo vituperentur Aegyptiadae. *Ἐκγενεῖς* in Sophoclis Oed. R. 1506. restituit G. Dindorfius, *πτωχάς, ἀνάνδρους, ἐκγενεῖς ἀλωμένας*. Significat autem e gente eiectos vel eiiciendos, quos etiam degeneres hic quidem dicas.

954. *ἐμὸνσδ'* prius M. ex quo *ἐμὸνδ'* ab eadem manu factum. *ἐμοὺς δ'* E. Rob. *ἐμοῦ δ'* G.

τοῦδε G.

956. *δορυκ' ἀνημέρωι* M. *δόρυ κἀνημέρω* G. *δόρυκάνημέρῳ* P. *δόρυκ' ἀνημέρω* Rob. Emendavit Porsonus.

957. *χώρας* P.

ἀείζων M. *ἀεὶ ζῶν* G. *ἀειζῶν* Rob.

958. Libri *εὐπρυμνῆ*. Id mutavi in *ἐν πρύμνῃ*, quod video etiam Paleium suspicatum esse, sed male interpretatum *in vestra mente*, comparata *πρώρα καρδίας* in Choeph. 386. Ibi quod ante animum versatur, hic quod in intimo animo fieri debeat intelligendum est. Vt in navi potissimus locus est puppis, in qua et gubernaculum est et gubernator, sic *πρύμναν φρενός* dictam esse patet.

959. *σέβεσθαι* M. E. Rob. *σέβεσθε* G. ex correctione.

τιμιωτέρα E. G.

Libri *ἐμοῦ*. Scripsi *θέμις*.

960. Libri *καὶ ταῦτα μὲν γράψεσθε* (*γράψεσθαι* ante correctionem G.). Sic *ταῦτα* ad praecedentia pertineret, non ad sequentia. Itaque aut scripsisse poeta putandus est *καὶ ταῦτα δ' ἐγγράψασθε*, aut, quod propius ad litteras accedit, *καὶ ταῦθ' ἅμ' ἐγγράψασθε*. Imperativo enim opus est. In Prom. 790. *ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν*.

πρὸς γεγραμμένους M. G. *προσγεγραμμένοις* Rob. *πρὸς γεγραμμένα* E.

962. *ὅμιλος* M. a pr. manu.

963. Libri *εὔτυχον*. Emendavit Spanhemius ad Callim. L. P. 3.

967. *τερειν οπώρα δ'*, cum rasuris supra *ε* et *ο* et post *ν*, M. *τέρειν δ' ὁπώρα δ'* G. *τερεινοπώρα δ'* E. *τέρην ὀπώρα δ'* Rob.

968. Libri *θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοὶ τιμήν*, nisi quod *τὶ μήν* E. G. Impatientissimi litterae a scribis male geminatae vel non recte positi accentus philologi immobili vultu adspexerunt feras virginibus pudicitiam eripientes. Scripsi *θήραις δὲ κηραίνουσί νιν βροτοί. τι μήν;* Et in *θήραις* quidem incidit etiam Wieselerus Coniect. in Aeschyli

Eum. p. 245. Quum *μήν* visum esset *μιν* esse, *νιν* mutatum fuit in *καί*. *Laedunt*, inquit, *teneram aetatem persequendo homines: quid vero? quum vel bestiae alatae et in solo incedentes venerem appetant.* Hoc iis continetur, quae sequuntur, pessime a quibusdam tractata. Non dubitandum est quin versus exciderit post v. 969. Incredibile est enim, quum aves et quadrupedes bestiae memorentur, praeteritos esse pisces, praesertim a poeta Atheniensi. Et indicat lacunam etiam inconcinnitas dictorum. Cuiusmodi fuisse videatur versus qui excidit, indicavi interposito versu quem asteriscis inclusi. Hesychius *νηκτά, τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, τὰ ἔνυδρα, παρὰ τὸ νήχεσθαι, ὅ ἐστι κολυμβᾶν, πλεῖν.*

969. *παιδοστιβῆ* M. *παιδοτριβῆ* G. *πεδοστιβῆ* Rob.

971. Libri *καρπώματα στάζοντα.* Quod correxi. *Καρπώμαθ' ἃ* in antiquissimo libro sine elisione scriptum fuisse videtur, ut v. 977. *ΟΥΝΕΚΑΗΡΟΘΗ.* *ειν*

972. *καλῶρα κωλύουσαν θωσ μένην ἐρῶ* M. *κάλωρα κωλύουσαν θ' ὡς μένειν ἐρῶ* G. Rob. *θωσαμένην* adnotatum ex E. *Κἄωρα* scribendum esse vidit Stanleius, ego *κωλύουσαν* in *κωλύουσα* et *ἐρῶ* in *ὅρῳ* mutavi. Hoc dicit, *etiam bestiae et pennigerae et in solo incedentes et natantes videas fructum captare, quem emergentem Venus nuntiat etiam immaturum et arcens ut maneant intra terminum,* h. e. ne mares citius quam naturae lex permittat fructu potiantur. Arcere dicitur Venus congressum, quia etiam bestiae feminae, quum nondum maturae sunt, marem admittere detrectant. Constructum est *κωλύουσα* cum *ὡς* ut apud Thucydidem VII. 36, 4. *τὴν στενοχωρίαν κωλύσειν ὥστε μὴ περιπλεῖν.*

976. *πάθομεν* G.

977. Libri *οὖν ἐκληρώθη.* Id fuisse *οὕνεκ' ἠρόθη* Heathius vidit et nemo non videat. Quum *οὕνεκα* non patiatur ut versum excidisse credamus, exemplum hoc est audacissimi zeugmatis, de qua figura multi incogitanter, cogitate Lobeckius scripsit ad Aiacis v. 1035. Communis notio sustinendi perferendique utrumque nomen regit.

979. *πράξομεν* G.

οἰκήσεις M. G. *οἴκησις* Rob.

981. Libri *λατρῶν*, quod Lobeckius in Proleg. pathol. p. 401. ab ignoto nominativo *λατρεύς* dictum putat, quoniam ei merces conducti domicilii, quae Schützii interpretatio est, paene ridicula videbatur. Ea dicta est *λάτρον* testibus Hesychio, Suida, Eustathio p. 1246, 9. Etym. M. p. 557, 35. 42. Non puto esse quod quis offendatur gratis oblata peregrinis habitatione.

982. *φυλάξαι* M. Rob.

988. Finem tragoediae faciunt duo carmina metri genere ita discreta, ut, quum prius totum ex Ionicis a minore sit, in altero autem trochaicus numerus regnet, chorum, priusquam alterum carmen caneret, stationes mutasse appareat, brevemque inter utrumque carmen pausam

canendi intercessisse oporteat. Prioris carminis tria sunt stropharum paria, quorum duo priora strophas habent in duas partes divisas, quarum quaeque in primo pari stropharum finitur versu *ἀνακλωμένῳ*, qui in priore parte spondeum, in altera puros trochaeos habet; in altero stropharum pari altera pars terminatur versu puris trochaeis *ἀνακλωμένῳ*. Tertium par stropharum duas habet virgines alternis inter se colloquentes, quae duces esse videntur hemichoriorum. Earum dicta sine anaclasi ita se excipiunt, ut omnia accuratissime inter se sint aequata. Tum sequitur alterum carmen, quod ab hemichoriis, ut prioris carminis duo priora stropharum paria, canitur.

989. Libri *μακρὰς θεοὺς γανάεντες*. Emendavit *μάκαρας* Stanleius. Sed etiam *γανάεντες* aperte vitiosum est. Non potest enim participii istam terminationem, quae est *έντες*, praecedere *ᾱ*, nisi est pars radicis, ut in *ἀέντες*, *δαέντες*. Quare *γανάοντες* restitui. A *γαίω*, quod nitere potius et splendere quam gaudere esse puto, *γαίνω*, quod non est in usu, ex hoc autem *γανάω*, *γανόω*, *γανύω*, *γάνυμι* factum videtur. Praeter haec verba grammatici etiam *γανάσσαι* memorant, quod incertum est utrum a *γανάω* an a *γανάζω* sit, et *γανεῖν*, quod Hesychius *λευκαίνειν*, Etymologicum M. p. 223, 45. et Gudianum p. 121, 25. *λευκᾶναι* interpretantur, quasi aoristi infinitivus a *γαίνειν* sit.

990. *οἱ χεῦμ'* M. Rob. *οἳ χεῦμ'* G.

991. *περιναίετε* M. E. Rob. et a pr. manu G. *περιναίεται* G. ex correctione. *Περιναίονται* scripsi in Elem. doctr. metr. p. 492. Non est quod quis de medio verbo dubitet. Sic v. 390. *ῥεπομένων* dixit. Complura huiusmodi apud Sophoclem adnotavit Eustathius p. 694, 20.

992. Libri *ὑποδέξασθ' ὀπαδοί*. Correxit Heathius. Falsi sunt interpretes, qui haec ita distinxerunt, ut *ὀπαδοί* vocativus esset, ancillas vocari a Danaidibus putantes, quod et per se indecorum fuisset et refutatur toto carmine, in quo ubique ipsas Danaides verba facere apertum est. Immo quae hic dicunt *ὑποδέξασθε δ' ὀπαδοὶ μέλος*, sese compellant hortanturque ut sociae in eandem sententiam canant, quam prioris hemichorii virgines praeierant, Argivorum iam deos colendos esse.

993. Libri *μένος*. Correxit Lucas Legrandius.

αἰνὸς δὲ M. *ἑνὸς δὲ* G. Emendate Rob.

995. *πρὸς χοὰς* M. G. E. P. *προχοὰς* Rob.

σέβομεν ὕμνους G.

997. *θαλερὸν* P. ex coniectura, ut videtur: nam reliqui libri *θελεμὸν* praebent. De accentu Arcadius p. 61, 3. v. Lob. Proleg. pathol. p. 158. Hesychius *θέλεμον, οἰκτρόν, ἥσυχον. θελέμιος, ἡσύχιος, οἰκτρῶς.* Apud Hesiodum, Op. 118. *οἳ δ' ἐθέλημοι ἥσυχοι ἔργα νέμοντο*, grammatici dicunt *ἐθέλημοί* et *ἥσυχοι* posita esse *ἐκ παραλλήλου*. Altera Hesychii interpretatio ad aliud vocabulum, ut *ἐλεεινόν*, videtur referenda esse.

πόμα E. Inter *πῶμα* et *χέουσιν* in M. aliquid erasum.

999. Libri *μελίσσοντες*. Correxit Pauwius.

1002. *ἔλθει κυθερείας* M. *ἔλθῃ κυθέρειος* G. *ἔλθοι κυθερείας* P. Rob. *κυθερείας* etiam E. Non inutile est *Κυθέρειος*, sed honeste *γάμον Κυθέρειον* concubitum vocant.

1003. Libri *στύγειον*. Id aut *στύγιον* aut, quod Turnebus intulit, *στυγερόν* est, utrumque languida sententia, si, ut vulgo, *πέλει τόδ' ἆθλον* legitur, quod G. habet. Neque apparet cur hoc praemium dicatur. Sed M. *πέλοι τόδ' ἆθλον* habet, Rob. *πέλοιτο δ' ἆθλον*. Ex quo apparet *στυγερῶν πέλοι τόδ' ἆθλον* scribendum esse. Vt mos est, quod a se alienum esse cupiunt, inimicis imprecantur. Sic recte dictum est *ἆθλον*.

1004. *δ'* addidit Pauwius.

1008. *θεοῖς* Rob.

1009. *δ' αἱ φίλαι* M. G. Rob. *δὲ φίλαι* P. *δὲ φίλᾳ* Burgesius.

1010. *πόθος τ' οὐδὲν* M. G. P. *πάθος τ' οὐδὲν* Rob. *ᾧ* inseruit Wellauerus.

1011. *θεακτορι πιθοῖ* M. *θέακτορι πυθοῖ* G. *θεάκτορι πυθοῖ* Rob. *θεακτορι* (super ε crucis signo adscripto) *πειθοῖ* P. *θέκτορι* Bothius.

1012. *ἁρμονια ι μ οῖρ'* cum rasuris post *νια* et post *μ*, M. *ἁρμονία μοῖρ'* Rob. et ut puto G. Miror deam Harmoniam, quam recentiores hic invenisse sibi visi sunt, etsi commemoratam video in suffecta parte hymni Homerici in Apollinem v. 194.

αὐτὰρ ἐϋπλόκαμοι Χάριτες καὶ ἐΰφρονες Ὧραι,
Ἁρμονίη θ', Ἥβη τε, Διὸς θυγατήρ τ' Ἀφροδίτη,
ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχουσαι.

Praeterea epitheto indigere videtur *μοῖρα*. Itaque nominativum restitui, ut Suadae data esse dicatur *ἁρμονία μοῖρ' Ἀφροδίτας*, *ad concorditatem cogens Veneris vis*. Substantivo *τὰν Διὸς ἁρμονίαν* dicit in Prom. v. 549. Verum etiam adiectivi usum monstrat Perictiones Pythagoreae liber *περὶ γυναικὸς ἁρμονίας*, in quo apud Stobaeum LXXXV. 19. *ἁρμονία γυνή* dicta est p. 487, 19. 29. et 488, 40. Nam etsi nemo hodie Bentleii de istis Pythagoreorum scriptis sententiae refragabitur, tamen concedendum erit eos verba sermonemque antiquorum imitatos esse Pythagoreorum. Ceterum positum est *δέ*, non *τε*, quia respicitur ad praegressam negationem.

1013. *ψεδυρα*, addito a secunda manu *θ* supra *δ*, M (non *ψεδρα*). *ψεδυρὰ* G. *ψέδρα* E. *ψῦδρα* Rob. Hesychius *ψέδυρος*, *ψίθυρος*. Satis munitam esse arbitror hanc vocem, cuius non mirum est si variae formae fuerunt, quia ad imitationem soni facta est. Scripsit autem Aeschylus sine dubio forma feminina *ψεδυραὶ τρίβοι*, ne duo contigua vocabula in eandem diphthongum exirent.

1014. *φυγάδες δ' ἐπιπνοίαι* M. E. *φυγάδες ἐπίπνοιαι* G. *φυγὰς δ' ἐπιπνοία* Rob. Potuit dici, quod a C. G. Hauptio coniectum Pa-

leio iudice extra omnem dubitationem positum est, *φυγάδεσσιν δ' ἐπιπλοίας*, etsi *ἐπίπλοια* non est aliunde cognitum. At cur *φυγάδεσσιν* maluisset Aeschylus quam *ἡμῖν*? Scripsi *φυγάδεσσιν δ' ἐπινοίαις. Propter fugiendi consilium, quod cepimus, aerumnas et bella metuo.* Sic v. 17. haec nomina permutata sunt.

1017. Libri *εὔπλοιαν. Εὐπλοίας τυγχάνειν* potest quis: quid autem est *πρᾶξαι εὔπλοιαν*? Scripsi *ἔκπλοιαν*. Nam *ταχυπόμποισι διωγμοῖς* non de futura persecutione Danaidum, sed de celeri abitu Aegyptiae classis dictum est. Ex eo colligunt mox maiore cum apparatu redituros esse.

1018. *διωγμούς* ante correctionem M.

1020. *παραβάτας ἐστὶν* M. G. Rob. *παραβάτος ἐστὶν* E. Correxit Askewius.

1023. Libri *προτέραν*.

1027. *θέλγεις* M. Rob. *θέλεις* G. E. *θέλγοις* commemorat Stephanus.

ἀνάθελκτον M. E. Rob. *ἀναθέλκτον* vel *ἀναθέλητον* G. *ἂν ἄθελκτον* commemorat Stephanus.

1029. *φρεναδίαν* M. G. *φρένα δίαν* Rob.

1033. Recte Stanleius *ἀγάζειν* interpretatur *aegre ferre*, auctore Etym. M. p. 5, 30.

1034. *Ζεῦ* M.

γάμου M. G. *γάμον* P. Rob.

1035. Auratus *ὥςπερ*, quo non opus est.

1036. *πημονας* M. *πημόνας* Rob.

1037. Libri *κατασχέθων*, quod etsi intelligi potest, si ad *γάμον* refertur, tamen inutile est: *κτίσας* autem non habet nomen ad quod pertineat. Scribendum erat *καταστροφάν*, sive id commutationem, ut in Eumen. v. 483. sive perfugium, ut supra v. 425. interpretari placet.

1038. *εὖ μενεῖ* Rob.

1040. *καί τε* M. G. *καὶ τὸ* Rob.

1041. Libri *δίκα δίκας*. Emendavit Burgesius.

εὐχαῖς M. Rob. *εὐχολαῖς* G.

1043. *μηχανὸς* E.

ADNOTATIONES AD PROMETHEVM VINCTVM.

In dissertatione altera de choro Eumenidum Aeschyli p. IX. dixi, quum Olympiadis LXXV. anno secundo Aetna arserit, recente illius incendii memoria scriptum videri Prometheum propter vaticinium ea de re Promethei. Negavit ita esse Ernestus Schneiderus in indice lectionum hibernarum universitatis Vratislaviensis anni MDCCCXXIII. duabus de caussis, quarum alteram, in ipsa fabulae indole positam, quod longiorem disputationem postularet, silentio praeteriens, de sola altera breviter exposuit. Illa prior quae sit fateor me divinare non posse. Alteram autem video bis perperam conclusa ratione contineri. Primo enim, quoniam Sophocles primus tres actores in scenam produxerit, certissimum esse censet, qua in fabula Aeschyli tres in scenam actores prodierint, eam post Olympiadis LXXVII. annum tertium, quo anno primum fabulas docuerit Sophocles, esse editam. Profecto: at quo auctore ostendet Sophoclem statim in prima fabularum commissione tribus usum esse actoribus? Itaque incertum manet, an etiam post Ol. LXXVII. 3. aliquot et Aeschyli et Sophoclis tragoediae duos tantum actores habuerint. Gravior est alter error. Nam in Prometheo statim in prima scena tres produci actores ait, qui Robur, Vulcanum, Prometheum agant: falli enim, si quis Prometheum personae loco numerandum neget: quid esse enim agere, si hoc non sit, acerbissimos cruciatus sine ulla doloris significatione perferre, neque amici et cognati misericordia aut inimici et servi contumelia frangi? At facile apparebit Promethei personam non ab actore aliquo agi potuisse, sed, quod etiam Welckerum in Trilogia coniecisse video, simulacrum, quod Promethei speciem haberet, in rupibus constitutum fuisse. Primum enim qui homo pedibus, manibus, lateribus ad saxa alligatus non solum immotus stare per totam fabulam, sed etiam vocem integram et vigentem conservare potuisset? Deinde ipsa species Promethei, qui vix aliter quam maxima parte corporis nudus conspici potuit, in vero homine cothurnis ceteroque ornatu carente exigua planeque indigna Titane visa esset spectatoribus. Porro, quod vel solum actori removendo satis est, cuneus

per medium pectus adactus, cuius etiam in Soluto Prometheo mentio facta est, simulacrum poscit. Denique ipsum in prima scena silentium Promethei, etsi convenientissimum eius ingenio est, tamen caussam habet etiam necessitatem. Nam ubi exierunt Vulcanus et Robur, tum demum qui alterum eorum egerat histrio post simulacrum Promethei latens verba recitabat Promethei, atque ita per totam fabulam, altero actore deinceps Oceam, Ius, Mercurii partes agente. Ceterum sapienter Aeschylus non Vulcanum, sed Robur exordiri fabulam voluit. Nam prius saevitia Iovis ostendenda erat quam miseratio eius in quem saeviretur. Convenitque id egregie moribus personarum, quum Robur lubens et gaudens alacrem se praebet ad opus, tristis autem Vulcanus est invitusque perficit mandata. Eo aptior ad excitandam in animis spectatorum misericordiam est quae deinde sequitur Vulcani plena doloris amicitiaeque oratio.

Index personarum in M. hic est, *κράτος καὶ βία*: *ἥφαιστος*: *χορὸς ὠκεανίδων*: *προμηθεύς*: *ὠκεανός*: *γῆ*: *ἡρακλῆς*: *ἑρμῆς*: *ἰὼ ἰνάχου*. Eodem modo Lips. Aug. nisi quod *ἡρακλῆς* omittunt et *ἰὼ ἡ ἰνάχου* habent. *Κράτος καὶ βία. ἥφαιστος. χορὸς ὠκεανίδων νυμφῶν. προμηθεύς. ὠκεανός. ἑρμῆς. ἡρακλῆς. ἰὼ ἰνάχου* Rob. *Κράτος καὶ βία. ἥφαιστος. χορὸς ὠκεανίδων. προμηθεύς. ὠκεανός. ἑρμῆς. ἰὼ* G. *τὸ κράτος καὶ ἡ βία προλογίζει* addunt Lips. Aug. Dubitatum est, an *Γῆ* et *Ἡρακλῆς* propterea adscripti fuerint, quia hae personae in Soluto Prometheo prodierint: in quo de Hercule res certa est, de Terra valde dubia. Dictum est de his in dissertatione de Prometheo soluto Opusc. IV, p. 256.

1—6. affert scholiastes Aristophanis ad Ran. 826. et inde Suidas in v. *ἐριβρεμέτας*.

Primam fabulae scenam imitatus est Lucianus initio dialogi cui Prometheo nomen fecit, eiusque dialogi in fine alios huius fabulae locos respexit.

2. Stephanus Byz. in v. *Σκύθαι* affert *Σκύθην ἐς οἶμον*, quorum verborum Eustathius quoque mentionem facit ad Homerum p. 775, 1. 1339, 8. et ad Dionysii v. 69.

Libri omnes cum editionibus et codice E. Suidae in v. *ἐριβρεμέτας* praebent *ἄβατον εἰς ἐρημίαν*, nisi quod M. Rob. *ἄβατον τ' εἰς ἐρημίαν* habent. Sed ceteri codices Suidae *ἄβροτον εἰς ἐρημίαν*, quod Eduardus Maltby in Thesauro Morelliano adnotavit Porsonum ex Suida, Hesychio, Eustathio, scholiasta Homeri Villoisoniano et Favorino reddendum censuisse. Vide etiam Porsoniana Kiddii p. 208. Ex his testibus solus Suidas ex hoc loco Aeschyli sumpta esse haec verba ostendit. Hesychius *ἄβροτον, ἀπάνθρωπον*. Scholiastes Homeri ad Il. XIV. 78. et in Crameri Anecd. Paris. IV. p. 19, 11. *καὶ Αἰσχύλος, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν, δῆλον ἐν ᾗ φῶς οὐ γίνεται*. Eustathius p. 968, 14. *ἔστι δὲ ἀβρότη κατὰ μὲν τὸν κοινὸν ἐν ᾗ βροτὸς οὐ πρόεισιν· ὅθεν καὶ ἄβροτος φασὶν ἐρημία παρ' Αἰσχύλῳ*. Non ergo ipse hoc legit in

Prometheo. Favorinus *ἔστι δὲ ἀβρότη κατὰ μὲν τὸν κοινὸν ἐν ᾗ βροτὸς οὐ πρόεισιν· Αἰσχύλος, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν.* Verum esse puto, quod dubitanter suspicabatur Buttmannus in Lexilogo I. p. 135. Aeschylo *ἀβρότην νύκτα* Homeri visam esse in qua homines non exirent. Vix enim quisquam ausus esset hoc significatu hoc vocabulum usurpare, nisi id Homerum fecisse ab ludi magistris fuisset acceptum. Similem errorem notabimus ad v. 64.

3. Respicit haec Eustathius p. 29, 14. 312, 16. 829, 56. Hesychius in v. *ἐπιστολαί*, Thomas M. p. 121, 6.

μέλλειν G. Lips. aliique codices, idque ante rasuram erat in M.

ἐπιστολὰς M. *ἐπιτολὰς* G. Lips. Aug. (sed hic corr.) et reliqui fere codices.

4. 5. Afferunt *τόνδε πρὸς πέτραις ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι* Suidas et Favorinus in v. *λεωργός*. Respiciunt Etym. M. p. 563, 10. Hesychius in v. *λεωργόν*. Huius vocabuli, de quo multa congessit Barkerus ad Etym. M. p. 1100. seqq. perineptas explicationes excogitarunt grammatici, quarum una haec est, ut *λέως* pro *τελέως* dictum fuerit. Quid mihi videretur significavi ad Soph. Antig. 1261.

6. Mirifice variant libri, fere *ἀδαμαντίνοις πέδησιν ἀρρήκτοις πέτραις* vel similia exhibentes. Illud est in G. nisi quod erasum *πέτραις* et *λέγω* superscriptum. *ἀδαμαντίναις* (*ἀδαμαντίνοις* Lips.) *πέδαισιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις* Lips. Aug. *ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀρρήκτοις πέτραις* M. Recte vero Canterus reposuit scripturam scholiastae Aristophanis ad Ran. 826. et Suidae in v. *ἐριβρεμέτας*.

7. Respexerunt Eustathius p. 748, 46. 1597, 62. Tzetzes ad Hesiodi O. et D. 60.

8. *ὤπασε* G. Lips. *τοιὰς δέ τοι* G.

12. *Κράτος* et *Βία*, Stygis et Pallantis proles, ex Hesiodi Theog. 385. seqq. sumpta. Ex Aeschylo sumpsit Callimachus, in cuius h. Iov. 67. Iovi ministri assident.

σφῶϊν M. Lips. *σφῶϊ* G. *σφῷν* Brunckius.

13. Libri *κοὐδὲν ἐμποδὼν* (*ἐμποδῶν* M.) *ἔτι*, praeter G. in quo est *κοὐδὲν ἐμποδὼν μάτην ἔτι*, et Paris. C. in quo *κοὐδὲν ἐμποδὼν μάτην*, superscripto *ἔτι*. Pro *ἔτι*, si Faehsium p. 68. recte interpretor, in Paris. B. est *ἐπί*. In scholiastarum interpretationibus nullum voculae *ἔτι* vestigium, quorum qui scripsit *ἐμπόδιον ἐν τούτῳ, ἐν τῷ πληρωθῆναι*, videtur *ἔνι* legisse. Rectius in M. *καὶ οὐδὲν ἐμποδών ἐστι τοῦ γενέσθαι*, et in Lips. *καὶ ἐμπόδιον τοῦ πληρωθῆναι*. Hinc nescio an scripserit Aeschylus *κοὐδὲν ἐμποδὼν ἄνῃ*. Sic etiam v. 72. in codice uno Vindobonensium *ἔτι* pro *ἄγαν* positum est.

ρος

15. *τῆι δυσχειμέρωι* M. *πρὸς τῇ δυσχειμέρῳ* Rob.

16. Hic versus omissus in Lips. in Aug. autem ab recentiore

manu in margine additus. Eo in codice est *μὴ* pro *μοι*, et *τόλμης*, superscripto *α*.

Libri *σχέθειν*. Elmsleius *σχεθεῖν*.

17. Libri *ἐξωριάζειν*, quod verbum alibi non inventum Porsono auctore quidam cum *εὐωριάζειν* commutarunt. Photius *εὐωριάζειν, ἀφροντιστεῖν, κατὰ ἀντίφρασιν· ὥρα γὰρ ἡ φροντίς.* Hesychius *εὐωριάζειν, ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φροντίδα, παρακούειν.* Idem *εὔωρος γάμος· Σοφοκλῆς Ἐριδι· ὥριος ἢ ὀλίγωρος. οὕτω γὰρ λέγουσι κατ' ἀντίφρασιν, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν.* Valde probabilis sane coniectura, sed tamen ut non vineat falsum esse *ἐξωριάζειν*, quod doctiores Aeschyli scholiastarum ita interpretantur, *ἔξω ὥρας καὶ φροντίδος ποιεῖσθαι, ἔξω ὥρας τιθέναι καὶ ἀφροντιστεῖν, ἔξω φροντίδος ποιεῖν, ἀπορρίπτειν.*

18. *αἰπομήτα* G.

Mira vis est huius allocutionis, quae paucissimis, sed aptissimis verbis simul et iustam esse Promethei caussam honorifica compellatione declarat et lenissima cum reprehensione laudat animi magnitudinem.

19. *ἄκοντ' ἄκων σε* G. aliique nonnulli codices et Rob. Sed in G. prima manus iustum ordinem restituit.

Libri *χαλκεύμασι*.

20. *προσπαταλεύσω* G. *προσπασαλεύσω* Lips.

τόπωι pro *πάγῳ* M. Rob.

21. G. et multi alii codices *θεῶν*. Quod etsi habet quo defendi possit, tamen *τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ* ostendit verum esse *βροτῶν*, quod M. Lips. Aug. habent. *μορφὴν βρωτῶν* Ald. *βροτῶν μορφὴν* Rob.

Eximia arte cumulavit poeta infinitam mali magnitudinem. Ferreis vinculis ad saxa affixus vacuo hominibus in loco, neminis cuiusquam alloquio aut adspectu fruens, interdiu solis flamma tostus, noctu ex pruinis tremens, ab die levamen nocturni mali, diurni ab nocte expetens, semper dolore doloris alius vicario cruciatus, nullum habiturus liberatorem, eodem immobilis statu, somni expers, numquam fessa stando flexurus genua haeret in rupibus ille qui genus humanum affecit beneficiis.

22. Memorant schol. Wassenbergh. ad Il. I. 47. ubi male scriptum est *ἡλίου φοιβοῦ φλογί*, Eustathius p. 38, 3. 40, 36. 1266, 46. 1446, 32. Thomas M. p. 333, 29. Hesychius *σταθευτός, πεφλογισμενος ἡρέμα.*

φοιβῆ M. a pr. manu.

23. *χροιᾶς δ'* Lips. Aug.

24. *ποικοιλείμων* G. Tangitur *ποικιλείμων* ab Eustathio p. 814, 23.

26. *αἰεὶ* G.

27. Thomas M. p. 226, 12. *λοφήσων* G. Rob.

28. *ἐπηύρω* M. *ἀπηύρω* G. Lips. Aug. Eustathius p. 675, 49.

schol. ad Il. VII. 190. in Crameri Anecd. Paris. III. p. 226, 31. Defendit ἀπηύρω Abreschius in Misc. Obs. VIII. p. 341. Elmsleius veram scripturam ἐπηύρον esse putabat, quod altera Attici non videantur usi esse. Aeschylum tamen ego hoc loco credam ἐπηύρω scripsisse, ne quater vocabula in ου terminarentur.

32. Cram. Anecd. Paris. IV. p. 14, 4.

34. Libri φθέγξη. η

36. κατοικτίζῃ G. κατοικτίζη M. κατοικτίζεις Lips. Aug.

40. ξύμφημι Lips: plene, ut si νηκουστεῖν sequeretur. Ceteri libri σύμφημι'.

42. αἰεί τε δὴ νηλὴς M. cum aliis. αἰεί τοι νηλὴς G. αἰεί τοι δὴ νηλὴς Lips. Aug. αἰεί τι δὴ νηλὴς alii. αἰεί τει δὴ νηλὴς Rob. γε praebuit Vind. 3. Porsono aliisque merito probatum.

43. τῶνδε M. a pr. manu.

44. Stobaeus LVIII. 6. Clemens Alex. Strom. V. p. 234. (399.) Theodoretus c. Graec. IV. p. 531. C. Georgides in Boissonadii Anecd. I. p. 85. apud quem ζήτει legitur.

45. χειρῶν ἀξία Lips. χειρωναξία G. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 72, 14. χειρωναξία· πολὺ μὲν τὸ χειρώναξ, τὸ δ' ἔργον οὐχ οὕτως, κἂν Αἰσχύλος δόκιμον ποιῇ τὴν φωνήν.

48. ἔμπης G. ὤφειλε G. Lips. Aug. ὤφελεν M.

49. Libri ἐπράχθη, quod quocumque modo explicetur, ineptam et ne recte quidem enuntiatam sententiam praebet, quia perfecto opus erat. Stanleii emendationem ἐπαχθῆ meo monitu recepit Blomfieldius. Coniecit hoc etiam Briggsius ad Theocr. I. 101.

θεοῖς Lips. Aug.

51. Interpungebatur ἔγνωκα, τοῖςδε κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. Frustra haec alii defendere, alii corrigere conati sunt: de qua re accurate disputavit Mauricius Hauptius in Obs. crit. p. 57. Recte Bothius ἔγνωκα τοῖςδε coniunxit.

52. ἐπείξῃ τῶνδε (τῷδε G.) δεσμὰ M. G. et alii libri. ἐπείξῃ δεσμὰ τῷδε Lips. Aug. aliique. Haec melior verborum collocatio.

53. ἐλινύοντα M. G. ἐλιννύοντα Lips. Aug.

54. ψάλια M. Lips. Aug. ψέλια G.

55. Scholiastae νιν interpretantur et αὐτά et αὐτόν. Prior interpretatio vera videtur.

59. "πόρον Synes. Epist. 147. p. 288. A. sed πόρους Aristoph. Eq. 756. et schol. Marcellin. in Vit. Thuc. p. 2. l. 9. Dionys. Halicarn. A. R. VII. 36. p. 1390. ed. Reisk." Haec adnotavit R. Porsonus, persuasitque Blomfieldio aliisque. Apud Aeschylum πόρον M. Lips. Aug. et plerique libri. τρόπων G. τρόπον Cant. 1. γρ. τρόπον Arund. πόρους nullus. Prudenter Scholefieldius vix satis vel caussae esse vel auctoritatis habere scholiastam Aristophanis et Marcellinum censuit, ut πόρους pro-

baretur. Operae pretium est videre, quam leviter de testibus istis sit indicatum. Solus scholiastes Aristophanis versum Aeschyli affert, habetque πόρους. At hic quam facili errore pluralem ponere potuerit, verba Aristophanis ostendunt,

ποικίλος γὰρ ἀνὴρ
κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζων.

Aristophanem autem quo argumento, si Aeschyli versum in mente habuit, πόρους legisse iudicavit Porsonus, quum ille per metrum non potuerit πόρον ponere? Quid autem Marcellinus? De Thracibus et Dolopibus, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος ὁ θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. θεῶν γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ' Αἰσχύλον ὑπερτέρα. Vt hic Aeschyli versum respexerit, quid impedit credere eum memoriae errore πόρους scripsisse? Denique quid Dionysius? δεινὸς ἀνὴρ τά τ' ἄλλα καὶ πόρους εὑρεῖν ἐν ἀπόροις. Non magis profecto hic de Aeschylo cogitavit quam multi alii qui similia saepe dixerunt: quorum satis magnum numerum congessit Blomfieldius. Huic quidem etiam in eo assentiri nequeo, quod in Callistrati Imag. I. p. 145, 24. πόρους scribi voluit, ubi rectissime legi ἄσθματος ἔνδειξιν, ἐγειρομένην οἴκοθεν ἐκ τῶν ἀμηχάνων πόρων apparet ex cap. 9. p. 157, 6. Nec defendendo apud Aeschylum plurali prodest quod pluralem in simili sententia posuit, δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι (fr. 351): nam id quivis fecisset. Nec respexit Aeschyli versum Plato, quum in Symposio p. 203. D. de Amore scripsit θηρευτὴς δεινός, ἀεί τινας πλέκων μηχανὰς καὶ πόριμος. Nec mirandum quod apud Alciphronem I. 8. p. 30. nemo correxerit πόρους ἐξ ἀπόρων. Nam mirandum potius esset, si id fecisset quisquam. Etenim ibi homo, qui sua omnia ἄπορα esse dixit, uxori scribit invitatum se a piratis ad ineundam societatem esse: οὗτοί με κοινωνὸν ἐθέλουσι λαβεῖν τοῦ τολμήματος, πόρους ἐκ πόρων εὐμεγέθεις ὑπισχνούμενοι. Neque ulla caussa erat cur mallet in Aristarchi versibus apud Stobaeum LXIII. 9. πόρους scribi,

οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν
τίθησι καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον.

Denique si putavit Vrsinum ad Virgilii Ecl. V. 1. πόρους in Aeschyli versu ex MSS. posuisse, quid prohibet credere versum ex scholiasta Aristophanis ab Vrsino esse adscriptum?

60. ἄρηρεν legitur apud Ioannem Diaconum ad Hesiodi Scutum v. 271.

δυσεκβλήτως G. δυσεκλείτως ante correctionem Lips. δυσκωλύτως legitur in scholiis Baroccianis ad Soph. El. 147. δυςεκχύτως in Crameri Anecd. Par. IV. p. 262, 24.

62. μάθοι Lips. Aug.

64. 65. Schol. Aristoph. Ran. 826. Suidas in v. ἐριβρεμέτας. Sumpsit haec Aeschylus ex Hesiodi Theog. 521.

δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον

δεσμοῖς ἀργαλέοισι, μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας.

Quae sic videtur interpretatus esse, ut cuneum per medium Prometheum putaverit adactum esse. Idque iteravit in Soluto Prometheo, ut ex his a Cicerone in Latinum sermonem translatis versibus cognoscitur,

hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
perrupit artus, qua miser sollertia
transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.

At Hesiodus verba sua ita intelligi voluit, *τὰ δεσμὰ διὰ μέσον κίονα ἐλάσσας*, in media columna, ad quam alligatus fuerit Prometheus, affixas esse manicas. Sanguinis ex vulnere profluentis quod mentio non facta sit, Schützius hanc fuisse caussam putabat, quod secundum Homerum Il. V. 340. *ἰχώρ* diis pro sanguine esset. Mihi hic nihil caussae fuisse videtur, ut de sanguine aliquid adderetur. Nec tamen ideirco contenderim non esse sanguinem oculis spectatorum ostensum. Certe eius mentio facta est in Soluto Prometheo, ubi Prometheus dicebat

pinnata cauda nostrum adulans sanguinem.

66. *αἶ αἶ* M. G. Lips. *αἴ αἴ* Aug. et edd. vett.

Libri *ὑπερστένω*, nisi quod Paris. E. *ὑπὲρ στέρνω* habet. Bothius *ὑπὲρ στένω*, quod congruit cum sequentibus.

67. *σὺ δ' οὖν* Rob. et pauci libri.

τὸν διός τ' ἐχθρὸν Lips. Aug.

ὕπερ M. G. *ὑπερστένεις*, omisso *στένεις* in principio sequentis versus, Lips. Aug.

68. Thomas M. p. 235, 6. *οἰκτιῆς* G.

σκόπει in fine versus addunt Lips. Aug. non G. Scilicet in M. in margine adscriptum *λείπει σκόπει*.

69. Signum interrogandi, quod repertum a se scribit Stephanus, habet in fine versus G. et ut videtur M. Recte fortasse.

70. *τῶνδε* M. a pr. manu.

71. *πλευρὰς μασχαλίστρας* G. Meminit ex hoc loco *μασχαλιστῆρος* Thomas M. p. 236, 11. Describit *μασχαλιστῆρας* Pollux I. 147.

72. *ἐγκέλευ' ἔτι*, et in margine *γρ. ἄγαν*, Vind. 3.

73. *δὲ* pro *γε* G. et alii. *σέ* Rob. et libri nonnulli. *γέ σε* Ven. 2. *πρός* omittunt Lips. Aug.

74. *κίρκωσον* M. qui in margine *ἀντὶ τοῦ κρίκωσον* habet. *κρίκωσον* G. Lips. Aug. et plerique libri.

75. *χρόνῳ* pro *πόνῳ* Rob. et pauci codices.

76. *θεῖε* Lips. Aug.

Διάτορος fere active dicitur. Scholiastes *τὰς διατειρούσας καὶ τιτρωσκούσας, ἢ διατετορευμένας*. Prior interpretatio aperte inepta est. Dicuntur compedes perforatae, non quod annulorum instar crura amplectantur, sed quod foramina habent, per quae clavi adacti eas saxis affigant.

πόδας Lips. Aug. Rob.

77. Eustathius p. 1629, 11. 1827, 46.

οὔπιτιμήσσε, ab alia manu ultimis syllabis in *τήσγε* mutatis, M. *οὔπιτιμητὴς δε* G.

78. *γαρύεται* G. et pauci alii codices.

79. 80. Eumathius p. 225. apud quem *μαλακίζου* et *αὐθαδείαν* legitur.

80. *ὀργήν τε* G.

βαρύτητα G. *θρασύτητα* Eumathius, Lips. Aug. et alii codices.

μὴ 'πίπλασσέ μοι, ad *α* superscripto *η*, Lips.

81. *κώλοισι*, ad *ω* superscripto *ο*, Lips.

83. *ἐφημερίοισι* G.

Dubitabat Blomfieldius an *προστίθη* scribendum esset, quod in Etym. M. p. 478, 10. doceatur tertias imperfecti personas fieri secundas imperativi, *τίθη*, *πίμπλη*.

84. *ἀπαντλῆσαι* M. G. Lips. Aug. *ἀπαλλάξαι* pauci codices.

86. *δεῖν* G.

Affert *αὐτόν σε δεῖ προμηθέως* Eustathius p. 1497, 42. Scholiastes Pindari ad Pyth. V. 35. *διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε. καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ "τοῦ Προμηθέως", θέλων λέγειν τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι καὶ μὴ τῆς μεταμελείας.* Quae verba Boeckhius in libro quem de tragicis Graecis scripsit p. 121. recte videtur ad hunc Aeschyli versum rettulisse, negans ab Sophocle scriptum esse Prometheum. Alioqui non legeremus quae de Aeschyli Prometheo praefati sunt antiqui interpretes, *κεῖται ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κόλχοις, παρὰ δ' Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται.* Falluntur ergo, qui, ut Völckerus in Mythologia Iapetidarum p. 19. Prometheum ab Sophocle scriptum credunt. Vt apud Aeschylum, ita etiam apud Pindarum Ol. VII. 80. *Προμαθέος αἰδώς* dictum esse ostendit Pyth. V. 35. *Ἐπιμαθέος θυγατὴρ Πρόφασις.*

87. Libri *ἐκκυλισθήσῃ*.

τέχνης M. G. Lips. Aug. et plurimi codices. *γρ. τύχης* supra adscriptum in Lips. *τύχης* Rob. et libri nonnulli. In M. ad *τέχνης* adscriptum *τῶν δεσμῶν*.

88. *ὦ διὸς* M. G. Lips. Aug. Rob. *ὦ δῖος* Victorius.

ταχύπεροι G.

90. Respexisse videtur Pollux VI. 201. V. Petiti Misc. Obs. II. 18.

παμμήτωρ M.

91. *ἡλίου κύκλον* G.

92. *ἴδεσθ' οἷα* Lips. Aug.

93. *δέρ χθηθ' οἵαις αἰκίαισι* M. erasis post *δέρ* aliquot litteris. *δέρχθηθ' οἵαις ἀνίαισιν* (*ἀνίαισι* Aug. Rob.) G. Lips. Aug. Rob. Ad *οἵαις* in Lips. supra adscriptum *γρ. αἰνοῖς*. Plerique libri *αἰκίαισι* habere videntur, ut Ald. Turn. Blomfieldius secundum Elmsleii praeceptum ad Med. 608. nota X. *αἰκείαισιν* scripsit.

Eximia arte Aeschylus fecit Prometheum tandem, postquam solus est neque audiri potest a feroci irrisore, quo praesente contemptim tacuerat, rumpere silentium, initio quidem adhuc constricto magnitudine mali pectore aegre et tardioribus numeris caelum terramque testes iniuriae appellare, mox autem libero impetu indignationem citatis anapaestis effundere, paullo post vero dignitatis suae memorem quieto tranquilloque animo sese conscientia recte factorum consolari.

94. *μυριέτη* Lips. Scholiastes *πολυετῆ· ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Hyginus Poet. astr. II. 15. *Prometheum autem in monte Scythiae nomine Caucaso ferrea catena vinxit: quem alligatum ad triginta milia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor ait.* Id si Aeschylus *τριςμυρία ἔτη* dixit, videri potest usitata formula nihil nisi ingentem numerum significasse. Ideo tamen hic *μυριετῆ χρόνον* non eam vim quam *πολυετῆ*, sed paullo maiorem habet, numero annis addito quasi vivam imaginem immensi spatii animo offerens.

95. *ἀεθλεύσω* G. Rob. et alii libri.

98. *φεῦ φεῦ* M. G. et aliquot alii codices. *αἶ αἶ* Lips. Aug. atque alii. *αἰ αἰ* Rob. Qui cum Porsono *φεῦ φεῦ* praetulerunt, videntur id hiatus vitandi caussa fecisse. At is in interiectionibus legitimus est. Aptius hic videtur *αἰαῖ*, solentque id glossatores *φεῦ φεῦ* interpretari.

99. *ποῖ* M. G. Lips. Aug. multique alii codices et Rob. *πεῖ* Ald. *πῇ* recte editum inde a Turnebo.

100. *τέρματα* M. Ita recte Turnebus. Fuerunt qui hoc corrigendo orationem enervarent. *τέρμα* G. Lips. Aug. Rob. et reliqui ut videtur libri. In edd. vett. coli signo vel puncto post *στενάχω* distinguitur, non posito signo interrogandi post *ἐπιτεῖλαι*, quod placuit fere recentioribus. At multo gravior hic obliqua oratio est. Sic etiam v. 183. ss.

102. *σκοπῶς* M. a pr. manu. *τορῶς* nonnulli codices.

τὰ μέλλοντα οὐδ' ἐμοὶ G.

103. *πῆμα οὐδὲν* G.

104. *γιγνώσκονθ'* M. Reliqui *γινώσκονθ'*.

105. Moschopulus in Agapetum apud Fabricium Bibl. Gr. vol. XII. p. 306. sive ed. Harl. vol. VIII. p. 41. Theodorus Hyrtacenus Epist. 8. et 43.

ἀδήρητον Lips. Aug.

108. *πορῶν* M. Lips. *πορὼν* G. Aug.

ἐνέζευγμαι M. G. aliique codices. *ἐπέζευγμαι* Aug. Lips. et plerique codices. *ὑπέζευγμαι* edd. vett.

109. Hesychius in v. *ναρθηκιῶντες.* Schol. Ambrosianus ad Od. v. 490.

110. *πληγὴν* scriptum est apud Hesychium. *παγὴν*, superscripto *η*, Lips.

111. *πάσης* M. G. Lips. Aug. et plerique codices. *πᾶσι* nonnulli codices et Ald. Rob.

πέφηνε M. G. Lips. Aug. et ceteri ut videtur codices. *πέφυκε* editiones veteres.

112. *τοιὰς δε* G. Ceteri *τοιάσδε*. Quod Stanleius coniecerat non satis perspecto usu Graecorum, *τοιῶνδε*, quattuor codices Vindobonenses habere dicit Schützius, testis valde suspectus.

113. *πασσαλευτός*, omisso *ὤν*, G. Lips. Aug. et plerique codices. *πασσαλευμένος* M. et alii codices. *πασσαλευόμενος* Cantabr. 2. *δεσμοῖσι πεπασσαλευμένος* Rob. *πασσαλευτὸς ὤν* receptum inde a Turnebo.

114. 115. In Lips. *ἆ ἆ. ἔα. ἔα. τίς ἀχώ. τίς ὀδμά.* ab alia, ut videtur, manu in fine praecedentis versus post *πασσαλευτός* addita sunt, omissis *προσέπτα μ' ἀφεγγὴς θεόσυτος*. Eadem omissa in Aug. in quo priora sic scripta sunt, *ἆ ἆ ἔα. τίς ἀχώ. τίς ὀδμά.*

Recte scholiastae *ἐκπλήξεως ἐπιρρήματα. ἐπιρρήματα ἐκπληκτικά.* Quorum *ἆ ἆ* rei subitae mirationem, *ἔα ἔα* quid secuturum sit exspectationem significat. Vehementer commoveri Prometheum, ubi illa in solitudine aliquem ad se accedere sentit, per se patet. Itaque hic unicus est in hac tragoedia locus, in quo Prometheum pauca videmus liberioribus numeris exclamare. In ceteris quae loquitur omnibus summam servat gravitatem, aut iambis, aut, quum indignatione corripitur, anapaestis utens.

115. Quis credat quaesitum esse quid oluerint Oceanides? Ambrosiam spirare putabat Schützius, odorem qualis esset deorum marinorum Iacobsius in Museo Attico vol. III. p. 403. Neutrum qualis sit intelligas. Ambrosium enim ipsum nomen non mortalium, sed deorum esse indicat: hic vero qui est? Non magis dicas quid dii marini redoleant, nisi valde diversum ab eo quod *νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης* apud Homerum. Satis est meminisse, qui vitam sub dio agant, sensibus uti acrioribus, eoque facile vel levi aurae motu adventum alicuius percipere naribus.

116. *θεόσσυτος* M. G. et reliqui, ut videtur, libri praeter Arundelianum, ex quo *θεόσυτος* Stanleius restituit.

κεκραμμένη ante rasuram M.

117. Constat hic versus ex dochmio et Cretico.

ἐπίπαγον Lips.

118. *ἡμῶν θεωρὸς*, cum rasura ante *ὸς*, M.

119. *θεὸν* superscripto *ῶν* Lips. *θεῶν* Aug.

122. *εἰσοιχνεῦσιν* M. *εἰσοιχνεῦσι* alii. *εἰσιχνεῦσιν* Lips. Aug. *εἰσιχνεῦσι* G. et alii. Eustathius p. 1483, 39. *ὅσοι τὴν Διὸς αὐλὴν οἰχνεῦσι.*

123. *τῶν βροτῶν* codices nonnulli et Ald. Rob. *τῶν* solum G.

124. *αἰ αἰ* Vind. 2. 4. Ask. A. *φεῦ φεῦ* ceteri libri, quod hic, ubi stupet potius quam dolet Prometheus, recte se habet.

κινάθισμα memorat Hesychius.

125. *ἐλαφρᾶς* M.

128. *φοβηθεῖς*, gravi accentu per circumflexum tramisso, Lips. *φοβηθεὶς* Aug.

Libri ἥδε. Scribendum ἅδε.

Scholiastes ex antiquis et probis auctoribus *ὁ ῥυθμὸς Ἀνακρεόντειός ἐστι κεκλασμένος πρὸς τὸ θρηνητικόν. ἐπεδήμησε γὰρ τῇ Ἀττικῇ Κριτίου ἐρῶν, καὶ ἠρέσθη* (libri *ἠράσθη*) *λίαν τοῖς μέλεσι τοῦ τραγικοῦ. ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τυροῖ. ἔστι δὲ ταῦτα ὅμοια τῷ*

οὐδ' αὖ μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν.

Dixi de hoc metro in Elem. doctr. metr. p. 492. et ad Sophoclis Antig. 833.

129. *ἁμίλαις* Lips.

130. *προσέβα*, superscripto *η*, Lips.

131. *μόλις* G. (sed hic *λ* minio in *γ* mutato) et Ven. 3. Rob.

133. 134. *ἄντρων μυχῶν* Lips. Aug. Omiserunt Turnebus *ἄντρων*, Canterus *μυχόν*.

134. *με* pro *μου* Lips. Aug.

θεμερῶπιν M. a pr. manu et Victorius. *θερμερῶπιν* M. a sec. manu et G. Aug. cum plerisque libris et Etym. M. p. 447, 12. *θερμερώπην* Lips. *θερμωπὴν* Ask. C. *θερμῶπιν* Colb. 1. *θεμερῷῶπιν* Turn. V. Bentl. in epist. ad Millium p. 66. (516. ed. Lips.) Hesychius *θεμερῶπις, ἐρασμία αἰσχύνη*. Sic recte emendarunt. Idem *θεμερή, βεβαία, σεμνή, εὐσταθής. θεμερόν, σεμνόν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι θεμερύνεσθαι*, quod verbum Pollux VI. 185. comicum esse dicit. Pro radice horum vocabulorum sumendum est *θεμός*, quod significaverit positionem, h. e. motus in quietem mutationem: unde *θεμῶσαι* Od. IX. 486. 542. Hinc *θεμερός* sedatus, modestus, lenis, mitis est. Empedocles emendatus a Bentleio

Δῆρις θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις.

Id ad mites maturitate fructus translatum in epigrammate quod in Brunckii Anal. vol. III. p. 189. est CXC. et in Appendice Anthol. Palat. 239.

Ἄττει θ' ὑψίστῳ καὶ συνιέντι τὸ πᾶν,
τῷ πᾶσιν καιροῖς θεμερώτερα πάντα φύοντι.

Welckero in Trilogia p. 25. omnium interpretum soli, credo, in mentem venit Oceanides maxima corporis parte nudas, ut in picturis, in orchestram esse demissas.

136. *αἷ* ter M. bis Lips. Aug. *αἳ* bis G. *αἷ* quater codex Par. B. et sic post Heathium editores.

138. *τ' εἰλισσομένου* M. G. Lips. Aug. *θ' εἰλισσομένου* inde a Turnebo editores.

139. *ἀκοιμήτωρ' ῥεύματι* Lips.

140. *ἐσίδεσθ'* non *ἐσίδεσθέ μ'* neque *εἰσίδεσθέ μ'*, M. atque ita Turn. *ἐσίδεσθέ με* G. et alii codices. *ἐσίδεσθέ μου* Lips. Aug. *ἐσίδεσθέ μ'* plerique.

141. *πρὸς πατρὸς*, adscripto a manu tertia, quae saeculi XV. esse videtur, *προσπορπατὸς*, M. *πρὸς πα τος*, post *α* eraso *ρ*, ut videtur,

et superscripto ab alia manu *προ*, G. *προς πορ πατός*, superscripto *γρ. προςπαρτός*, Lips.

142. *σκοπέλων* Aug. et superscripto *οις* Lips. *ἐν ἄκραις* G.

144. *λεύσω* G.

145. *ὁμίχλα* Arund. Ven. 2. Ceteri libri *ὁμίχλη*.

146. *εἰσίδουσαι*, cum hoc accentu, litteris autem *αι* paene evanidis, M. *εἰσιδούσῃ* G. Hoc et *εἰσιδοῦσι* legi observat scholiastes. Atque aliquot codices *εἰσιδοῦσι* vel *εἰσιδοῦσιν*. *εἰσιδοῦσα* Lips. Aug. *εἰσιδοῦσαι*, superscripto *ῃ*, Par. N. *εἰσιδούσᾳ* Turnebus. Dubitari potest an *εἰσιδοῦσαν* scripserit Aeschylus, ut in Choeph. 405. *πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον*.

147. *πέτρα* Lips. Aug. *πέτρᾳ* aliquot codices et Aldina, quod fortasse praeferendum est.

148. *ταῖς ἀδαμαντοδέτοις* M. Lips. Aug. et ceteri libri plerique. *ταῖς ἀκαμαντοδέτοις* G. In M. priori syllabae in *ἀδαμαντοδέτοις* supra adscriptum a pr. manu *δ'α*. Turnebus *ἀδαμαντοδέτοισι*, Victorius *ταῖςδ'* posuit.

150. *δὲ δὴ* M. et ceteri libri plerique. *δὲ* G. *δὴ* Lips. Aug.

Libri omnes *ἀθέσμως*, nisi quod *ἀθέμιως* Lips. Aug. Emendavit Bentleius in epist. ad Millium p. 66. (516. ed. Lips.) ex Hesychio, apud quem sic scriptum est, *ἀθέτως*, *ἀθέσμως*, *οὐ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ*.

151. *γὰρ* pro *δὲ* G.

152. *εἰ γὰρ ὑπὸ γαῖαν* Lips. Aug.

Libri *νέρθεν τ' αἴδου*, nisi quod *ἔρθεν* (sed spiritu et accentu linea transfixis) G. habet et *ερθέν* Par. N. *νέρθενθ' ἅιδου* Turnebus, unde usitatam formam Blomfieldius restituit.

154. *ἧκε* G. Lips.

155. *ἀγρίοις* M. et pauci alii codices, quod recepit Blomfieldius. Id Aeschylus si scripsisset, posuisset *ἀλύτοις δεσμοῖς ἀγρίοις*.

155. 156. Libri *ὡς μήποτε θεὸς μήτε τις ἄλλος*. In M. hoc ultimum vocabulum *ἄλλος* a manu tertia refectum est. Turnebum, qui *μήτε θεὸς* scribendo anapaestum restituit, secuti sunt posteriores. Non affirmem tamen systemata, quae inter strophas sunt, non fuisse numeris aequalia, ut in fine huius fabulae, ut in Agamemnone, ut in Eumenidibus. Nam hoc quidem systema, si huic versui, *ὡς μήποτε θεός*, hemistichium additur, praecedenti systemati etiam interpunctionibus par erit. Illud autem quod sequitur v. 188. non magis vacuum est suspicione lacunae. Non scripsit autem Aeschylus, quod Elmsleius coniecit, *ὡς μήποτε θεὸς μηδεὶς ἄλλος*. Nam neque *θεός* synecphonesin admittit praegressis duabus brevibus syllabis, et perversum est optare Prometheum ut eum numquam ne ullus quidem deus conspiciat, quasi tolerabilius sit, si eum unus videat. Itaque sic potius, si quid mutandum est, integrandus erit versus,

ὡς μήποτέ τις μήτε θεός τις. De repetito τις dixit Porsonus in addendis ad Hecubam p. 100.

156. ἐπεγήθει M. Lips. Aug. Ald. ἐπιγήθη ex correctione, antea ἐπιγήθει G. Alii codices ἐπεγεγήθει, ἐπιγεγήθει, ἐπιγεγήθῃ. Blomfieldius ἐγεγήθει ex Elmsleii sententia, qui γέγηθα saepe, numquam γηθῶ, nisi in dubio versu Choeph. 759. inveniri observavit. Id universe de Atticis dictum oportebat. Et glossatores etiam hic cum ἐπέχαιρε simplex ἔχαιρε coniunxerunt.

157. καὶ νύγμ' Aug. Memorat αἰθέριον κίνυγμα ex hoc loco Eustathius p. 472, 44. 805, 28. 957, 21.

158. ἐπίχαρμα Lips. Aug. aliique codices. In Lips. a secunda manu τα supra scriptum. ἐπιχάρματα aliquot libri. ἐπίχαρτα M. G. Recte ipse Prometheus ἐχθροῖς ἐπίχαρμα vocaretur, cuiusmodi exempla Blomfieldius attulit, non item recte diceretur ἐχθροῖς ἐπίχαρμα πεπονθέναι.

159. Hoc in versu incipit lacero in folio his λησικάρδιος fragmentum codicis Lipsiensis, praemissum ei codici quem adhuc simpliciter Lipsiensem dixi, nunc usque ad v. 391. cum Butlero Lipsiensem 2. nominabo: fragmentum dicam Lips. 1.

161. ξυνασχάλει Lips. 1. et Aug. hic quidem propter ᾱ in Lips. 2. male lectum.

162. δίχαγε δίος M. sed δίχαγε a manu tertia super evanidas litteras scriptum. δίχα τε διὸς G. Lips. 2.

ἐπισκότως Lips. 1.

αἰεὶ M. et alii nonnulli codices.

Elegantissimum quidem trimetrum praebet vulgata lectio,

τεοῖσι δίχα γε Διός; ὃ δ' ἐπικότως ἀεί.

Non esse tamen hanc veram scripturam quum ἠρέθισε in antistrophico versu prodit, tum arguunt codices Colb. 1. et Ask. A. (sive Reg. G.) δίχα γ' ἑνὸς habentes, ad quod in Ask. A. διός, in altero libro καὶ διός supra adscriptum. Porro in Par. B. γρ. ἑνός, ἤγουν διός. Quod si vix dubitari potest quin Διός ex interpretatione versui insertum sit, apparet scribendum esse δίχα γοῦν ἑνός. Fortius est γοῦν quam γε, ut cum restrictione etiam affirmationem continens, ut sit *certe quidem*. Sic in Agam. 1386. γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν. Sophocles Oed. R. 408. εἰ καὶ τυραννεῖς, ἐξισωτέον τὸ γοῦν ἴσ' ἀντιλέξαι. Et sic ille saepius.

163. ἄγραμπτον in M. a manu tertia refectum. ἄγραπτον G. aliique nonnulli codices. γρ. ἄκαμπον Par. B. Spondeus indicio est non esse ἄγραμπτον ab Aeschylo scriptum. Quod apud Hesychium suo quidem loco inter ἄκανθα et ἀκανθόνωτον positum est, ἄκανθον (codex ἀκανθόν), ἄγραμπτον, videri potest ad Aeschyli versum pertinere, ut scriptum fuerit ἀκα.... νόον. Nisi tamen illud ἄκαμπτον alieno loco insertum ad ἀκαμπής vel ἄκαμπος, quae in Hesychii libro paullo supe-

rius posita sunt, referendum est. Scholiastae Aeschyli has adscripserunt interpretationes, *ἀμείλικτον*, *ἀκαμπῆ*, *σκληρόν*, *ἀμετακίνητον*. Veri simile est ut *ἀστραφῆ* scripserit poeta. Hesychius *ἀστραφής*, *σκληρός*. *Σοφοκλῆς Μυσοῖς*.

164. *δάμνεται* Lips. 1. 2. Aug.

165. *λήξῃ* Lips. 1. 2. Aug.

166. *τὸ κέαρ* G. Lips. 1.

παλάμα, adscripto supra *ι* a sec. manu, M. *παλάμῃ* G. Lips. 1. *παλάμα*, superscripto *η*, Lips. 2.

167. *τὰν*, superscripto *η*, Lips. 2. Idem *ἕλῃ*.

168. *ἢ μὴν ἔτ' ἀπ' ἐμοῦ* M. sed *ἀπ'* in litura.

169. *γυοπέδαις* M. *γυιοπέδοις* Lips. 1.

170. *πρυτανίς* Lips. 2.

171. *ἀφ' ὅτου* a pr. manu M. *ὑφ' ὅτου* a secunda.

172. *σκῆπτρόν τε τιμάς τ'* Lips. 1. *ἀποσυλλᾶται* Lips. 2.

173. *καί μ' οὔτοι* M. Colb. 1. Par. L. Rob. *καί μ' οὔτι* Lips. 2. Aug. et plerique. *καίτοι μ' οὐ* G. et duo Vindob. pariterque Turnebus. Recte Blomfieldius secutus est Porsonum *καί μ' οὔτε* scribi iubentem. Opponi enim inter se preces et minae debebant.

μελιγλώσσης Lips. 1. 2. Aug.

174. *ἐπαιοιδαῖσι* M. G. Lips. 1. *ἐπ' ἀοιδαῖσι* Lips. 2. Aug.

τ' omittunt Lips. 2. Aug.

175. *τὸ δ'* Lips. 1. *τῶδ'*, superscripto *ό*, Lips. 2.

177. *ποινὰς* (sic a pr. manu, a tertia *ποιναὶ*) *τέ μοι τίνειν* M. *ποινάς τ' ἐμοὶ* (*τέμου* Lips. 2. Aug.) *τίνειν* (*τείνειν* G.) G. Lips. 1. 2. Aug. *ποινάς τε τίνειν* Turnebus.

178. *τῆς* M. *α*

180. *ἐπιχαλᾶσ* M. *ὑποχαλᾶς* Lips. 1. Vindob. 1.

182. *ἐμαὶ* Aug.

Libri *ἠρέθισε*. Turnebus solus *ἐρέθισε*, quod ab Elmsleio probatum recepit Blomfieldius: v. ad v. 162.

183. Libri *δέδια γάρ*. Porsonus *δέδια δ'*. Vt gemellum comparat Blomfieldius *δέδια δ'* in Soph. Oed. Col. 1468. At ibi non potuit *δέδια γάρ* dici.

σαῖς τύχαι Lips. 1. *σὰς τύχας* aliquot codices.

184. *ὅπαι* M. *ὅπα* G. Lips. 1. aliique codices. *ὅπα*, superscripto *οι* Lips. 2. *ὅπαιοι* Aug. *ὅπῃ* vel *ὅποι* alii. *πᾷ* primus Turnebus.

τῶν δὲ G.

In nonnullis codicibus hic est ordo verborum *ποτὲ χρή σε τῶνδε πόνων τέρμα*, in Lips. 2. Aug. vitiose scriptum *ποτὲ χρή σε τῶν δαιμόνων τέρμα*.

186. *εἰσιδεῖν* Lips. 2. Aug. Colb. 2. *ἐπιδεῖν* Par. L.

Ἀκίχητα, *ἀκατάληπτα* Hesychius.

γὰρ omittit G.

187. *οὐ παράμυθον* M. G. Ox. Ven. 1. Bess. Par. C. L. Vind. 1. Turn. *οὐπαράμυνον* Lips. 1. *ἀπαράμυθον* Lips. 2. Aug. cum ceteris, credo, codicibus et Ald. Rob.

ὁ κρόνου παῖς G. Lips. 1.

188. *τραχύς τε καὶ* M. G. Lips. 1. *θρασύς τε καὶ* Lips. 2. Aug. aliique. In Lips. 2. *γρ. τραχύς* superscriptum. *ὡς* (pro *ὅτι*) *θρασὺς καὶ* Colb. 1. *θρασὺς καὶ* alii. *τραχὺς καὶ* Turnebus.

189. Post *ἔμπας* libri addunt *οἴω*, ut M. a sec. manu (nam a pr. manu *ἴω* habuit) et G. Lips. 1. 2. Aug. vel *οἴω*, formam verbi non usitatam tragicis. Eiecerunt critici praeter Scholefieldium, qui post eam vocem lacunae signum posuit. Si quid genuini in isto vocabulo est, neque illud ortum est ex *ὅμως* ad *ἔμπας* adscripto, putandum erit *οἴῳ* fuisse, excidisseque tot versus quot requiruntur ad aequandum hoc systema ei quod praecedit. V. ad v. 155. Potuit certe *οἴῳ γάμῳ* dici, sententiaque esse eadem quae v. 911. seqq. continetur.

190. *ὅτ' ἂν* M. G. Rob.

191. *ταύτῃ* refertur ad ea quae in proximo systemate dixerat Prometheus.

ῥωσθῇ, ut videtur, M. *ῥαιστῇ* in litura G. *ῥαισθῇ* Lips. 1. 2. Aug. et plerique codices. Alii codices *ῥεχθῇ*, *ῥαιχθῇ*, *ῥαχθῇ*, *ῥεγχθῇ*.

193. *ἀρθμὸν* M. aliique libri. *ἀριθμὸν* G. Lips. 1. 2. Aug. aliique. *γρ. ἀρθμὸν* Lips. 2.

195. *γεγῶν'* Lips. 1.

196. *αἰτιώματι* Lips. 2. Antiatticista Bekkeri p. 78, 25. *αἰτίαμα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.*

198. Libri *βλάπτῃ*, nisi quod Lips. 1. ante correctionem *βλάπτειν*.

199. *ἀλγεινὰ*, superscripto *ὂν*, Lips. 2. Aug.

ἔστιν M. *ἐστὶ* G.

200. *δύσποτμος* Par. F.

201. *ἤρξατο* Lips. 1.

202. *τ'* om. Lips. 2. Idem *ὠρεθύνετο*.

203. *ἕδρης* M. G. Lips. 1. 2. Aug. *ἕδρας* Ven. 3. Rob. Turn.

204. *ἀνάσσοι* M. G. Rob. Turn. *ἀνάσσῃ* Lips. 1. 2. Aug. aliique codd. et Ald.

205. In G. sedecim versus 205—220. bis scripti sunt a diversis manibus. Nam quum prima manus desiisset in v. 204. ita ut superesset trium versuum spatium, secunda manus addidit in ea ipsa pagina versus 205. 206. 207. in altera autem 208—220. Quum autem folia aliquot intercidissent, tertia manus in quattuor foliis insertis adscripsit qui deerant versus 205—294. In iis quae bis scripta sunt non est nisi glossarum aliqua diversitas.

ἄρξειεν M. *ἄρξειε* G. Lips. 1. 2.

206. *ἐντεῦθ'* Lips. 2. Aug. *ἐντεῦθεν* G.

ταλωστὰ Lips. 1. *λῶστα* Lips. 2. *τἄριστα* G.

πείθειν a pr. manu M.

209. *καρτερῶν* Lips. 2. Aug.

210. *ἀμοχθὶ* M. et Regius Spanhemii. Ceteri *ἀμοχθεί.*

211. *ἐμὴ* G. aliique codices et ex correctione Lips. 1. in quo antea *ἐμοί.* Lips. 2. *ἐμοὶ*, supra scriptis *ἡ ἡ.*

212. *μορφῆ* G. et a pr. manu M.

De Telluris *πολυωνυμίᾳ* disseruerunt Stanleius ad h. l. et Bern. Martinus Var. Lect. III. 13. Videndus etiam Arnaldus de diis *παρέδροις* cap. 22. Schützius vero vel unum exemplum requirebat, in quo Themis nomen haberet Telluris. Nam Themis quum ab Aeschylo non solum in principio Eumenidum *Τιτανὶς παῖς Χθονός*, sed in ipso etiam Prometheo v. 877. dicta sit *Τιτανίς*, negabat dubium esse quin Aeschylus Hesiodum aliosque auctores secutus Themidem a Tellure distinxerit. Accedere quod, si Telluris filius esset Prometheus, Titanes, quos v. 207. *Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα* vocet, rectius videatur fratres appellaturus fuisse. Quumque praeterea in exponendo Themidis vaticinio inutile sit et incommodum istud de alio Themidis nomine additamentum, versum hunc,

καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,

spurium, Aeschylo plane indignum, atque ex glossa marginali vel interpretatione alicuius grammatici intrusum esse censebat. Videri enim istam interpretationem ex errore scholiastarum natam, qui quum *οὐχ ἅπαξ μόνον* ad Themidem referrent, requisiverint aliquid quod his verbis opponeretur. Haec etsi speciose disputata sunt, tamen versum illum genuinum esse certissimum est. Nihil quidem ponderis habet Io. Tzetzes, qui et ad Hesiodi O. et D. 9. scribit *Θέμις ἡ γῆ κατ' Αἰσχύλον*, et in Exegesi in Il. p. 52, 24. *Αἰσχύλος Θέμιν λέγει τὴν γῆν ἐν τῷ Προμηθεῖ προφανῶς· Θέμις τε καὶ Γῆ πολλῶν ὀνομάτων γραφῇ μιᾷ·* quo respicit etiam p. 135, 25. *Αἰσχύλος δὲ Θέμιν φησὶ μητέρα Προμηθέως, ἀλλ' οὐκ Ἀσίαν.* Sed ipso licet Aeschylo auctore uti, qui quum in fine fabulae scripserit

ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας, ὦ πάντων
αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων,
ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω;

inepta invocatio matris esset, nisi terram et caelum his versibus designaret. Ergo non emendando, sed explicando succurrendum. Quod qui facere conatus est Welckerus in Trilogia p. 39. seqq. non solum aliena multa immiscuit, sed in ipsa etiam explicatione falli videtur, quum Themidem et Tellurem unum numen esse contendit, cognomenque hoc Themidis arbitrio poetae separatum a Telluris numine putat. Nam contrarium potius statuendum est, videturque ipse statuisse in Appendice Trilogiae p. 67. diversas omnium ipsiusque Aeschyli sententia deas hic in unum esse numen coniunctas. Id ipse Aeschylus declarat, quum eas dicit

πολλῶν ὀνομάτων μορφὴν μίαν. Nimirum senserunt illi, qui religiones Graecis condiderunt, quos deos vocarent unius cuiusdam naturae communitate contineri, muneribusque magis atque officiis quam separatis numinibus singulos ab se invicem discretos vivere. Ita factum est ut, qui pro muneribus illis diversi dii putabantur, saepe vel coniunctis officiis vel uno munere aliis praelato in unum confunderentur, ac modo duobus consociatis nominibus, modo uno ex alius dei natura petito appellarentur. Magis autem illa deorum in unam naturam coniunctio Aeschyli aevo per philosophos celebrata est atque dispersa, ex quo genere multa sunt a tragicis commemorata. Ac Terra quidem modo eadem quae Rhea habita est, de qua quum alii multi scriptores, tum copiosissime exposuit Lucretius II. 599—658. paucis autem complexus Apollonius Rhodius II. 1098. scripsit, Rheam dicens,

ἐκ γὰρ τῆς ἄνεμοί τε θάλασσά τε νειόθι τε χθὼν
πᾶσα πεπείρηται νιφόεν θ' ἕδος Οὐλύμποιο.

Aeschylus autem in Supplicibus v. 857. 867. et Sophocles in Philocteta v. 391. Iovem terrae filium vocarunt; modo confusa est cum Cerere, quod constat factum esse saepissime, Ceresque ipsa omnibus Rheae attributis ornata est ab Euripide longo carmine in Helena a v. 1321. Ita hic quoque Aeschylus, sive ipse primus Prometheum Themidis filium appellavit, sive, quod veri similius est, antiquam aliquam fabulam est secutus, hanc famam praetulit, quia haec nobilior esset origo coniunctiorque cum virtutibus et meritis Promethei, quam si Clymenae vel Asiae filius diceretur. Themis autem coniunctissima cum Tellure est, siquidem antiquissimum Delphicum oraculum Telluris fuisse creditum est, cui successerit Themis, ut et in Eumenidum initio dictum est et ab Euripide in Iphigenia in Tauris v. 1259. seqq. Et sic etiam Olympiae. Pausanias V. 14, 10. *ἐπὶ δὲ τῷ Γαίᾳ καλουμένῳ βωμός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ Γῆς, τέφρας καὶ οἶτος· τὰ δ' ἔτι ἀρχαιότερα καὶ μαντεῖον τῆς Γῆς αὐτόθι εἶναι λέγουσιν. ἐπὶ δὲ τοῦ ὀνομαζομένου στομίου Θέμιδι ὁ βωμὸς πεποίηται.* Has igitur fatidicas deas in unam coaluisse cernimus. Itaque non est quod miremur, si poeta v. 876. scripsit, quod veri simile est,

τοιόνδε χρησμὸν ἡ παλαιγενὴς
μήτηρ ἐμοὶ διῆλθε Τιτανὶς θεῶν.

Nam eodem modo qui proprie Titanida est *Τιτὰν Προμηθεύς* vocatur ab Sophocle in Oed. Col. v. 56. et ab Euripide Phoen. v. 1122. Ione v. 455. Quo tamen non referendum videtur illud Ciceronis ex Aeschylo

Titanum suboles, socia nostri sanguinis,

quod ab Aeschylo sic scriptum fuisse credibile est,

ὦ κοινὸν αἷμα, γέννα Τιτάνων, ἐμοί.

213. *μέλον* Lips. 1. *προὐτεθεσπήκει* G.

Non opus videtur ut cum Elmsleio scribatur *κρανοῖτο.*

214. *κρατερὸν* G. ubi primum scripti hi versus.

215. *χρὴ. ἡ* M. *χρὴ ἢ* G. Lips. 1. 2. Aug. et sic fere ceteri.

χρεῖ᾽ ἦ a manu tertia margo M. γρ. χρεῖ᾽ ἦ supra scriptum in G. Lips. 2. Aug. et sic Rob. χρείη restituit Dawesius Misc. crit. p. 333.

δὲ omissum in M. a pr. manu tertia adscripsit. Omittunt Lips. 1. aliique. τε habent G. Lips. 2. Aug. aliique.

ὑπερέχοντας libri, nisi quod ὑπερέσχοντας quidam Parisini. Ex Turnebi editione vulgabatur ὑπερέξοντας, Porsonum alii ὑπερσχόντας corrigentem secuti sunt. Sic Valckenarius in Euripidis Hipp. 1365. quum legeretur ὑπερέχων, correxit ὅδ᾽ ὁ σωφροσύνῃ πάντας ὑπερσχών. Aliud tamen monstrant glossae in Lips. 2. μεγάλους, in Ox. τοὺς μεγάλους, in G. et Lips. 1. τοὺς μείζονας, quibus non videtur ὑπερσχόντας, sed ὑπερτέρους explicatum esse. Scholiastes ad Od. III. 65. ὑπέρτερα, τὰ ὑπέρθετα καὶ μείζονα. Ad Il. XII. 437. ὑπέρτερον, μέγα. Ad Od. XV. 491. ὑπέρτερον, ὑπέροχον, μέγα. Ad XI. 290. ὑπέρτερον εὖχος, μεγάλως τῇ δέξῃ ὑπερέχον. Schol. Ven. B. ad Il. XI. 785. ὑπέρτερον δὲ ἀεὶ τὸν ὑπερέχοντά φησιν. Schol. A. ὁ γὰρ ὑπερέχων κατά τί ἐστιν ὑπέρτερος. καὶ νῦν λέγει, τῷ γένει, τῇ εὐγενείᾳ ὑπερέχει. Ibidem in alio scholio οὐ λέγει ὅτι τῇ γεννήσει σοῦ ἐστὶν ὑπερέχων, — ἀλλ᾽ ὑπερτέραν γενεὰν λέγει οὐ τὴν χρόνῳ ὑπερέχουσαν, ἀλλὰ γένους ἀξίᾳ. Glossa in Aeschyli Sept. ad Th. 511. ὑπέρτερον, μείζονως. Schol. Sophoclis ad El. 455. ἐξ ὑπερτέρας χειρός, ἀντὶ τοῦ ἰσχυροτέρας, οἷον μετὰ δυνάμεως μείζονος. Hinc scripsi ὑπερτέρους. Sententia eadem est quae si diceret τοὺς δὲ δόλῳ ὑπερτέρους. De hac collocatione articuli dixit Heindorfius ad Plat. Phaedonem p. 139. V. ad Eur. Andr. 215.

216. τοιαῦτά μου ante correctionem G.

ἐξηγομένου Lips. 1. ἐξηγουμένω, adscripto ν super ω, Lips. 2.

217. οὐδὲν ante corr. Lips. 1. Idem προβλέψαι.

218. κράτιστα, superscripto ον, Lips. 2.

219. προσλαβόντι M. G. Lips. 1. 2. Aug. et multi alii. Nonnulli προσλαβόντα, quod Brunckius restituit.

220. ἑκὼν θ᾽ ἑκόντι Lips. 1. ἕκονθ᾽ ἔτι G.

221. μελαμβαθὴς M. aliique. μελαμβαφὴς Aug. μελεμβαφὴς G. Lips. 1. 2.

222. κευθμῶν Lips. 1. τὸν παλαιὸν Lips. 2. Aug.

223. αὐτοῖσιμάχοισι ex correctione, quum penultima syllaba prius ου fuisset, Lips. 1.

225. ποιναῖς M. et plerique libri. πηναῖς Lips. 1. τιμαῖς G. Mosq. 1. ποιναῖς γρ. τιμαῖς Par. B. Id non videtur interpretis esse. Atque unus scholiastarum τιμωρίαις adscripsit. Hesychius τιμή, δόξα, ποτὲ δὲ καὶ τιμωρία, ἢ ἀντέκτισις ἡ κυρία. Itaque recepi, praesertim quum acerbius dictum videretur.

ταῖσδ᾽ ἐξημείψατο Lips. 2. ἀντημείψατο ex Arund. et Cant. 2. recepit Blomfieldius.

226. γὰρ πῶς G. τοῦτο τῇρανύδι Lips 1.

227. τοῖς omittit G.

228. ἐρωτᾶτε μ' Lips. 1. ἐρωτᾶτ' ἐμ' Lips. 2. Aug.
αἰτίην M. G.
230. τὸν bis Lips. 1.
231. καθίζετ' G. Lips. 1. δαίμοσι M. G. Lips. 1. 2. νέμοι G.
232. διεστοιχίζετο ex hoc loco habere videtur Hesychius.
233. βροτῶν τῶνδε τῶν Lips. 1. λόγων G.
234. οὐδένα M. οὐδὲν G. Lips. 1. 2.
235. φιτύσαι M. φυτῦσαι Lips. 2. Aug. φυτῆσαι G. Lips. 1. φιτῆσαι, φυτεῦσαι alii. φιτῦσαι Turnebus.
236. τοῖσιν ultima littera in litura M. Blomfieldius ex Elmsleii sententia καὶ τοισίδ'. Non opus. Quae defendendo τοισίδ' allata exempla sunt, nihil ponderis habent. Nam aliud est *hic*, aliud *hice*.
ἀντέβαινεν Lips. 2.
237. ἐγὼ δὲ τόλμησ' M. ἐγὼ δὲ τόλμης G. Lips. 1. 2. Aug. Alii ἐγὼ δὲ τολμῆς vel ἐγὼ δ' ὁ τολμῆς. Schol. τινὲς ἐτόλμησα, καὶ τὸ ἑξῆς μετὰ ἤθους. δύναται καὶ τολμῆς εἶναι, ὡς τιμήεις τιμῆς. Emendate ἐγὼ δ' ἐτόλμησ' Par. F.
ἐξελυσάμην M. Lips. 1. 2. Aug. (in cuius margine γρ. ἐξερωσάμην) aliique codices et Rob. ἐξερυσάμην G. aliique et Ald. Turn. At in hoc verbo duplicari solet ρ̄. βροτὸν Lips. 2.
238. τὸ μὴ M. τὸ μὴ Rob. et Regius Spanhemii. Ceteri libri τοῦ μή. G. Bernhardy in Syntaxi p. 356. magis, quam hoc Aeschyli τοῦ μή, defendendum censuit illud Herodoti I. 86. ῥύσεται τοῦ μὴ ζῶντα κατακαυθῆναι. Non intelligo quid voluerit.
239. τῷ ταῖς τοιαῖσδε, sed ad ταῖς a sec. manu superscripto τοι, M. τῷ τοιαῖσδε Lips. 2.
πημονᾶσιν Lips. 1. κάπτομαι Lips. 2.
240. οἰκτραῖσι Lips. 2. οἰκταῖσι G.
241. τοῦτο Aug.
242. ἄνος pro αὐτός Lips. 2. Aug.
Libri ἀλλ' ἀνηλεῶς, quae proba quidem vox est, usurpata Platoni de leg. III. p. 697. et aliis: v. Dorv. ad Char. p. 724. (643.) sed recte tamen, opinor, Elmsleii monitu ἀλλὰ νηλεῶς scripsit Blomfieldius. Hanc enim formam ab Homero acceptam probasse videntur tragici.
243. ἐρύθμισμαι M. a prima manu (tertia ρ addidit) et Lips. 2. ἐρρύθισμαι Lips. 1. ἐρύθμης μαι G. in quo post Ζηνί interpunctum est.
θέᾳ Lips. 1.
244. Eustathius p. 1940, 58. σιδηρόφρον Lips.
245. ξυνασχαλᾷ Lips. 1. συνασχαλᾷ ceteri.
246. κακοῖς pro μόχθοις codex Gregorii Corinthii in adnotatione p. 110. memoratus.
247. ἀλγύνθην M. G. ἠλγήθην Lips. 1. ἠλγήνθην Lips. 2. Aug. Aliquot codices ἠλγύνθην.

248. Vulgo *καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰςορᾶν ἐγώ*, et sic M. nisi quod *εἰσ ὁρᾶν* habet. Porsonum in praefatione Hecubae p. VII. *ἐλεινός* corrigentem secuti sunt recentiores. Acquiescere in hac scriptura poteramus, nisi alio ducere viderentur quidam libri. Nam G. Lips. 1. et duo ex Parisinis (D. G.) *φίλοισιν* habent, idem Lips. autem et Vind. 1. *εἰσορᾶν ἐλεεινὸς ἐγώ*. Quae scripturae eo magis suadent ut *ἐλεεινός* pro explicatione habeamus, quod ad ipsum illud *ἐλεεινός* nihil est a glossatoribus adnotatum. Itaque scripsi *καὶ μὴν φίλοισιν οἰκτρὸς εἰςορᾶν ἐγώ*. Hesychius *οἰκτρά, ἐλεεινά. οἰκτρός, ἐλεεινός*.

250. *θνητοὺς ἔπαυσα* G. Aug. Ald. Rob. Turn. *θνητούς τ' ἔπαυσα* Lips. 1. Ven. 3. Victorius. Nicephorus in schohis ad Synesium p. 403. *καὶ ὁ Αἰσχύλος δὲ ἐν τῷ δράματι ὃ ἐπιγράφει Προμηθεὺς δεσμώτης εἰςάγων τὸν Προμηθέα λυπούμενον διὰ τὸν δεσμὸν καὶ διηγούμενον τὰς αἰτίας δι' ἃς τιμωρεῖται παρὰ τοῦ Διός, φησὶ καὶ ὅτι "θνητούς τ' ἔπαυσα μὴ προσδέρκεσθαι μόρον, τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατοικίσας."* Porsonus posuit quod Lips. 2. Vind. 2. 4. habent, *θνητούς γ' ἔπαυσα*. Non credo sic scripsisse Aeschylum. Etenim usitata in respondendo ratio postulat *θνητούς γε παύσας*, idque restitui.

προσδέρκεσθαι ante rasuram M. *μόρων* G.

Meminerat huius loci Plato, quum in Gorgia p. 523. D. Iovem Prometheo mandare finxit, ut fatalis horae cognitionem hominibus eriperet: *πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, παυστέον ἐστὶ προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον· νῦν μὲν γὰρ προΐσασι. τοῦτο μὲν οὖν καὶ δὴ εἴρηται τῷ Προμηθεῖ ὅπως ἂν παύσῃ αὐτῶν.* Repetita sunt Platonis verba a Plutarcho in Consol. ad Apoll. p. 120. B. C.

251. *νόσσου* G.

252. *ἐν αὐτῇ* Lips. 2. *ἀπίδας*, minio superscripto λ, Lips. 1. *κατοικίσας* Nicephorus.

254. *πρὸς τούτοις* G. *ὤπασαν* Lips. 1.

255. *φλογωπὸν*, supra ω scripto *ο*, Lips. 2. *ἔχουσιν* G. *ἔχουσι* Lips. 1.

258. *αἰκίζεται κοὐδαμῶς*, ad *ῶς* superscripto *ῆ*, Lips. 2. *αἰκίζεται οὐδαμῶς* Aug.

259. *ἄθλων* G. *τερμάσοι* M. *τέρμασι* Lips. 2.

260. *ὅτ' ἂν* M. Lips. 2. *ἐκείνῳ* Lips. 1.

δοκηι ultima syllaba in litura M. *δοκεῖ* Lips. 2. Aug. sed supra scripto *ῆ*, et ante correctionem G.

262. *λέγει*, minio addito *ν*, Lips. 1.

264. *ἄθλου* M. G. Lips. 2. Aug. aliique et ante corr. Lips. 1. *ἄθλων* Lips. 1. ex corr. et alii.

ἔκλησιν Lips. 1.

266. 267. Omnes libri *τοὺς κακῶς πράσσοντας*, nisi quod *τοὺς κακῶς πράσσοντα* Lips. 1. Emendavit Stanleius. Similia quaedam vitia sustulit Porsonus ad Med. v. 5. Vide infra v. 351.

τἀῦτα πάντ' Lips. 1. *ἐπιστάμην* G. et ante corr. Lips. 1. 2.

268. *οὐ κορνήσομαι* M. *οὐκ ἀνήσομαι* Lips. 1.

269. *θνητοῖ* Lips. 2.

δ' omittunt M. Rob. Ac delevit Elmsleio obsecutus Blomfieldius. At hic versus non est explicatio praecedentis.

ηὑρόμην Cant. 2. *εὑράμην* G.

270. Hoc versu incipit codex Vitebergensis, in quo quae praecedunt perierunt.

οὐ μήν τι M. Rob. *οὐ μήν τοι* (*τοῖ* Aug.) G. Vit. Lips. 2. Aug. *οὐ μήν γε* Lips. 1.

γ' omittunt Lips. 1. 2. Aug. aliique et edd. ante Vict.

τοιαῖσδέ τοι Ven. 3. Elmsleius scribi volebat *τοιαισίδε*.

271. *κατισχανεῖσθαι* G. Lips. 1. 2. Aug. Ven. 3. et edd. vett. quod Porsonus ad Eur. Or. 292. ab Atticis suavioris soni caussa probatum iudicabat. Id analogiae repugnare vidit Blomfieldius. Recte M. Vit. Par. D. *κατισχνανεῖσθαι*, ediditque ita ipse Porsonus. Vtitur hoc verbo Aeschylus etiam infra 382. Eum. 142. 264. et in Lycurgo apud Athenaeum X. p. 447. C. recteque Blomfieldius in Callimachi epigr. 48, 3. reposuit *αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα κατισχναίνοντι, Φίλιππε*. In G. virgula interpunctum post *κατισχανεῖσθαι*, ut *πρὸς πέτραις* cum sequentibus iungatur.

πεδαρσίαις Par. D. et sic prius in M. scriptum fuisse videtur.

273. Cant. 1. *καὶ μὴν*, superscripto *οι*. Ceteri libri *καί μοι*, praeter Rob. et marginem MS. apud Morellium, in quibus est *καίτοι*, quod recte recepit Blomfieldius.

μηδύρεσθ' M. *μὴ δύρεσθ'* Aug. *μὴ 'δύρεσθ'* Vit. Lips. 1. 2. edd. vett. *μὴ ὀδύρεσθ'* G.

274. *πέδοι* M. a manu secunda, a prima *πεδοῖ* habuit ut ceteri libri et Eustathius p. 153, 34. Quod Ioannes Alexandrinus in *τονικοῖς παραγγέλμασι* p. 36, 7. praecipit, *τὰ δὲ ἀπὸ βαρυτόνων βαρύνεται, ἔξω ἕξοι, πέδον πέδοι· "πέδοι δὲ βᾶσαι" Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ*, ante quam hic libellus editus est notum erat ex schol. Dionysii Thracis in Bekkeri Anecd. p. 945.

Pro *τύχας* etiam *βλάβας* legi ait scholiastes.

275. *ἀκούσατε* G. *ἀκούσασθ'* Lips. 2. *μάθοιτε* Vit. et alii.

Ne huius promissi oblivisci videatur Prometheus, qui v. 524. seqq. se futura celare affirmat, tenendum est eum illa in mente habere, quae de liberatore suo dicturus est.

276. *πείθεσθαί μοι, πείθεσθε* G. *πείθεσθέ μοι, πείθεσθέ μοι* Vit. et alii pauci. Elmsleius sine caussa *πίθεσθε μοι, πίθεσθε* scribendum putabat. V. ad Soph. El. 1003.

277. *ταυτάτοι* M. addito primae syllabae a sec. manu circumflexo. *ταῦτά τοι* Vit. Lips. 1. 2. Aug. aliique codices et Turn. *ταυτά τοι* Ald. Rob. Vict. *ταῦτα μοι* G. *ταυτά μοι* quattuor Vindobonenses. Vnus

scholiastarum *τὸ ταῦτα πρὸς τὸ συμπονήσαιτε κρεῖττον ἢ πρὸς τὸ νῦν μογοῦντι ἀποδεδόσθαι. ἢ στικτέον εἰς τὸ μογοῦντι· τὸ δὲ ταῦτα τῷ ἑξῆς συναπτέον, ἵν' ᾖ ἡ περὶ τὰ αὐτὰ περιερχομένη πημονὴ ἢ βλάβη ἄλλοτε πρὸς ἄλλον προσιζάνει.* Si *ταῦτα* coniungendum esset cum *μογοῦντι*, scripsisset poeta *τῷ νῦν μογοῦντι ταῦτ'· ἐπεὶ πλανωμένη.* Itaque rectum est *ταὐτά τοι.*

278. *πρός τ' ἄλλον τ' ἄλλη* G. *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλη* Vind. 1. Lips. 1. et lemma scholii in G. *πρὸς ἄλλον ἄλλη* margo MS. apud Morellium. Hinc alia, sed ea mala scriptura prodit, *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλῃ πημονὴ προσιζάνει.* Vind. 2. 4. aliique *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλο*, atque ita Vit. sed *ν* ad *ἄλλο* adscripto. Ad *ἄλλο* pertinet glossa *κακόν* in Vit. Recte M. Lips. 2. Aug. et edd. *πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον.*

281. *κραιπνόσσυτον* M. Vit. Lips. 1. 2. (in quo ultimae litterae superscriptum *ς*) Aug. ut reliqui fere libri. *κραιπνόσυτον* G. et Parisini E. G. (i. e. Ask. A.) Colb. 1.

θάκον (hoc accentu) M. G. Vit. Lips. 1. *θῶκον* Lips. 2. Aug. aliique pauci codd. et edd. veteres.

282. *αἰθέρ' ἁγνὸν* Lips. 2. paucique codd. et Ald. Rob.

πόρων G.

283. *ὀκριοέσσῃ* M. Lips. 1. *ὀκριοέσῃ* G. *ὀκρυοέσσῃ* Vit. Lips. 2. Aug. et plerique.

χθονὴ Lips. 1. *πέλω* Lips. 2. et sic fortasse prius fuit in M.

285. *διαπαντὸς* M. G. Vit. Lips. 1. 2. Aug. *διὰ πάντος* Rob.

ἀκούσειν Ven. 2. Rob.

287. *πρὸσσὲ*, primo accentu a sec. manu addito, M. *πρὸς σὲ* G. Vit. Lips. 2. Omittit has duas voces Lips. 1.

288. *πτερυγωκὺ* Lips. 2.

Eustathius p. 1545, 48. *οὕτω καὶ ὠκεανὸς τό τε ὕδωρ αὐτὸ καὶ ὁ μυθευόμενος θεός, ὃν ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος ἐπὶ γρυπὸς καθίζων ἐξάγει πρὸς τὸ θέατρον.* Non insolitum hoc spectaculum Atheniensibus fuisse adnotavit Spanhemius, haec afferens Plutarchi in Agesilao c. 19. *κάναθρα δὲ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς*, item Hesychium in *κάνναθρα* et Casaubonum ad Ath. IV. 6. p. 260. h. e. apud Schweighaeuserum vol. II. p. 450.

289. *στομίων εὐθύνων ἄτερ* Lips. 1.

290. *συναλγῶ* M. Vit. *ξυναλγῶ* G. Lips. 1. 2. Aug.

292. *ἐσαναγκάσει*, superscripto *ζει*, Vit. *ἐς ἀναγάζει.* G.

χωρίς τοι G.

294. *νείμαιμ'* M. G. Vit. *νέμοιμ'* Lips. 1. 2. Aug.

295. Libri *γνώσῃ.* Athenaeus IV. p. 165. C. *τὸ δὲ χαριτογλωσσεῖν Αἰσχύλος εἴρηκεν ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ, γνώσει τάδ' ὡς ἕτυμ', οὐδὲ μάτην χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι*, ubi codices *ἔτυμα* et *ἕτοιμα.* Vt Athenaeus, sic etiam G. Vit. Lips. 1. *δὲ* omittunt.

ἔτυμι᾽ M. et superscripto *τη* Vit. *ἐτήτυμα* Lips. 1. *ἐτύτημα* G. *ἐτύτημι᾽*, adscripto *υ* super *η*, Ligs. 2. Aug.

οὐ μάτην Vit. *κοὐ μάτην* Lips. 1.

296. *σὲ τὸ χαριτογλωσσεῖν* M. *σοὶ τὸ χ.* Rob. *σὲ χ.* G. Vit. Lips. 1. aliique et Ald. *σοὶ χ.* Lips. 2. aliique. *χαριτογλωσσεῖν σοι* vel *σ᾽* alii. *χαριτογλωσσεῖν* Athenaeus, et sic Turn.

297. Libri *συμπράττειν*. Correxit Brunckius.

298. *ποτ᾽ ἐρεῖς* M. G. Vit. Lips. 1. Rob. *ποτε φῆς* Lips. 2. in quo superscriptum ut glossa *ἐρεῖς*, et Aug. Ald. Alii *ποτε φῇς*, *ποτε φήσεις*.

300. *δὴ* omittunt Lips. 2. in quo *σὺ* in rasura duarum syllabarum est, et Aug. Ald. Rob.

301. *ἧκες*, cum explicatione *ἦλθες*, G.

303. *αὐτόκτιτ᾽* M. aliique et Turn. *αὐτόκτητ᾽* Lips. 2. Aug. *αὐτόκτιστ᾽* G. Vit. Lips. 1. Ald. Rob.

304. *ἦ* a pr. manu M. *ἢ* a secunda, et sic Vit. Lips. 1. 2. Rob. *ἦ* Ald. Turn. et recentiores.

Scholiastam secundum, cuius adnotationi in ed. Stanl. praefixum est *ἦ θεωρὸς τύχας ἐμὰς ἀφῖξαι καὶ ξυνασχαλῶν κακοῖς*, Porsonus legisse putabat *θεωρὸς ὤν*. Eam scripturam Butleri negligentia tribuit Aldinae, quam habere dicit *θεωρὸς τύχας*, quum habeat *θεωρήσων τύχας*. Repetiit errorem Wellauerus. Affertur *θεωρὸς ὤν* ex Vind. 3.

305. *ἀφίξαι* a pr. manu M. *ξυνασχαλῶν* Lips. 1. *συνασχαλῶν* M. G. Lips. 2. *συνασχαλὼν* Vit.

306. *τὸν* omittit Lips. 1.

307. Omnes *τὸν συγκαταστήσαντα*. Lips. 1. *τυραννίδα*.

308. *κάπτομαι* Lips. 1.

311. *γίγνωσκε* M. Vind. 4. Ceteri *γίνωσκε*.

μεθάρμοσαι M. Lips. 1. 2. Aug. aliique et Ald. *μεθάρμωσαι* G. *μεθάρμοσον* Vit. quod in aliis superscriptum. *μεθάρμοζε* Rob.

312. *καὶ* omittit G.

313. *τραχεῖς τε καὶ* Lips. 2.

314. *ἀνωτέρω* M. Vit. et plerique ut videtur libri. *ἀπωτέρω* G. Lips. 1. Rob. quod in aliis codd. pro diversa lectione adnotatum. *ἀπατέρω* Lips. 2. Aug.

315. *θακῶν* M. G. Lips. 2. Aug. et sic Victorius. *θακὼν* Vit. Lips. 1. Ald. Rob. Turn. *κλύει* G. *κλύῃ* Lips. 2. Aug.

316. *μόχθον* G. Vit. *πεδιὰν* Lips. 2.

317. *ταλαίπωρε* G.

318. *τῶν πημάτων* Lips. 2. *τῶνδε* omittit Vit.

319. *ἀρχαῖα* G. Lips. 1. *ἴσωσοι* M. a pr. manu. *ἴσος σοι* Lips. 1. *ἴσως* omisso *σοι* Lips. 2. Aug.

321. *γίγνεται* Lips. 1. Ceteri *γίνεται*.

322. *κακῶν* Vit. in quo supra scriptum *ὑποχωρεῖς ἀπὸ τῶν*.

323. *τοῖς* om. Lips. 1.

324. Imitatum esse hunc versum Tzetzam ad Hesiodi O. et D. 780. adnotavit Porsonus.

327. *καὶ μὴν*, superscripto *νῦν*, Lips. 2. Aug.

329. *μὴ λαυροστόμει* G. Vit. aliique et Ald. Scholiastes Nicandri ad Alex. 160. *καὶ Αἰσχύλος, μὴ λαβροστόμει.*

330. *οἶδ'* Aug. *περισώφρων* G. Lips. 1.

331. *προστρίβεται* M. G. Vit. Lips. 1. Vind. 1. 4. et Victorius, atque ita scriptum est apud Stobaeum XXXVI. 17. atque Apostolium VI. 36. et in Monostichis Menandri v. 111. *προσγίνεται* Lips. 2. Aug. aliique codd. et Ald. Rob. Turn. *γρ. προστρίβεται* margo Lips. 2.

332. Libri *ὅθ' οὕνεκ'*.

333. *τετολμικῶς* G.

Simillime Sophocles Antig. 537.

καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.

334. *μηδέν σοι* M. Vit. Lips. 1. 2. aliique et Rob.

335. *πείθεις* M. *οὐτὰρ* G.

εὐπειθής M. a pr. manu et Vit. Lips. 1. 2. Aug. aliique et Ald. Rob. In Lips. 2. *ι* ad *ει* superscriptum.

336. *πάπταννε* G. *πάμπταινε* Lips. 2. Aug.

πημαθῆς M. a pr. manu, *ν* addidit secunda.

339. *μηδαμῶς μ' ἀντισπάσῃς* ex duabus Cantabrigiensibus Blomfieldius.

341. *τῶνδε* om. Lips. 2. Aug.

342. *κοὐδὲ μὴ* M. G. Vit. aliique. *κουδαμῇ* Lips. 1. edd. vett. *κουδαμῆ*, ultima littera in litura et supra scripto *ου*, Lips. 2. *κοὐδαμοῦ* Aug. Valckenario ad Phoen. 1723. p. 575. *τὰ μὲν σ' ἐπαινῶν οὐδαμῇ λήξω ποτέ* legendum putanti more suo obsecutus est Brunckius. V. ad Soph. Ai. 1379.

343. *προμηθείας* G. *αὐτὰρ* Vit.

345. *θέλεις* M. G. Lips. 1. 2. Aug. et sic codd. plerique et vett. edd. *θέλοις* Vit. Par. B. Cantabr. 1. quod receperunt Brunckius et Schützius, non, ut Wellauerus ait, inepte, sed aptissime, immo sententia etiam flagitante, quia *μάτην πονήσεις* idem fere est quod *πονήσειας ἂν μάτην.*

347. *οὐκ* om. Vit. qui *εἵνεκ'* habet et *οὐ* in principio sequentis versus. Libri *εἵνεκα.* Correxit Brunckius.

348. *πλήστοισι* a pr. manu habuisse videtur M.

πλείστους πημονὰς Vit.

Versus 349—374. in libris Oceano tributi sunt. Promethei esse intellexit Elmsleius.

349. *καὶ* om. G. Pro eo male Porsonus *χ' αἱ.*

350. *ὃς ἐς ἑσπέρους τόπους* Med. Par. D. Rob. *ὃς πρὸς ἑσπερίους τόπους* Vit. Ceteri *ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους.*

351. *κίονας* G. Lips. 1. Vulgatum *κίον'*, quae etiam in Rob. est, habet Plutarchus de facie in orbe lunae p. 923. C. Eustathius p. 1389, 61. *διὸ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ κίονα εἶπεν ἐνικῶς καὶ οὐ κίονας*, de axe, circum quem volvitur orbis, haec intelligenda putans. P. Petitum, qui in Obss. misc. III. 24. *ἕστηκε κίων* ut vulgatam scripturam affert, refutavit Abreschius. Quo magis mirum est Blomfieldium illud ipsum *ἕστηκε κίων* scribendum coniecisse, probasseque Nitzschium in adn. ad Od. I. 52. p. 18.

352. *ὤμοις* M. (non *ὤμοιν*) G. Vit. Lips. 1. 2. Aug. edd. vett. praeter Rob. Sic etiam apud Plutarchum. *ὠμοίαν* Par. D. *ὤμοιν* Rob.

Alteram versus partem respexit Porphyrius de abst. p. 77.

εὐάγγαλον Lips. 1.

353. *τε* omittit G.

354. *ἄντρον*, superscripto *ω*, Lips. 2.

355. Libri *ἑκατοντακάρηνον*, nisi quod M. *ἑκατοντοκάρηνον* habet, *α* super *η* a manu secunda adscripto. Ex Pauwii emendatione Porsonus *ἑκατογκάρηνον*. Blomfieldius aliique *ἑκατογκάρανον*, quod *καρανῶσαι*, *καρανιστήρ* dicant tragici, probabili, etsi non prorsus certo argumento. Videri potest confirmari Hesychii verbis p. 1126. *ἑκατοντκάρανοι, ἑκατὸν αἱ ἐπιζήμιον πρασσόμεναι*, et est fortasse ita, si ille *ἑκατογκάρανον* scripsit et deinde posuit ex Aristophanis Eq. 440. *ἑκατοντάλαντοι δίκαι, αἱ ἑκατὸν τάλαντα ἐπιζήμιον πρασσόμεναι*. In chori carmine apud Aeschylum Choeph. 391. *κάρανα* legitur, sed in trimetro ex Euripidis Meleagro apud scholiastam Pindari ad Nem. X. 12. *κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας*.

356. *πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς* M. G. Vit. Lips. 1. Ald. Rob. Turn. *ὃς πᾶσιν ἀντέστη θεοῖς* Lips. 2. Aug. Par. E. Bess. Gaisfordii coniecturam, *Τυφῶνα θοῦρον, ὅστις ἀντέστη θεοῖς*, probaverat Porsonus, multis exemplis allatis, in quibus *πᾶς* vel additum temere vel omissum est. Ne commemorem quod sic grave et prope necessarium vocabulum abiicitur, ne recte quidem dictum est *ὅστις*, quod pronomen quum non sit definientis, quam vim habet *ὅς*, sed declarantis, referendum id esset ad *θοῦρον*, quo languida fieret sententia. Defendere quidem *ὅστις* pro *ὅς* positum conatus est Blomfieldius, sed aliena sunt exempla quae attulit praeter unum Callimachi h. Apoll. 22. in quo tamen vulgo recte divisim scriptum est de saxo Nioben referente *ὅς τις ἐν Φριγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται*, h. e. *διερός τις λίθος*. Praeter alias inscite inventas medelas imperite Wunderlichius coniecit *πᾶσιν ὃς ἀνέστη θεοῖς*, numero prorsus ab Aeschyli arte alieno. Probabilius est quod Lobeckius in prima editione Aiacis ad v. 1122. p. 344. proposuit *πᾶσιν ὃς προὔστη θεοῖς*, ut in Aiacis versu dictum est *ἢ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ;* quocum comparari potest scriptura quam in Trachiniis v. 1183. servavit scholiastes, falsa illa quidem aperte, *οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδὲ προστήσεις ἐμοί*, quam interpretatur *ἐναντιωθήσῃ*, quo ipso

verbo etiam Aeschyli enarratores usi sunt. Multo tamen elegantius est, neque exiguam habet veri speciem, quod Naekio in mentem venit in programmate a. 1829. edito sive in eius Opusculis I. p. 175. inter *πᾶσιν ὅς* et *ἀντέστη* lacunam esse unius versus, hac fere sententia, *qui cunctis unus insana mentis rabie diis obstitit.* Quamquam, si quid excidit, non adducor ut *πᾶσιν* tam longe a *θεοῖς* removisse Aeschylum putem, sed facilius credam altera *ὅς* pronominis positura eum tale quid scripsisse, *ὃς δυςαντήτῳ μένει χειρῶν πεποιθὼς πᾶσιν ἀντέστη θεοῖς.* Sed tamen, quoniam haec omnia non sine magna audacia coniici possunt, ad illud redii quod ut facillimum olim in publicis scholis commendavi, *πᾶσι δ' ἀντέστη θεοῖς.* Eodem modo in Sept. ad Th. 549.

ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον
ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν, Ἀμφιάρεω βίαν·
Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν.

357. Hunc versum et sequentem afferunt Eudocia p. 406. Tzetzes ad Lycophr. 177. et in Theogonia v. 289. Favorinus in *Τυφωεύς*, priorem solum Eustathius p. 579, 20. Apud Eudociam, Favorinum, Tzetzam in Theogonia et in quibusdam eius libris ad Lycophronem, ut in ed. Rob. *δειναῖσι.* Eustathius *σμερδνῇσι.* Ceteri Aeschyli et Tzetzae libri *σμερδναῖσι.*

γαμφιλαῖσι a pr. manu M. et ad secundam syllabam superscripto *η* G. *γαμφηλαῖσι* M. a sec. manu et Rob. Eudocia, Favorinus. *γαμφυλαῖσι* Lips. 1. *γαμφηλῇσι* vel *γαμφηλῇσι* Vit. Lips. 2. aliique codd. et Ald. Turn. atque Eustathius et Tzetzes. Quod ad has dativi formas attinet, quid de Homeri usu statuendum sit, copiose docet Etym. M. p. 166, 30. et Gudianum p. 249, 41. sed utrumque emendatione indigens. Eam praebet Etym. Augustanum, in quo omissis exemplis sic scriptum, *δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ αἱ τοιαῦται δοτικαί, εἴτε ἐπεκτεταμέναι εἴτε ἀνεπέκτατοι, τὸ ᾱ εἰς ῃ τρέπουσι, οἷον ἐν παλάμῃσιν, ἐν παλάμῃς φορέ, σεσημειωμένων δυεῖν, θεαῖς καὶ ἀκταῖς.* Itaque non in locis duobus illis quos Etym. M. et Gudianum afferunt, Od. V. 119. et Il. XII. 284. servandum est *αῖς*, sed in duobus vocabulis *θεαῖς* et *ἀκταῖς.* Atque ex *θεά* dativus exstat etiam Il. III. 158. ubi tamen *αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν* non solum in libris scriptum est, sed etiam apud Athenaeum V. p. 188. B. ipsoque in Etym. M. p. 36, 7. Subtili quadam ratione Göttlingius ad Aristotelis Polit. p. 343. *ῃσι* sine iota littera defendere studuit.

φόβον, memoratum in scholiis habent M. Par. D. Rob. et ante primae manus correctionem Vit. Ceteri *φόνον.*

358. *ὀμάτων* G. Lips. 1. *ἤστραπται* G. Lips. 2.

γοργωπόν ex hoc versu habere videtur Hesychius.

360. *ἄγριον βέλος* G. Lips. 1.

361. Non latuit hic locus Bentleium Horatio Carm. III. 4, 44. *caducum fulmen* eripere tentantem.

364. *καὶ ἐξεβροντίθη* G. *κἀξεβροντήσθη* Vit.

365. *παράωρον* Vit. aliique codd. *παράωρον* Ox. Bess. Ald. *γρ. καὶ παράωρον* Vit. *παρήωρον* G. Lips. 1. aliique codd. et Rob. *παρήορον* Lips. 2. Aug. Colb. 2. Turn. *παράορον*, quod Bergkius in Diurn. antiq. Darmst. a. 1835. p. 952. restituendum monuit ex Hesychii glossa *παράορος, σειραφόρος*, praebuit M. V. II. VII. 156.

367. *ἰπνούμενος* Lips. 2. Aug. cum plerisque libris et schol. Aristoph. ad Vesp. 139. in ed. Ald. *ἱπνούμενος* G. et a manu recentiore M. *ἱπούμενος* Vit. ex correctione primae manus, quae alterum *π* delevit. Eodem errore apud Hesychium et Photium *ἱπποῦμεν* et *ἱππούμενος* scriptum. *ἰπνούμενον* Lips. 1. Quod Hemsterhusius ad Pluti v. 816. reponendum vidit *ἱπούμενος* habet M. a pr. manu et Par. C. et pro diversa scriptura Par. B. Eustathius p. 16, 40. *ἱποῦν ῥῖμα τὸ βλάπτειν παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ.* Etiam Pindarus Ol. IV. 11. Aetnam vocavit *ἵπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου.*

ῥίζαισιν M. Vit. Aug. *ῥίζῃσιν* G. Lips. 1. *ῥίζεσιν* Lips. 2.

368. *μυδροκτυπεῖ* in litura M. *μυδροκτρυπεῖ* Lips. 2.

369. *ἐνθένδ' ἐκρ.* Lips. 1. *ἔνθ' ἐκραγήσονταί ποτε* G.

Describit poeta recentis memoriae incendium Aetnae Ol. LXXV. 2. de quo marmor Parium in Corp. inscr. vol. II. p. 302. et Thucydides III. 116. V. Cluverii Sic. ant. I. p. 104.

370. *δ' ἅπτοντες* G. *ἀγρίοις* Vit. et pauci alii.

371. *λευροὺς* M. Rob. Ceteri libri *λευράς.*

γυίας Vit. Lips. 1. aliique. *γυῖας* Lips. 2.

373. *θερμοῖς*, quod in Par. B. adscriptum est, Ald. Turn. Cant. et posteriores. Fortius est quod plerique libri cum Rob. habent *θερμῆς.* Ita, non *θερμῆς*, etiam M. *θέρμης* G. et ante correctionem Vit.

Libri *ἀπλήστιον.* Id in *ἀπλήτον* (scribere debebat *ἀπλάτον*) mutandum suspicabatur Schützius, quia Pindarus *ἀπλάτου πυρός* dixerit. Cur corrigatur quod caret vitio?

βέλεσσι M.

375. In libris huic versui appositum est Promethei nomen, quoniam qui praecedunt versus tributi sunt Oceano. V. ad v. 349.

Scholia haec praebent, *σὺ δ'· ὦ Ὠκεανέ. οὐκ ἄπειρος· τῆς ὀργῆς τοῦ Διός. οὐκ ἄπειρος, φησίν, ὑπάρχεις ὧν λέγεις, ἀλλ' ἔμπειρος· ἔμπειρος δὲ ὢν τούτων φύλασσε ὅπως σώσεις ἑαυτὸν ὡς γινώσκεις· οὐ γὰρ ἐν τούτῳ χρῄζεις διδασκάλου τινός.* Prior interpretatio non satisfacit. Nam si iram Iovis expertus esse dicitur Oceanus, quaenam est illa ira? Non iram, sed audaciam Iovis et quidem non magis quam ceteri omnes antiqui dei expertus erat, cunctorum illo sibi imperium arrogante. Melius est alterum, non inexpertum eorum quae dicat esse Oceanum. Dixit autem Oceanus v. 326. *τραχὺς μόναρχος, οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.*

376. *σῶις* M. *ἐπίσταμαι* ante corr. Lips. 1.

378. *λωφήσῃ*, ut librarius prius *λωφήσει* scripsisse videatur, M. *λοφήσῃ* G. *χόλον* Vit.

379. *γιγνώσκεις* M. Ceteri *γινώσκεις*.

Cicero Q. Tusc. III. 31. *Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis quam in corporum: ut Prometheus ille Aeschyli, cui quum dictum esset*

atqui, Prometheu, te hoc tenere existumo,
mederi posse rationem iracundiae,

respondit

siquidem quis tempestivam medicinam admovens
non ad gravescens vulnus illidat manus.

His refutatur Bentleius, qui etiam alterum distichon Oceano tribuendum putabat.

380. Libri omnes *ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.* Stobaeus XX. 13. *ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι.* Plutarchus in Consol. ad Apollonium p. 102. B. *καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον τῶν παραμυθητικῶν σοι μεταδοῦναι λόγων πρὸς ἄνεσιν τῆς λύπης καὶ παῦλαν τῶν πενθικῶν καὶ ματαίων ὀδυρμῶν. ψυχῆς γὰρ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, ὅταν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ.* Plutarchum homo doctus in Novae bibliothecae Germanicae vol. LXVI. parte I. cuius observationes Latine versae in Beckii Commentariis societatis philologicae vol. II. exstant, *ψυχῆς* pro *ὀργῆς* substituisse, quoniam de dolore, non de ira scriberet, suspicabatur. Eadem Wyttenbachii sententia fuit. Eustathius p. 696, 33. fortasse ex Plutarcho, *κατὰ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.* Et p. 1005, 21. *ἐπεὶ καὶ φύσει κατὰ τὸν εἰπόντα ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.* Sic hic versus scriptus est etiam in Georgidae Gnomologio in Boissonadii Anecd. I. p. 100. Attulerat Stanleius Isocratis verba in or. de pace §. 39. *ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι τῶν μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν*: verum ibi pro *νοσούσαις* codex Vrbinas praebuit *ἀγνοούσαις*. Plutarchi et Eustathii scripturam probarunt Stephanus, Casaubonus ad Athenaeum p. 65. Gatakerus in Adv. misc. p. 487. C. Ei repugnare videtur Ciceronis interpretatio, nisi hunc sententiam magis quam verba expressisse putabimus. *Ὀργή* quidem non videtur *νοσοῦσα* dici potuisse. Nam etsi *νοσεῖν περί τι* vel *ἐπί τινι* de vehementi cupiditate dicitur, ut apud Platonem in Phaedro p. 228. B. *ἀπαντήσας δέ τῳ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοήν, ἰδὼν μὲν ἥσθη ὅτι ἕξοι τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε*, tamen si quid simpliciter *νοσεῖν* dicitur, ei significatur deesse aliquid, quominus id sit quod pro natura sua esse debeat. Itaque *ὀργὴ νοσοῦσα* non erit nimia et modum excedens ira intelligenda, sed quae non impleat modum nec possit recte censeri ira esse. Adhaeret

enim illi verbo debilitationis quaedam notatio. Non igitur recte *νοσούσης* ille interpretatus est, qui pro eo verbo *ματαίας*, quod apud Stobaeum est, posuit. Pauwianam sapientiam, qui, quod *ὀργή* quamlibet animi affectionem significaret, eo vocabulo hic usum esse Aeschylum putavit, non debebat probare Wellauerus. Reisigius quod ad Soph. Oed. C. 1190. leni sane mutatione coniecit, *ὀργῆς νοσοῦσιν εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι*, hac credo sententia, ut miseris iram lenire adhortationes dicantur, id si Aeschylus voluisset, scripsisset *νοσοῦσιν ὀργῆς*. Aliud in mentem venit G. Dindorfio, quem moverunt haec verba Themistii in or. VII. p. 98. *φάρμακον δὲ ὀργῆς οἰδαινούσης τὸ μὲν αὐτίκα λόγος ἐστίν, ᾧ σὺ τιμικαῦτα ἐπράϋνας σφαδάζουσαν καὶ ζέουσαν ἔτι*, ut Aeschylum *ὀργῆς ζεούσης* scripsisse crederet, ad sententiam recte, modo satis appareret unde in libros *νοσούσης* irrepserit. Fatendum tamen est scholiastas aliud verbum quam *νοσούσης* videri legisse. Eorum unus *εἰπόντος τοῦ Προμηθέως ὅτι ἐγὼ τὴν παροῦσαν ὑπομενῶ τύχην, ἕως οὗ ὁ νοῦς τοῦ Διὸς παυθήσεται τῆς ὀργῆς, φησὶν ὁ Ὠκεανὸς πρὸς αὐτόν, οὐδὲ τοῦτο γινώσκεις, ὦ Προμηθεῦ, ὅτι οἱ λόγοι οἱ παρακλητικοὶ θεραπεύουσι τὴν ὀργὴν ἀγριαίνουσαν καὶ ἐπαιρομένην*; Alius interpres adscripsit *ἀκμαζούσης*. In alio scholio est *εἰπόντος Ὠκεανοῦ ὅτι τῆς ἀκμαζούσης ὀργῆς οἱ λόγοι εἰσὶν ἰατροί*. Quas interpretationes qui consideret, facile adducatur ut eas ad *σφριγώσης* pertinere putet, quandoquidem mox ad *σφριγῶντα* v. 382. adnotatum est *αὐξόμενον καὶ ζέοντα. ἀκμάζοντα. νεάζοντα καὶ αὐξάνοντα.* Atque apud Hesychium *σφριγᾷ, — ἀκμάζει, νεάζει. σφριγῶν, ἀκμάζων, νεάζων, αὐξων. σφριγῶντα, ἐπαιρόμενον, ἰσχύοντα.* Quod si cui hariolari libeat, suspicari poterit lectum fuisse olim *ὀργῆς σφριγώσης*, idque verbum quum librario in mente haereret, illatum ab eo esse pro *σφυδῶντα*, quod codex M. v. 382. habet. Verum eadem opera etiam alia coniici possunt, ut *ὀργῆς βρυούσης*. Nam Hesychius *βρύει, ῥέει, πηγάζει, ἀναβλύζει, πηδᾷ, ἀνθεῖ, ἀνήσιν, αὔξεται.* Dicitur id autem etiam non adiecto nomine, ut in Soph. Electra v. 422. *βρύοντα θάλλον*. Sed tamen consultius visum est tenere scripturam quae apud Plutarchum et Eustathium et Georgidam est, quum ad eam explicandam, quoniam de ira sermo est, facile adscribi potuerit *ὀργῇ*, quod pro diversa scriptura habitum deinde expulso *ψυχῆς* in *ὀργῆς* mutatum fuerit.

381. *κἂν τις* G. quod etiam scholio in illo codice praepositum est. *ὅταν τις* Plutarchus.

μαλθάσῃ M. a pr. manu et G. Lips. 1. Ald. Rob. *μαλθακίσῃ* Lips. 2. Aug.

382. *σφυδῶντα* M. *σφιγῶντα* Lips. 1. *σφιγῶντα* G. Ceteri omnes *σφριγῶντα*. Hesychius *σφυδῶν, ἰσχυρός, εὔρωστος, σκληρός·* et *διασφυδῶσαι, αὐξῆσαι, ἀπὸ τοῦ σφύζειν*.

ἰσχνάνει M. *ἰσχαίνῃ* G. Lips. 1. et pauci alii libri. *ἰσχναίνῃ* Vit. Lips. 2. cum plerisque. Sed id cum in Lips. 2. sic scriptum sit ut im-

perito videri possit ἰσχναίης esse, posuit hoc is qui Aug. scripsit.

383. προθυμεῖσθαι M. G. Lips. 1. aliique et Ald. προμηθεῖσθαι Lips. 2. Aug. aliique et Rob. ἐν τῷ προμηθεῖσθαι μὲ καὶ τολμᾶν, addita explicatione προνοεῖσθαι ἐμὲ τὸ συμφέρον σοι, Vit. προμηθεῖσθαι recte probarunt Scaliger et Valckenarius ad Phoen. 1475.

384. ὁρᾶνσ, sed ν lineola transfixo, M.

δίδασκέ μοι Vit.

385. Eustathius p. 1173, 55.

περισὸν Lips. 1. κουφόνουν cum unius aut duarum litterarum litura post φ M.

386. τῇδε τῇ νόσῳ M. G. Vit. Lips. 1. 2. Aug. et cum plerisque codd. Ald. Rob. τήνδε τὴν νόσον inter versus adscriptum in Par. B. et sic Turn. Sophocles Trach. 544.

νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ.

387. μὴ φρονεῖν δοκεῖν M. et pauci alii codices. μὴ δοκεῖν ἀφρονεῖν G. Lips. 1. adscripta in utroque glossa φράζεσθαι.

388. δοκήσει M. G. Lips. 1. 2. Aug. et plerique, quod unus scholiastarum frustra explicare conatur. δοκεῖ σοι Vit. et alii pauci. δοκήσοι, γρ. δοκήσῃ Par. B. Apertum est scribendum fuisse δόκει σύ. *Meum*, inquit, *hoc peccatum esse puta*, ut despere videar, quum recte sapiam. Quibus verbis iubet Oceanum absistere a consilio suo.

389. οἴκους Lips. 2. Aug. πάλαι, sed supra scripto ὀπίσω, Vit.

390. θρῆνος ἐμὸς G. Lips. 2. Aug. Ald. βάλλει Vit.

391. θακοῦντι M. Vit. aliique et Rob. κρατοῦντι G. Lips. 1. 2. Aug. aliique et Ald. Id ut glossa supra adscriptum in Vit.

Hoc versu finitur Lips. 1.

392. ἀχθεστῆ G.

393. συμφοραῖ a pr. manu habuisse videtur M.

396. λευρῶν γὰρ οἴμων Ven. 2. 3. Rob. Ceteri λευρὸν γὰρ οἶμον, praeter Vit. in quo est λευρὰν, superscripto ον. G. λευρὸν in litura, quum prius λευρὰν scriptum fuisset. Euripides Alc. 838.

ὀρθὴν παρ' οἶμον, ἣ 'πὶ Λάρισσαν φέρει.

Praetuli ut exquisitius femininum, ad quod etiam λευρῶν ducere videtur.

ψαίρει M. G. et ex correctione Vit. probatum Turnebo, Iensio Lect. Luc. p. 393. Valckenario ad Phoen. 1399. ψαύοι ante corr. Vit. aliique et Ald. ψαύει Lips. Aug. aliique et Rob. ψαύοι, superscripto ψαύει et addito γρ. ψαίρει Par. B.

397. τετρασχελὴς Lips.

δ' ἔτ' ἂν M. G. Cantabr. 1. Vulgo δέ τ' ἄν. Blomfieldius recte δέ τἂν.

398. κάμψειε G. Vit. κάμψει Lips. Aug. etsi glossa est in Lips. κλίνειε.

399. Affert primum huius carminis versum scholiastes Aristophanis ad Vesp. 270. ut stasimi, et profecto aptissime, quum πάροδος chori

quae dicitur non a stantibus in orchestra, sed sedentibus in curru alato sit cantata. Schol. *τὸ στάσιμον ᾄδει ὁ χορὸς ἐπὶ τῆς γῆς κατεληλυθώς.*

στένω σε τᾶς, super *ᾱ* adscripto *η*, M. *στένω σε τὰς* G. Vit. Aug. Ald. *στένωσις τὰς* Lips.

400. Libri omnes *δακρυσίστακτον δ'*, praeter Bess. in quo *τ'* est, et Lips. Aug. qui *δακρυσίστατον δ'* habent. Tum *ῥαδινῶν* (*ῥαδηνῶν* G.) *λειβομένα* M. G. Lips. Aug. et ceteri plerique. Idem fuit in Vit. sed a prima manu in *ῥαδινὸν λ.* mutatum est. *ῥαδινὸν λειβομένα* aliquot codices et Ald. Rob. Et *ῥαδινόν* quidem potest videri verum esse, ut Aeschylus expresserit *τέρεν δάκρυον*. Vt stropham antistrophae exaequaret Heathius scripsit *δακρυσίστακτον ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν ῥέος παρειάν*, omissis *δέ* et *λειβομένα*. Sed particula abesse non potest, neque *λειβομένα* delendum est, sed excidit aliquid in antistropha. Quare deleta post *δακρυσίστακτον* particula ex *λειβομένα* feci *δ' εἰβομένα*. Sophocles Ant. 527. *φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη.*

402. *νωτίοις* ante correctionem M.

ἔτεγξα libri praeter Par. A. qui *ἔτεγξε* habet. Coniecerat ita Heathius, receperunt Brunckius, Porsonus, alii. At ne eiecto quidem *εἰβομένα* opus erat *ἔτεγξε* scribi.

πηγαῖς M. Lips. aliique. *παγαῖς* G. Vit.

403. 404. *τάδε. Ζεὺς γὰρ ἰδίοις* Vind. 2. Ceteri codices et Ald. *τάδε Ζεὺς ἰδίοις*, nisi quod quidam ut Vit. post *τάδε* interpungunt, in quo codice supra scriptum *ὁ γάρ*. Verissima Robortelli scriptura *τάδε, Ζεὺς δ' ἰδίοις.*

κρατύνει Vind. 1. 3. et in litura, quum antea *κρατύνων* fuisset, G.

405. 406. *ὑπερήφανος* ante correctionem M.

θεοῖς τοῖς πάρος M. G. Vit. et cum plerisque codd. Rob. *τοῖς πάρος θεοῖς* Lips. aliique nonnulli et Ald. *τοῖς πρὸς θεοῖς* Aug.

ἐνδείκνυσιν G. Arund. Par. L. *ἐνδεικνύειν* M. *ἐνδεικνύει* Par. D. *δεικνύει* Vit. et pauci alii. *δείκνυσιν* Lips. Aug. aliique et edd. vett.

αἰχμήν M. G. Vit. *αἰγμάν* Lips.

408. 409. Libri *μεγαλοσχήμονα τ' ἀρχαιοπρεπῆ*, nisi quod Vind. 2. 3. 4. *τε* plene scriptum habent, Aug. autem *μεγαλοσχήμον τ' ἀρχαιοπρεπῆ*. Sola Aldina *μεγαλοσχήμων ἄτ' ἀρχαιοπρεπῆ*. Tum *στένοσι*, super *ο* addito *ν*, M. *στένουσι* G. Vit. aliique pauci et Rob. *στένουσα* Lips. Aug. aliique et Ald. *στένουσαν* Par. E. Agnoscunt *στένουσι* scholiastae. At sic tam languida fit oratio, ut plane indigna sit Aeschylo. Itaque vix dubitari posse videtur quin *στένουσι* correctori debeatur, qui *στένουσα* construi non posse animadverteret. Sed stropha monstrat post *ἀρχαιοπρεπῆ* excidisse verbum, quod videtur *δακρυχέει* fuisse.

τᾶν σᾶν G. Vit. Ald. *τῶν σῶν* Rob.

410. *τε* omittunt Lips. Aug. Bess. Ald.

τιμᾶν ante corr. M.

411. ἔποικοι G. et aliquot alii. ἁγνὰς Lips. Ald.

413. σοῖς M. G. Vit. Lips. Aug. σοῖσι pauci codices.

414. θνατοί M. G. Ceteri θνητοί.

416. μάχας M. aliique. μάχαν Rob. μάχης Lips. Aug. Ald. μάχαις G. Vit. et multi alii. Hoc tenui. Sophocles Ai. 365. τὸν ἐν δαΐαις ἄτρεστον μάχαις.

417. σκύθη Lips. γῆς Vit.

418. τόπον M. Vit. aliique et Rob. πόρον G. Lips. Aug. aliique. τόπον πόρον Ald. Restituit τόπον Porsonus, vocabulum tragicis tritissimum.

420. ἀραβίας τ' M. G. Vit. et plerique. ἀρραβίας τ' Lips. et pauci. Tum ἔθνος Ald. ἄνθος M. G. Vit. Lips. Aug. et cum ceteris plerisque Rob. I. H. Vossius in Geographia vet. p. XVIII. non opus esse ait ut exclamemus quod Plautinus Charmides in Trinummo IV. 2. 89. dicenti *omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram sumus* respondet, *an etiam Arabia est in Ponto?* Collocasse enim Aeschylum Arabiam in vicinia Caucasi. At si Euripides in Bacchis v. 16. sciebat ubi sita esset Arabia, respondere licebit quod Charmidae isti respondetur, *est: non illaec ubi tus gignitur, sed ubi absinthium fit atque cunila gallinacea.* Laborarunt iam veteres interpretes in quaerenda ratione qua Arabiam Scythiae admoverent: qui quum ei rei Troglodytas adhibuerunt, gravi errore, quem Casaubonus ad Strabonem p. 506. notavit, Troglodytas qui ad sinum Arabicum incolebant, de quibus Strabo in principio libri XVII. exposuit, confuderunt cum illis quorum sedes fuit inter Caucasum et paludem Maeotidem, de quibus idem Strabo refert libro XI. p. 506. quem locum spectarunt scholiastae. Praeter hos alii fuere Troglodytae ad Istrum circa Tomos, de quibus dixit Strabo libro VII. p. 318. Elmsleius cum Butlero latius patere visum antiquis esse nomen Arabiae et Aeschylum nihilo peritiorem geographiae Shakespeario fuisse censebat. Profecto ita est in iis locis qui ubi terrarum siti essent nemo tum accurate sciebat. At id non potest cadere in Arabiam, cuius nomen usque ad Caucasum porrigi credere relinquendum Welckero in Trilogia p. 20. et Bothio. Apertum est autem Aeschylum de noto claroque populo loqui, qui vel ad Caucasum vel in ipso Caucaso habitet. Nam quod sequitur, ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα Καυκάσου πέλας νέμονται, non solum metri indicio sine τε copula scribendum est, sed etiam propter ipsam sententiam. Inceptissima esset enim gentis commemoratio, cuius nomen, quo in genere sibi placent tragici, taceretur, et tamen illa vocaretur δαΐος στρατός, ὀξυπρῴροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς. Hinc non puto dubitari posse quin Sarmatas dixerit Aeschylus scripseritque Σαρματᾶν τ' ἄρειον ἄνθος. In hos enim plane quadrat tota illa descriptio: sed nomen iam perantiquo tempore obscuratum fuisse oportet, ut ex superstitibus litterarum vestigiis Ἀραβίας eruerent librarii. Simillimi ipsis etiam verbis versus sunt Dionysii periegetae 652. seqq.

ἤτοι μὲν λίμνης Μαιώτιδος ἄγχι νέμονται
αὐτοὶ Μαιῶταί τε καὶ ἔθνεα Σαυροματάων,
ἐσθλὸν Ἐνναλίου γένος Ἄρεος.

Alia, quae hanc emendationem confirmen, mox afferentur.

421. *ὑψίκρημνον θ' οἳ* M. *ὑψίκρημνον θ' οἳ* Lips. *ὑψίκρημνον τ' οἳ* Ald. *ὑψίκρημνον θ' οἳ* ceteri. Delendam esse copulam viderunt Bothius atque Elmsleius.

422. *νέμουσι* M. (si recte adnotatum est) et Vit. paucique alii. Ceteri libri *νέμονται*, quod praestat non aliam ob caussam, quam quod gravior spondeus fit diphthongo, quam si *νέμουσιν* scribitur: nam in strophico versu est *οἳ γᾶς*. Sed *Καυκάσου πέλας*, quod libri habent, non puto scripsisse Aeschylum. Primum enim ipsa verba videntur aliquid vitii prodere. Nam *πόλισμα*, quod *ὑψίκρημνον* dicatur, in Caucaso potius ipso quam in vicinia Caucasi situm esse intelligitur. Deinde tam apposite convenit haec descriptio portis Caucasiis, ut sponte se offerat apta loco scriptura, *Καυκάσου πύλας*. Plinius H. N. VI. 12. *ab his sunt portae Caucasiae, magno errore multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae ferratis trabibus, subter medias amne diri odoris fluente citraque in rupe castello, quod vocatur Cumania, communito ad arcendas transitu gentes innumeras, ibi loci, terrarum orbe portis discluso, ex adverso maxime Harmastis oppidi Iberum.* De iisdem, etsi nomine non appellans, Strabo XI. p. 500. *ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον κωμάδων ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἀνάβασις χαλεπή· καὶ μετὰ ταύτην ποταμία στενὴ ἐπὶ τοῦ Ἀράγου ποταμοῦ τεττάρων ἡμερῶν ὁδὸν ἔχουσα ἐφ' ἕνα· φρουρεῖ δὲ τὸ πέρας τῆς ὁδοῦ τεῖχος δύσμαχον.* Ptolemaeus has *Σαρματικὰς πύλας* appellavit. Denique vero etiam Lucianus videtur *Καυκάσου πύλας* legisse, quas ille quidem eo errore quem Plinius notavit Caspias dixit, quum scripsit in Prometheo cap. 4. *σὺ δέ, στωμύλος γὰρ εἰ καὶ δικανικός, ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς δικαίαν τὴν ψῆφον ἔθετο ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου, οἰκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις.*

423. *ὀξυπόροισι* Lips. Aug.

425. *μόνον δὴ πρόσθεν* M. Vit. Lips. Aug. aliique et Rob. *μόνον* omissum in G. sed in margine ante *δὴ* suppletum. *μόνον δὲ πρόσθεν* Ven. 2. Vind. 1. 3. *σου* post *πρόσθεν* addunt Par. B. Ox. Ald. Tum *ἄλλον ἐν πόνοις* M. aliique et Rob. *ἄλλων* Vit. Aug. aliique et Ald. *ἄλλον* in *ἄλλων* a sec. manu mutatum G. *ἄλλον*, superscripto *ον*, Lips. *ἄλλον*, superscripto *ἄλλον* et *γρ. πρόσθεν ἄλλον*, Par. B. Delendum esse *ἄλλων* vel *ἄλλον* adnotatio scholiastarum *ἤ σοῦ ἢ τῶν ἄλλων* docet. Scribendum est *μόνον δὲ πρόσθεν ἐν πόνοις*. Antistrophica enim haec sunt.

426. *ἀδαμαντοδέτοις* Colb. 1. Ceteri libri *ἀκαμαντοδέτοις*, quod iam Stanleius corrigendum esse vidit. Inepta et ipsa secum pugnans vox

est *ἀκαμαντοδέτοις*, nec dubium quin Aeschylus ut supra v. 148. *ἀδαμαντοδέτοις*, sed alio significatu, scripserit. Illic enim proprie eo vocabulo usus est, hic nihil nisi invictam necessitatem dixit. Ita Dionysii tyranni dominatus *ἀδάμαντι δεδεμένος* dicebatur, de quo Kuhnius et Perizonius ad Aeliani V. H. VI. 12. Ita Pindarus Pyth. IV. 125. *τίς δὲ κύδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις*, commemoratus inter alia ab Rittershusio ad Oppiani Cyneg. III. 240. Eodem pertinet illud in oraculo apud Herodotum VII. 141. *σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσσας.*

τιτᾶν ἀλύμαις Vit.

427. *εἰσιδόμαν*, superscripto *ην*, Vit. Lips. *εἰσιδόμην* Vind. 4. Ald. Rob. *εἰσιδόμαν* ceteri. *εἰςειδόμαν* scribendum esse antistropha monstrat.

θεὸν M. G. Par. L. Rob. *θεὸν*, superscripto *ῶν*, Bess. *θεῶν* ceteri.

428—430. *ἄτλαν θ' ὡς* M. *ἄτλαν θ' ὃς* ceteri, praeter Vit. Ald. qui divisim *ἄτλαν θ' ὃς* habent, ex inepta recentioris scholiastae sententia, qui *Τιτᾶνα* Typhonem intelligens accusativum esse volebat *Ἄτλαν*. Scilicet Tzetzes ad Hesiodi O. et D. 381. *Ἄτλας, Ἄτλα* declinari propter *Ἀτλαγενέων* affirmavit: quam sapientiam notavit Lobeckius ad Phryn. p. 669. Nihil ad illam declinationem tuendam confert vocativus *Ἄτλα*, quem a Graecis acceptum in hoc Ovidii Metam. IV. 643. videmus, *tempus, Atla, veniet:* cui par est apud Homerum *Πουλυδάμα*. Sed tamen indulserunt sibi interdum poetae huiusmodi mutationes formarum: unde apud Choeroboscum ad Theodosii canones in Bekkeri Anecd. p. 1183. legimus *καὶ λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πολλάκις ὁ Αἴας τοῦ Αἴα καὶ ὁ Δρύας τοῦ Δρύα καὶ ὁ Θόας τοῦ Θόα, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ "ἡ δὲ Θόαν τέκεν υἱόν," καὶ παρ' Ἀλκαίῳ "Αἴαν τὸν ἄριστον." οἱ γὰρ ποιηταὶ μέτρῳ δουλεύοντες πολλάκις διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ μέτρου παραβαίνουσι τὸν κάνονα.* Hesiodus quidem scribere poterat, et scripsit fortasse, *ἡ δὲ Θόαντ' ἔτεχ' υἱόν*. Alcaei versum integrum habet Hephaestio p. 61. Gaisf. *Κρονίδα βασιλῆος γένος, Αἴαν, τὸν ἄριστον πόδ' Ἀχιλλέα.* Hic, ubi nulla metri necessitas cogebat, mirabilis est versus quem Dindorfius dedit,

εἰςιδόμαν θεὸν Ἄτλαν
ὃς αἰὲν —.

Post *Ἄτλαν θ' ὃς* omnes libri *αἰέν*. Tum *ὑπείροσχον* Lips. *ὑπείρογχον* Par. C. Ceteri libri *ὑπείροχον*, praeter Vit. in quo recte scriptum est *ὑπέροχον*.

Libri *σθένος κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὑποστενάζει*, nisi quod *κρατεὸν* et *πῶλον* G. habet, Robortellus autem *ὑποβαστάζει*. Nihil hoc est nisi interpretatio verae scripturae *ὑποστεγάζει*, quae a me in dissertationis de differentia prosae et poeticae orationis parte prima p. 33. sive in Opusc. vol. I. p. 114. proposita effugit editorum praeter Dindorfium notitiam. In Vit. ad *ὑποστενάζει* superscriptum *βαστάζει*.

Hesychius *στέγει, κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει.* Suidas in v. *στέγει, καὶ στεγόντων, ἀνεχόντων, βασταζόντων.* Atqui *στεγάζω* idem est quod *στέγω.*

Totum locum, in quo emendando et alii et ego (veluti in Opusc. VII. p. 255.) varie laboravimus, nunc restituisse mihi videor. Et illud quidem Reisigius recte vidit, *σθένος* non potuisse de caelo dici, scribique, ex parte recte, voluit *Ἄτλαντος αἰὲν ὑπείροχον σθένος.* Deinde illud *οὐράνιόν τε πόλον* referri apparet ad aliquam terrae commemorationem, quemadmodum v. 351. Atlas dictus est *κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς ὤμοις ἐρείδων.* Perturbati sunt strophae postremi versus eo quod *ὃς αἰέν,* non recte illud scriptum, in alienum locum venit. Scripsi

Ἄτλαντος ὑπέροχον σθένος κραταιόν,
ὃς γᾶν οὐράνιόν τε πόλον
νώτοις ὑποστεγάζει.

432. Excidisse versum stropha docet.

433. *ξυμπίτνῶν* sic M. *ξυμπιτνῶν,* acuto qui in media syllaba fuerat expuncto, Vit. *ξυμπίπτων* Cantabr. 1. Ven. 2. Vind. 3. et pro varia lectione Par. B. *ξυμπιτνῶν* ceteri et in margine Vind. 3.

βαθὺς (non *βαθὸς*) M. Rob. In M. ad *στένει* adscriptum *ἀπ' εὐθείας τῆς τὸ στένος.*

434. Libri *κελαινὸς δ' ἄϊδος.* Delendam esse particulam stropha monstravit.

ἀποβρέμει μυχὸς γᾶς Vit. *ὑποβρέμυχος γᾶς* G.

435. *παγαί θ'* (non *πηγαὶ δ'* aut *πηγαί θ'*) M. Vit. et ceteri plerique ac Rob. *πηγαί θ'* Lips. Aug. aliique et Ald. *πηγαὶ δ'* G.

ἀγνωρύτων M. *ἀγνωρρύτων* Vit. *ἀγνορρήτων* G. *ἀγνηρρύτων* Par. F. Ceteri *ἀγνορρύτων.* Emendavit Heathius.

436. *πικρόν* pro *οἰκτρόν* Vit. et pauci alii.

437. *μήτι* G. Vit. cum paucis codicibus et Ald. *μήτοι* ceteri et Rob.

δοκῆτε G.

μηδ' M. G. Vit. Lips. Aug. et ceteri ut videtur codices. *μήτ'* editiones veteres.

αὐθαδείᾳ G. *ἀθυμίᾳ* Vit. Par. C. *αὐθαδίᾳ* supra adscriptum in Vit.

439. *προσιλούμενον,* super *ι* a sec. manu adscripto *ε,* M. *προσιλοῦμενον* G. Par. C. D. F. N. Vind. 3. Cantabr. 1. 2. et pro varia lectione Par. B. *προσελούμενον* Vit. Lips. Aug. Par. B. Vind. 1. 2. 4. Ald. Rob. *προσσελλούμενον* Ven. 3. *προσσιλλούμενον* Turnebus, qui has scripturas adnotavit, *προσιλλούμενον* et *προσεούμενον.* Brunckius ex Dawesii sententia in Misc. crit. p. 163. *προξέλούμενον.* Porsonus, ut antea Askewius voluerat, *προνσελούμενον,* quod plerique receperunt. Ex Kiddii adnotatis ad Dawesii librum p. 295. cognovimus Bentleium, quod in uno codice Stobaei *προνγελοῦμεν* et apud Hesychium *προνγε-*

λεῖν invenerat, προυγελούμενον veram esse lectionem pronuntiasse. Mirae illae et inauditae formae προυγελεῖν et προυσελεῖν qua radice ortae sint, qua analogia defendi possint, qua significationis derivatione commendentur, altum et apud ipsos et apud eorum pedisequos silentium. Solus, quod sciam, Buttmannus perplexam quandam viam in Lexilogi vol. II. p. 159. iniit, ut adhibita littera Aeolica et προυγελεῖν et προυσελεῖν tueretur, dirimi litem ratus Creticis πρεῖγυς, πρείγιστος, πρειγήϊον, πρειγευτής ex πρέσβυς deflexis. De his Creticis copiose disseruit Valckenarius ad Theocriti Adoniazusas p. 319. seq. At haec non videntur comparari posse cum isto προυγελεῖν vel προυσελεῖν. Quod verbum etsi, quia rarissimum est, videri potest peregrinum esse, tamen nisi ostendatur et qui Doriensium προυγελεῖν usurpaverint et Attici quomodo id in multo magis mirabilem formam προυσελεῖν mutaverint, suspecta potius utraque forma, quam altera alteri praeferenda aut alterutra omnino admittenda censeri debet. Invenitur hoc verbum, quod hodie sciamus, apud duas dumtaxat antiquos scriptores, hoc in Aeschyli versu et apud Aristophanem in Ranis v. 730. Ibi haec leguntur,

τῶν πολιτῶν θ' οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
ἄνδρας ὄντας, καὶ δικαίους, καὶ καλούς τε κἀγαθούς,
καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ,
προσελοῦμεν.

Tertium exemplum, in quo recte idem verbum agnovit Lobeckius ad Ai. p. 252. ed. pr. 159. ed. alt. Aeliani est in epistola tertia, sed illud, ut videtur, ex Promethei versu sumptum, καὶ γὰρ ἂν εἰκότως μοι στενάξαι τὰ τῶν προγόνων ἠρία, εἰ Εὐπειθείδης ὁ Κορυδαλλεὺς ἐμαυτὸν περιόψομαι προσηλούμενον, καὶ ταῦτα ἀνδραπόδου ἴσως δυεῖν μναῖν ἄξίου. Videamus nunc de scriptura. Atque apud Aeschylum nullus liber nec προυσελούμενον nec προυγελούμενον praebet. Apud Aristophanem autem liber Ravennas προυσελοῦμεν. Ceteri libri, in quibus Venetus est, non minoris ille quam Ravennas auctoritatis, προσελοῦμεν, in duobus, quos Dobraeus contulit, alterum σ supra scriptum est. Etiam Suidas προσελοῦμεν habet. Sed apud Stobaeum XLIII. 28. ubi Aristophanis versus leguntur, codex N. non A. quem Grotius nominat, in quo libro non legitur iste locus, et editio princeps habent προυγελοῦμεν. Hesychius προυγελεῖν, προπηλακίζειν, ὑβρίζειν. Sed idem etiam προσέλει, προπηλακίζει. Incertum est pertineatne huc quod apud eundem sic scriptum legitur, προύσελα, προύτελα, προτελεῖ. Tum in Etym. M. in v. προσέληνοι p. 690, 12. προυσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν. καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν. οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμώτου. Ex eodem fonte haustum est scholion cod. M. ad Aeschyli versum, ὑβριζόμενον. ὅθεν καὶ Ἀρκάδες προσέληνοι. ὕβρισται γὰρ μέμψιν ἀνθρώπων ἔχων. Similiter scholia aliorum codicum. Tzetzes ad Lycophr. 482. de Arcadibus ἢ ὅτι προσέληνοι οἱ ὑβρισταὶ λέγονται. προσελεῖν γὰρ τὸ ὑβρίζειν. Sic etiam repetens illa Favorinus. Et idem

προσελεῖν τὸ ὑβρίζειν κατὰ Ἀρκάδας· ἐπειδὴ οἱ Ἀρκάδες λοιδορητικοί εἰσιν. Ἀριστοφάνης "ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ προσελοῦμεν." Hinc in Tzetzae Chil. I. 882. et IV. 813. quibus in locis *προσελοῦν* legebatur, *προσελεῖν* restituit Kiesslingius. Vtroque loco Tzetzes dicit *τὸ γὰρ ὑβρίζειν προσελεῖν καλεῖται παρ' Ἀρκάσιν*, nisi quod in priore, fortasse per errorem, *παρ' ἑτέροις* legitur. Eadem forma in scholiis Aristophanis, quae hoc verbum Atticis tribuunt. Tam multis testibus *προσελεῖν*, tam paucis *προυσελεῖν* et *προυγελεῖν* cognitum habemus. Et quis, si hoc verbum *προυγελεῖν* vel *προυσελεῖν* fuisset, a *προσελήνοις* illud repetivisset Arcadibus? Mihi quidem sapientior fuisse videtur Dobraeus, qui in addendis ad Aristophanica p. (124) et *υσ* et *υγ* ex illa litterarum forma ortum esse iudicavit, qua in codicibus *σσ* scribi solet. Haec et in forma verbi et in significatione explicanda aptissima est et minimae obscuritatis ratio. Namque ut a *τέλλειν τελεῖν*, sic a *σέλλειν σελεῖν* est deductum. *Σέλλειν* autem, cognatum illud cum *εἴλειν*, *ὕλειν*, quod *ὁρμᾶν* significaret, commemoravit Eustathius p. 1041, 29. 32. et ex eo Favorinus in v. *ἐϋσσέλμοιο νηός*. Videtur id proprie crispantem motum, quo aliquid rotatur, iactatur, vibratur, notasse. Inde *σόλος*, eodem loco memoratus Eustathio, ut a *δικεῖν δίσκος*. Inde *σέλας*, *σελήνη*, *σέλμα*, *Σελλήεις* et aliquot alia nomina. Nisi fallor, pertinet huc etiam *σελλίζειν*. Hesychius *σελλίζεσθαι*, *ψελλίζεσθαι*. *τινὲς δέ*, *σελλίζει*, *ἀλαζονεύει*. Id verbum grammatici a quodam Sello repetunt, quem vereor ne ipsi finxerint, quoniam Aeschinem quendam ab Aristophane in Vespis v. 325. et 1243. *τὸν Σελλοῦ* et v. 459. *τὸν Σελλαρτίον* appellatum videbant. At non Sellus, sed Aeschines propter vanitatis insolentiam famosus erat: quare istiusmodi feroces iactatores *αἰσχυνίζειν* potius quam *σελλίζειν* essent dicti. Hinc colligi posse videtur Aeschinem istum non quod patrem haberet Sellum, sed quod temere gloriosus esset, *τὸν σελλοῦ*, i. e. iactatoris filium, vulgo esse appellatum: quam appellationem propter eandem caussam Aristophanes etiam ad Amynian transtulit, in eadem illum fabula v. 1267. *Ἀμυνίαν τὸν σελλοῦ* vocans. Ac titubant, eoque confirmant suspicionem nostram scholiastae, quos non mirandum est Sellum istum patrem putasse Aeschinis, quia qui illi pater fuerit non est proditum. Scholiastes Aristophanis ad Av. 824. de Aeschine *καὶ οὗτος πένης, θρυπτόμενος καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλούτῳ καὶ λέγων ἑαυτὸν πλούσιον. ἦν δὲ Αἰσχίνης Σελλοῦ. ἔλεγον δὲ ἐκ μεταφορᾶς τοὺς τοιούτους σελλούς. καὶ τὸ ἀλαζονεύεσθαι δὲ σελλίζειν.* Qui eadem habet Suidas in *Θεαγένους χρήματα*, apud eum scriptum est *ἦν δὲ Αἰσχίνης σέλλος*. Scholiastes ad Vesp. 1259. *κωμήτης ὁ Ἀμυνίας, Προνάπου υἱός. ὁ γὰρ Σέλλος οὐκ ἦν αὐτοῦ πατήρ, ἀλλ' Αἰσχίνου. ἵνα οὖν καὶ τὸν Ἀμυνίαν καὶ τὸν Αἰσχίνην κωμῳδήσῃ, ὡς πένητας, τοῦτο εἶπεν·* et paullo post *Σέλλον δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ πένης Αἰσχίνης ὁ Σέλλον.* Hesychius *σεελλίσω. Φρύνιχος ἐν Κρονίῳ ἄγαμαι Διονύσου στόματος, ὡς σεελλίσω κεκομμένα πολλάκις. Αἰσχί-*

νης τις ὑπῆρχε Σέλλου καλούμενος, ἀλάζων καὶ ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ἐν τῷ προςποιεῖσθαι πλουτεῖν, πενόμενος καθ' ὑπερβολήν, ὡς τοὺς παραπλησίους οὕτω καλεῖσθαι. Corrigendum puto *Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ*

ἄγαμαι, Διονῦ, σοῦ στόματος, ὡς σεσέλλισαι·

καὶ κωμικοὶ πολλάκις. Neque non huc referendum, quod idem Hesychius habet, *σελληγορεῖ, εὐχερείας ἀναφώνημα.* Scribe *εὐχερείας ἀναφωνεῖ*, i. e. *temeritates loquitur.* Cognatum cum *προςσελεῖν* esse *σίλλος* iam ab aliis observatum est, quod nomen ipsum quoque ab *εἴλειν* et *ἴλλειν* habet originem, recteque, ut opinor, Valckenarius ad fragmenta Callimachi p. 282. etiam *ἔλλετε*, quod in fr. 292. pro *ἔρρετε* dictum tradidit Eustathius p. 756, 37. non ille tamen Heraclide auctore, ut Hemsterhusius ad fr. 121. ait, ex eadem radice natum suspicabatur. Ex his quae disputavi apparebit cur in Aeschyli versu scripserim *προς-σελούμενον.*

440. *καίτι* Vit. *τοῖς νέοις* supra versum scriptum in Lips. omissum in Aug.

441. *δι' ὥρισεν* G.

442. *ἀλλ' αὐτῶ* G.

443. *γρ. τἀμβροτοῖς* Par. B.

Pro *πήματα*, quod omnes libri habent, Brunckius *πταίσματα* posuit, quia in Par. B. minutissimis litteris inter versus scriptum est *πταίσματα ἃ εἶχον προτοῦ, κατ' εἰρωνείαν.* At illud *κατ' εἰρωνείαν* ad *πήματα* spectat, *πταίσματα* autem, quae manifesta interpretatio est, etiam numeros corrumpit. Comparari potest Euripidis hoc in Heracl. 962.

χρὴ γὰρ οὐχ ἅπαξ
θνήσκειν σε, πολλὰ πήματ' ἐξειργασμένον.

444. *ἀκούσασθ'* Lips. *ὥπφας*, deleto qui in altera syllaba erat accentu, M. *ὡς σφὰς* Lips. Ald. Rob. Turn. et ex correctione primae manus Vit. in quo antea erat *ὡς σφᾶς*, ut inde a Victorio scribitur. Scribendum erat *ὥς σφας.* V. ad Soph. Oed. Col. 486.

445. *ἐπηβόλους* M. Vit. Aug. *ἐπιβόλους* G. et ante corr. Lips. Commemoratur *φρενῶν ἐπήβολος* non addito auctoris nomine ab Eustathio p. 625, 37.

450. Margo ed. Ald. apud Morellium *γρ. ἀλίγκιον.* Nullo in libro haec scriptura est, sed fuit in Vit. in quo tamen correcta est.

χρόνον Lips. Aug. Ald. Rob. *βίον* adscripto *χρόνον* Vit. Par. B. *βίον* M. G. et ceteri.

452. *προσήλους* G. aliique et Ald. Rob. *προσήλους*, superscripto alteri syllabae *ει*, M. Vit. Lips. *προσείλους* codices nonnulli et Turn. V. Etym. M. in *πρόσειλος οἰκία* p. 690, 15. et Olearium ad Philostr. p. 69. ac Dawesium Misc. crit. p. 269.

ἤισαν M. *ἦσαν* G. Aug. aliique. *ἦσαν*, supra scripto *ι*, Lips. *εἶσαν* Vit. a correctore. *ἶσαν* codices nonnulli et edd. vett. *ᾖσαν* seri-

bendum esse monuerat Piersonus in addendis ad p. 174. notarum in Moerin.

453. *ἔναγον* a pr. manu habuisse videtur M. *ἔνναιον* Aug.

ἀήσυροι M. a pr. manu et Turn. *αἰείσυροι* Cantabr. 1. *ἀείσυροι* M. a recentiore manu et ceteri. In Par. A. B. *ι* superscriptum. Eustathius p. 1500, 27. de vocabulo *ἁλιαέες* disserens, *γίνεται δὲ παρὰ τὴν ἅλα καὶ τὸ ἄω τὸ πνέω· ἐξ οὗ — ἀήτης ἐπὶ ἀνέμου, καὶ ἀήσυρον κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κοῦφον, ὅθεν καὶ "ἀήσυροι μύρμηκες" παρὰ Αἰσχύλῳ.* Idem p. 1547, 20. *ἐκ δὲ τοῦ ῥηθέντος ἄω καὶ ἀήσυρον τὸ κοῦφον· ὅθεν καὶ παρ' Αἰσχύλῳ "μύρμηκες ἀήσυροι."*

455. Versus 455—461. affert Achilles Tatius in Isagoge ad Aratum, versus 455 – 460. Stobaeus Ecl. phys. I. 2. hic quidem v. 455. servans Aeschyli librorum scripturam; sed apud Achillem Tatium est *οὐκ ἦν γὰρ αὐτοῖς.*

457. *θέρεος* G.

458. *ἕστε* Lips. *ἀνατολὰς* G. Vit.

459. Libri Aeschyli omnes cum Achille Tatio *δύσεις*, nisi quod in Par. C. *δύσης* est, superscripto *ει*. Sed Stobaeus *ὁδούς*. Et hoc quidem olim in Observationibus criticis p. 18. praeferendum iudicavi, quia occasus siderum neque omnino cur difficiles observatu dicantur, neque cur difficiliores quam ortus, perspici possit, quod contra id recte de meatu eorum praedicetur. Quod Wellauerus conquestus est, constringi sic artioribus vinculis sermonem poeticum, praetereaque antecedens *ἀντολάς* postulare *δύσεις*, per se cadit, quia quae hic facta est distinctio aperte non poeticae dictionis est, sed accuratae demonstrationis, tantumque abest ut propter ortus commemorandi sint occasus, ut quo facilius ortuum appellatio animum ad occasuum cogitationem advertit, eo proclivius fuerit librariis *δύσεις* scribere. Ac valde sibi placere *ὁδούς* Dobraeus quoque, vir non hebetis iudicii, professus est in Aristophanicis p. (54). Sed tamen ne *ὁδούς* quidem satis aptum est, siquidem ortu siderum cognito non admodum difficile erat meatus explorare. Multo magis hic memoranda erat natura et vis ac potestas siderum, quae quod alia in aliis est, recte dicitur difficilis esse ad diiudicandum. Quare *φύσεις* posui, quod apparet quam facile, ortus mentione praegressa, in *δύσεις* potuerit mutari.

460. *νοσφισμάτων*, non *νοφισμάτων*, M. in cuius margine recentior manus *σοφισ* adscripsit. Commemorat *νοσφισμάτων* scholion, quod non habet M. *γράφεται καὶ νοσφισμάτων. καὶ γάρ τις μέτρον γνώσκων τῶν πραγμάτων αὐτοῦ οὔποτε τοῦ εἰκότος ἐκπέσοι.* Apud Stobaeum Ecl. phys. 1. 2. est

ἀριθμὸν εὗρὼν ἔξοχον σοφισμάτων
βίον διώκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσίν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὕρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων.

Quae ad Euripidis Palamedem pertinuisse videntur. Illud mirum est,

quod scholiastes Aristidis p. 273. ed. Fromm. p. 702, 30. ed. Dind. ubi haec ipsa Palamedis verba in mente habuit Aristides, adnotavit, *τοῦτο ἐν Αἰσχύλῳ Προμηθεὺς λέγει περὶ τοῦ ἀνθρωπείου γένους.* In florilegio Stobaei LXXXI. 1. afferuntur versus 460—462.

461. *ἐξηῦρον* apud Stobaeum, et sic Porsonus scribi iubebat.

γραμμάτων δὲ σύνθεσιν apud Stobaeum legitur. *γραμμάτων συνθέσεις* G. *γραμμάτων τε συνθέσεις* ceteri libri Aeschyli omnes, et *συνθέσεις* etiam Stobaei codex A.

Adnotatio *περὶ στοιχείων* in Crameri Anecd. Ox. IV. p. 318, 19. *Αἰσχύλος δὲ Προμηθέα φησὶν εὑρηκέναι αὐτά.*

462. *μνήμην ἁπάντων* M. *ϑ* supra addito post primam vocem a recentiore manu. *μνήμην ἁπάντων* etiam Stobaeus. *μνήμην τ' ἁπάντων* Aug. Ceteri libri omnes *μνήμην ϑ' ἁπάντων.* Tum *μουσομητέρ'* apud Stobaeum est. Denique *ἐργ* M. a pr. manu, quae quas amplius litteras addiderat, iis deletis manus admodum recens *ἐργάτιν* scripsit. *ἐργάτιν* Par. B. in quo additum *γρ. μουσομήτορος ἐργάτην*, Bess. et edd. vett. *ἐργάτην* Vit. Lips. Aug. aliique. *ἐργάτι*, superscripto ultimae litterae *αι*, G. *ἐργάνην* praebuit Stobaeus. Brunckius secutus est Hemsterhusium, qui ad Lucianum vol. I. p. 88. sic scribendum censuit, *γραμμάτων τε σύνθεσιν, μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.* Recepit *ἐργάνην* Blomfieldius, ut lectionem antiquam, servans ille *μνήμην ϑ'*, id quod fecerunt etiam quum alii, tum Wellauerus, argutias esse dicens, quibus ea scriptura damnetur. Id ille temere iudicavit. Nam artem memoriae si a Prometheo inventam dixisset Aeschylus, quae ab aequali eius Simonide inventa fertur, aut propter tempora stolidissime confusa ridiculus, aut ineptus propter commemorationem inventi, quod non disciplina aliqua doctrinave contineri, sed naturae beneficio tribui hominibus videretur, ab iis qui hoc iactantem Prometheum audirent esset iudicatus. Hemsterhusii elegantissima est coniectura et profecto optima, nisi quod non opus erat *σύνθεσιν* adsumere, *μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.* Nam etsi servari posset *μνήμην*, si sic interpungeretur, *μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάνην*, quod olim defendi in Obs. crit. p. 19. tamen multo aptius et commodius cum aperto genitivo coniungitur *ἐργάνην*, quam si *Μουσῶν* ex *μουσομήτορα* esset intelligendum. Sic etiam Euripides Androm. v. 1014. (987.) *τίνος οὕνεκ' ἄτιμον ὀργάναν χέρα τεκτοσύνας Ἐνναλίῳ δορυμήστορι προσθέντες τάλαιναν, τάλαιναν μεθεῖτε Τροίαν.* Apertum est autem *ἐργάνην* propterea adsciscendum esse, quia *ἐργάτιν*, in quo personae notatio est, non apte declarando plurali *συνθέσεις* adhiberetur. Nam *ἐργάτις* effectrix est, *ἐργάνη* autem proprie effectionem significat. Apposite comparavit Schützius Livii verba in principio libri sexti, *et rarae per eadem tempora litterae fuere, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum.* Eodem modo Euripides in Palamede apud Stobaeum LXXXI. 7. litteras *λήϑης φάρμακα* appellavit, imitatus ille Aeschylum.

463. *πρώτων*, superscriptis *ον* et *ος* a pr. manu, Vit. *πρώτως* G. *κνώδ* M. deletis reliquis litteris, quas recentior manus supplevit.

464. *ζεύγλαισι* M. G. et superscripto *η* Vit. *ζεύγλῃσι* Lips. *Ζεύγλην* alii curvaturam iugi, alii partem eam cui collum iumenti immittitur, vel, quod idem est, lora, quae *subiugia* ab Latinis vocantur, esse tradunt. Hoc significatu hic dixit Aeschylus et ante eum Homerus Il. XIX. 405. *πᾶσα δὲ χαίτη ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οἶδας ἵκανεν.* V. scholiastas Homeri et Schefferum de re vehiculari p. 116. seqq. In Etym. M. p. 499. alia commemoratur significatio, *τὸ τοῦ τραχήλου μέρος, καθ' ὃ ὁ ζυγός.*

σώμασίν θ' M. et pauci alii. Ceteri *σώμασί θ'*. Haec vox iam scholiastis molestiam creavit, qui eam vel ad *δουλεύοντα* referri, ut *ἐπισάττεσθαι* iumenta et *φόρτους ἐπάνω τῶν σωμάτων αἴρειν σκευοφοροῦντα* dicerentur, vel construi cum sequentibus verbis voluerunt hoc modo, *καὶ ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιλήνιους ἵππους, ὅπως ἐν τοῖς σώμασι γένωνται διάδοχοι μεγίστων μοχθημάτων τοῖς θνητοῖς*, quam interpretationem meliorem esse censuerunt. Sic interpunctum in M. a sec. manu et in Vit. atque in editione Garbitii, admiseruntque hanc satis duram constructionem Porsonus eumque secuti recentiores. In Vit. ad *σώμασί θ' ὅπως* superscriptum *ἡνίας οἱ ἄνθρωποι.* Tan. Faber in epistola 67. partis I. scribendum putabat *σήμασιν*, quo signa virgae motu aliove modo iumentis data intelligerentur. Brunckius insigni audacia *κέντροισιν* posuit. Pauwii *σάγμασιν* in minore editione recepit Schützius. Fefellit interpretes quod *ζεύγλαισι* et *σώμασιν* ablativorum potestate dicta putarunt, nec viderunt *σώμασιν* non de iumentorum, sed de sessorum qui iumentis inequitant corporibus esse accipiendum. Id ostendunt usitata in hac re verba *σωματηγός* et *σωματηγεῖν*. Eustathius p. 1625, 40. de Aristophane grammatico, *ἀστράβαι δέ, φησίν, οἱ καταμόνας σωματηγοῦντες ἡμίονοι.* Hesychius in v. *ἀστράβη, οἳ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον μὲν τὴν σωματηγὸν ἡμίονον οὕτως ἔλεγον· ἐνίοτε δὲ πάντα ἁπλῶς τὰ σωματηγοῦντα ὑποζύγια.* Etym. M. p. 159, 54. *οἳ δὲ τὴν σωματηγὸν ἡμίονον ἀστράβην λέγουσιν.* Eadem verba in eodem vocabulo habet Suidas.

465. *διάδοχον* M. a pr. manu.

466. *γίνωνθ'* Ven. 1. Bess. *γένωνται* Vind. 1. 3. *γένωνθ'* M. G. Vit. Lips. Aug. et ceteri libri. Emendavit Dawesius in Misc. crit. p. 268 (481. ed. Kidd.).

Libri *ὑφ' ἅματ'*, praeter Aug. qui *ὑφ' ἅρμα τ'* habet. Sic Turn. et Grotius in Excerptis p. 9. eodemque modo Dawesius quoque et Tyrwhittus emendarunt.

468. *θαλασσόπλακτα* Vit. Lips. et a pr. manu M.

469. *ναυτιλόχων ὀχήματα* M.

470. *ἐξεῦρον* Lips. Aug. Ven. 1. Par. E. Bess. Vind. 2. 4. Rob.

471. *βροτοῖσιν αὐτὸς δ' οὐκ* Lips. Aug. Par. B. Bess. Vind. 4. In Par. B. *γρ. αὐτὸς οὐκ* adscriptum. *βροτοῖς αὐτὸς δ' οὐκ* Rob.

σοφισμάτων M. superscripto a recentiore manu ὅτω.

473. Libri ἀεικές. Porsonus αἰκές. Restitutum hodie est αἰκῶς apud Sophoclem in El. 102. 216. αἰκεῖς ibidem v. 206. αἰκέλιος apud Theognidem v. 1344. et Euripidem in Androm. 131. atque in epigrammate appendicis Anthologiae Palatinae p. 791. Schol. Homeri ad Il. XXII. 336. ἀπὸ τοῦ αἰκέως, ὃ δηλοῖ τὸ αἰκιστικῶς, γίνεται αἰκῶς καὶ ἀϊκῶς. οἱ μὲν δισυλλάβως αὐτὸ προφέρονται, οἱ δὲ συνεστάλθαι φασί. περισπᾶται δέ. ἔστι γὰρ ἐκ τοῦ ἀϊκέως πεπονθός, ὃ σημαίνει τὸ αἰκιστικῶς καὶ χαλεπῶς. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 360, 26. αἰκῶς, χαλεπῶς, δισυλλάβως, ἀπὸ τῆς αἰκίας. οὕτω Πλάτων.

474. 475. πλανᾷ (πλανᾶι M.) κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον πεσὼν ἀθυμεῖς M. G. Vit. Lips. Aug. Ven. 3. Vind. 1. 2. 4. Rob. πλανᾳ Bess. Turn. πλάνα Ald. πλάνῃ Par. B. D. Cantabr. 2. et a sec. manu Vind. 2. In Lips. superscriptum γρ. πλάνῃ. In Par. B. adnotata et πλάνᾳ et πλανᾷ. Brunckius πλάνῃ recepit, ut iungerentur πέπονθας αἰκὲς πῆμ' ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλάνῃ. Scholiastae et πλάνᾳ et πλανᾷ memorant, hoc posterius si scribatur, construi volentes πέπονθας αἰκὲς πῆμ' · ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ. Id admiserunt Porsonus aliique. Aliam viam ingressus Reisigio auctore in comm. crit. ad Oed. Col. p. 366. Wellauerus interpunxit πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ἀποσφαλεὶς φρενῶν· πλανᾷ, κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις etc. Eo modo quum se tollere vitium putabat Reisigius, satis esse existimans, si φρενῶν finiret sententiam, removit vitium quod nullum erat, intulit autem pro eo tria non levia, inutile verbum πλανᾷ, inconcinnam dictionem, non aptam sententiam. Nec potest comparari Euripidis versus in Bacchis 359. quem sic interpungi iubet,

μέμηνας ἤδη καὶ πρίν· ἐξέστης φρενῶν.

At haec sententia absurda est. Hoc ibi dicit Tiresias, *insanis etiam prius quam correptus es insania.* Apud Aeschylum illa pessima ratio est, interpungi πέπονθας αἰκὲς πῆμ' · ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ. Nam sic harum sententiarum posterior explicatio esset prioris, eaque prior reprehensionem contineret Promethei eamque verbis enuntiatam gravissimis. Id vero et a moribus chori alienissimum est, neque convenit cum iis, quae Prometheus modo dixerat. Melior Bruncki ratio est. Sed videtur tamen πλάνῃ vel πλανᾷ integrandis versibus additum esse. Scripsisse Aeschylum puto

πέπονθας αἰκὲς πῆμ' ἀποσφαλεὶς φρενῶν,
κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον πεσὼν
κακοῖς ἀθυμεῖς.

ὅστις G. Lips. Cantabr. 1. 2. Ven. 1. Bess. Ald. Rob. ὥστις M. Vit. (non ὥστε) atque ita Turn.

476. ἰάσημος G. ἰάσιμον Colb. 2. Bess. Ald. In Vit. a prima manu correctio facta, sed dignosci non potest σ in ν, an ν in σ sit mutatum.

477. *μοι* G. Vit. aliique codices. In G. Vit. *ἐμοῦ* explicandi caussa superscriptum est. *μὴ* Lips. Aug. *μου* M. aliique et editiones.

θαυμάσῃ libri praeter Ven. 3. Turn. qui habent *θαυμάσεις*, quod superscriptum in Par. A. B.

478. *ὁῖ* superest a prima manu in M. Recentiores duae manus fecerunt una *οἵας*, altera *οἷᾶς*.

πόρους M. Vit. aliique et Rob. *δόλους* G. Lips. Aug. aliique et Ald. Turn. *δόλους* ad *τέχνας* adscriptum fuisse credibile est. Hesychius *τέχνη, ἐπιστήμη ἢ δόλος*.

479. *ἐς* Lips. Par. A. B. aliique. *εἰς* M. G. Vit.

480. *οὐδε* M. *οὐδὲ* G. Lips. edd. vett. Recte Brunckius cum Par. A. B. Arund. Cantabr. 2. *οὔτε*.

481. *οὐ χρηστὸν* a pr. manu habuisse videtur M. *οὐδὲ χριστὸν* G.

οὐ πιστὸν Lips. Aug. Colb. 1. Cantabr. 2. sed in Lips. *δὲ* superscriptum. *οὐ ποτιστὸν* Vit. Par. B. C. *οὐδὲ πιστὸν* M. G. et pro varia lectione Par. B. atque sic edd. vett. Quater *πιστὰ φάρμακα* ex Aeschylo commemoravit Eustathius, p. 464, 37. 1050, 49. 1193, 22. 1554, 45: tum scholia in Iliadem in Crameri Anecd. Par. III. 200, 13. 283, 1.

482. *χρεῖαν* G. *κατεσκέλοντο* Lips.

πρίν γ' M. G. Vit. aliique et Rob. *πρὶν* Par. A. B. Ald. Turn.

σφισιν M. *σφίσι* Lips. Ceteri *σφίσιν*.

483. *ἠπιῶν* Lips.

κερασμάτων diversa lectio in Par. B. et in margine Aldinae apud Morellium.

484. *ἐξαμείβονται* G. Bess. Ald. et pro varia lectione in Par. B. in quo ad *αἷς* adscriptum *γρ. αἵ*.

485. *τρόπουστε* M. *ἐστοίχησα* G.

488. *τε* omittit Vit.

489. *γαμψονύχων* G.

490. *τε* omittunt G. Bess. Ald. Rob. non Vit. ut ait Blomfieldius.

491. *εὐώνυμοι τε* G. Rob. Exquisitiorem scripturum *εὐωνύμους τε* praebent M. Vit. Lips. multique alii et Ald.

493. *στέργη θρα* (non *στέργητρα*), erasa post *η* littera et *ρ* post *θ* a sec. manu addito, M. *θέλγητρα* Colb. 2. Par. N.

συνεδρίαι, litteris *δρ* a sec. manu in litura scriptis, M. *συνοδίαι* G.

494. *τελειότητα* coniunctim M. Lips. sed in M. secunda manus divisit. *χρεῖαν* G.

495. *δαίμοσι* M. G. Vit. Lips. Aug. edd. vett. Emendate Grotius in Excerptis p. 11.

Post hunc versum credo unum excidisse. Nam non solum copula deest, sed etiam fellis color et forma res alienae sunt. Nihil enim, quod

sciam, nisi ruptura fellis spectabatur, de qua Sophocles in Antigona v. 1009. *μετάρσιοι χολαὶ διεσπείροντο.*

498. *κνίσῃ τε* M. G. *κνήσσῃ* Par. C. Ceteri *κνίσσῃ τε.*

Attigit hunc quoque locum I. H. Vossius in famosa illa de ossibus disputatione, in qua Heynium adortus in Epistolis mythologicis 38—40. sive secundae editionis ep. 76—78. demonstrare conatus est sola ossa femorum adipe tecta diis esse oblata, qui mos Hesiodo teste a celebrato illo Promethei dolo originem duxerit, eaque ossa *μηρία* et *μῆρα* ab Homero, non *μηρούς* appellari. Aperuit Vossii errores Schneiderus in Lexico in v. *μηρίον*, cui assensus est censor Iliadis ab Heynio editae in Bibliotheca Germanica vol. XCIV. part. 1. p. 27. seq. quae censura separatim deinde edita est Berolini et Stettini a. 1805. in eandemque sententiam disputavit Nitzschius in commentariis ad Od. III. 456. Verissime Schneiderus. Iuvabit tamen de vocabulis istis omnique illa Vossii opinione paullo dicere explicatius. Ac *μηρίον* quidem proprie est os femoris, *μηρός* autem totum femur, i. e. os una cum carne qua est circumdatum. Sic etiam in hoc Herodoti III. 103. *κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς καὶ γόνατα τέσσερα.* Nimirum in quoque pede duo femora duoque genua numerat. Coxendix enim cameli longior quam equi est, in quo ossa non pauciora nec femora quam in camelo sunt, sed non ut separatum femur conspicua coxendix. *Μηροί* autem pluralem habent etiam neutrius generis *μῆρα*, significatione congruentem cum vocabulo *μηρία.* Itaque obtinuit, ut, quum haec tria nomina in sacris promiscue de femore victimae usurparentur, non dicerentur *μηρία* et *μῆρα* de vivis sive hominibus sive aliis animantibus, sed *μηροί.* Legitur quidem in carmine quod inter Theocritea est XXV. v. 269. de Hercule leonem Nemeaeum suffocante *πλευρῇσί τε μῆρ' ἐφύλασσον.* Quae verba non mirum est explicata esse ineptissime, quia omni sensu carent. Egregie quid requireretur perspexit Briggsius, *μηροῖσί τε πλεύρ' ἐφύλασσον.* Apud Bionem in lamentatione Adonidis v. 84. ubi unus Amorum *μηρία λούειν* Adonidis dicitur, vereor ne scribendum sit *ὃ δὲ μηρὸν ἐλούει.* Sed etsi et *μηρία* et *μῆρα* proprie nihil nisi ossa significant, tamen non est ab usu horum vocabulorum carnium notatio exclusa, in quam rem non ambiguum documentum Schneiderus attulit illud quod refert Athenaeus IV. p. 154. B. ex Posidonio, *τὸ δὲ παλαιόν φησιν ὅτι παρατεθέντων κωλήνων τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλάμβανεν, εἰ δέ τις ἕτερος ἀντιποιήσαιτο, συνίσταντο μονομαχήσοντες μέχρι θανάτου.* Quo loco usus est Eustathius p. 1606, 13. ut ostenderet *ὅτι οὐ νῶτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μῆρα ἦν περισπούδαστα.* Quod si, ut Schneiderus docuit, non solum Homerus in sacris promiscue *μηρία, μῆρα, μηρούς* dicit, sed etiam apud alios scriptores *μηροί* diis sacrificari perhibentur, ut apud Sophoclem Ant. 1011. et saepius apud Pausaniam, veluti I. 24, 2. II. 10, 1. 5. 11, 7. V. 13, 8. 9. apertum est aut *μηρούς* non proprie dici, si sola sunt ossa intelligenda, aut *μηρία* non proprium signifi-

catum retinere, si, quemadmodum apud Posidonium, os cum sua carne eo vocabulo comprehenditur. Tradunt enim grammatici *μηρία* esse *τὰ μηριαῖα ὀστᾶ*, ut Etym. M. p. 585, 22. Quod Apollonius in lexico Homerico dicit, *μηρία, οὐχ ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ τὰ ἐκ τῶν μηρῶν ἐξαιρούμενα καὶ ἱεροθυτούμενα ὀστᾶ* (omnino enim *ὀστᾶ* ex Hesychio addendum), non indigere arbitror correctione quam Vossius p. 373. fecit, pro *οὐχ ὡς ἡμεῖς* scribi volens *οὐχ οἱ μηροί*, sed hoc dicere puto lexicographum, non usurpare Homerum eam vocem sic uti vulgo *μηρίον* bestiae mactatae os cum carne sua dicatur. Paullo aliter distinguit scholiastes Dionysii Thracis in Bekkeri Anecd. p. 856, 11. *καὶ τὸ μηρίον διάφορον· μηρία γὰρ τὰ ἐναγιζόμενα τοῖς θεοῖς, μηροὶ δὲ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα.* Et Etym. M. p. 585, 43. *διαφέρει γὰρ τὸ ἀρσενικὸν τοῦ οὐδετέρου, ὅτι τὸ μὲν ἀρσενικὸν ὁ ποιητὴς τίθησι καὶ ἐπὶ τῶν ἁγιαζομένων, ὡς τὸ "μηροὺς ἐξέταμον," καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπείων, "μιάνθην αἵματι μηροί," τὸ δὲ οὐδέτερον ἐπὶ τῶν ἁγιαζομένων, ὡς τὸ "αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη."* Ex his efficitur, nomina ista nihil ad rem facere, neque ex iis quidquam aut de nudis ossibus, aut de lumbis cum ipsa carne combustis posse colligi. At diserte testari putatur Hesiodus sola diis ossa esse oblata. Nam is quum in Theogonia v. 538. de Prometheo dixisset

τῷ μὲν γὰρ σάρκας τε καὶ ἔγκατα πίονι δημῷ
ἐν ῥινῷ κατέθηκε, καλύψας γαστρὶ βοείῃ·
τῷ δ' αὖτ' ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ
εὖθετίσας κατέθηκε, καλύψας ἀργέτι δημῷ·

mox v. 556. addit

ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
καίουσ' ὀστέα λευκὰ θυηέντων ἐπὶ βωμῶν.

Dicatne hic id quod voluit Vossius an non dicat, aliunde certe quam ex eo colligi debet, quod *ὀστέα λευκά* appellat. Est enim illud perpetuum epitheton, quo utuntur poetae etiam ubi non potest de nudis ossibus cogitari, ut Il. XVI. 346.

τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησεν
νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλοιο· κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά.

Od. XI. 219.

ἀλλὰ τὰ μέν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο
δαμνᾷ, ἐπεί κεν πρῶτα λίπῃ λευκὰ ὀστέα θυμός.

At, etiamsi epitheton eripuimus, res ipsa quam narrat Hesiodus ita pro Vossii opinione pugnare videtur, ut censor ille in Bibliotheca Germanica, quoniam Meconae illud Promethei sacrificium perhibetur factum esse, ritum illius loci proprium describi, non morem commemorari communem universae Graeciae existimaret. Id vero non credo eum cuiquam persuasisse: aperte enim obstat quod *ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων* ossa diis sacrificare poeta dicit. Et tamen, ut rectissime monet Nitzschius, non est credibile diis, quos hominum simillimos esse antiquitas credebat, ea

esse oblata quae nemo convivis suis ad epulandum apponeret. Poterit, nisi fallor, hic nodus interpretando solvi. Nam tota haec de Promethei doloso sacrificio fabula eo videtur consilio excogitata esse, ut ostenderetur, cur institutum esset osseas potissimum partes hostiarum, lumbos et coxendicem, diis consecrare. Quum enim qui sacrificabant ipsi quoque partem hostiae et maximam quidem vindicarent, diis dabant ea quae instar aliquod essent totius victimae, ideoque componerentur ex ossibus, carne, adipe, visceribus. Ossa igitur ea principalem locum tenebant, quae et ipsa essent validissima ac fortissima et plurimam optimamque carnem haberent. Ea ex corpore victimae exsecabant: id enim significari, quum *μηροί* vel *μηρία ἐκτέμνεσθαι* dicuntur, perspexit Nitzschius. Veri igitur simillimum est coxendicem cum carne adhaerente esse combustam. Idque colligi posse videtur ex his Eustathii, haud dubie bonos auctores secuti, p. 134. 25. *ἔκαιον δὲ "δίπτυχα ποιοῦντες," ἤγουν δίπλωμα τῇ πρὸς ἀλλήλους ἐπιθέσει τῶν μηρῶν, ἢ μάλιστα διπλοῦντες ἐν αὐτοῖς τὴν κνῖσαν. ἦν γὰρ σπουδὴ ὁλοκαυτωθῆναι τοὺς μηροὺς λαμπρῷ καταφλεχθέντας πυρί, ὡς εἴγε μὴ τοῦτο ἀπέβαινεν, ἀπαίσιον ἦν τοῖς Ἕλλησι τὸ γινόμενον, καὶ οὐκ ἐδόκουν καλλιερεῖν, ὁπηνίκα κατὰ τὴν τραγῳδίαν οἱ "μηροὶ καταρρυεῖς καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς." καὶ οὕτω μὲν τοὺς μηροὺς ὥς τι τίμιον ὁλοκαύτουν, ἐξαιροῦντες ἀπὸ τῶν ἄλλων τοῦ ζῴου μερῶν, διὰ τὸ συντελεῖν τοῖς ζῴοις εἰς βάδισιν τε καὶ εἰς γένεσιν τῇ προέσει τοῦ σπέρματος. τῶν δὲ λοιπῶν τοῦ ζῴου μελῶν μικρά τινα ἐκτέμνοντες, οἷόν τινας ἀπαρχὰς τοῦ ὅλου ζῴου, ἐπετίθουν αὐτὰ τοῖς διπτύχοις, καὶ αὐτὸ ὠμοθετεῖν ἐκάλουν, τὸ τοῖς μηροῖς ὠμὰ πάντοθεν ἀκρωτηριάζοντας κρεάτων ἐπιτιθέναι τμήματα, ὡς δοκεῖν, κατὰ τοὺς παλαιούς, ὅλα οὕτω τὰ μέρη τοῦ ἱερείου καρποῦσθαι.* Comparari cum his potest scholiastes Ambrosianus ad Od. III. 470. *καλῶς ἀπὸ πάντων τῶν μερῶν τοῦ ζῴου κόπτοντες ἐκάλυπτον τὰ κεκομμένα ἐν πιμελαῖς, μιᾶς κειμένης ἄνωθεν, ἄλλης δὲ κάτωθεν· ἃ καὶ δίπτυχα ὠνόμασαν· καὶ ἔθυον αὐτά, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὅλον παντελῶς θύειν διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς μέλλειν εὐωχεῖσθαι ἐκ τοῦ θυομένου. ἔκοπτον γοῦν ἐξ ὅλων τῶν μερῶν, ἵνα δοκῇ τὸ ὅλον θύεσθαι καὶ μὴ νομίζηται ἡ θυσία κολοβή.* Adde schol. ad Euripidis Phoen. 1256. ed. Matth. et Photium in v. *μασχαλίσματα.* Pausanias II. 10, 1. Herculem ab Sicyoniis partim ut deum, partim ut heroem coli narrans, *καὶ νῦν ἔτι*, inquit, *ἄρνα οἱ Σικυώνιοι σφάξαντες καὶ τοὺς μηροὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ καύσαντες τὰ μὲν ἐσθίουσιν ὡς ἀπὸ ἱερείου, τὰ δὲ ὡς ἥρωϊ τῶν κρεῶν ἐναγίζουσιν.* Apertum est autem, quum exciduntur femina, id et liberalius fieri posse et illiberalius. Nec mirandum, si sacerdotes, cui hominum generi quotidiano usu vilescere solet sacrorum religio, optimas carnium partes sibi servare didicerunt. Praeterea, ut Athenaeus dicit VIII. p. 364. E. *καὶ θύοντες μὲν τοῖς θεοῖς, ὀλίγιστα εἰς τὰς θυσίας καὶ τὰ τυχόντα δαπανῶμεν*, testem adhibens Menandrum in *Μέθῃ*, cuius versus tra-

ctavi in Opusc. IV. p. 385. seqq. Alia in hanc sententiam attulit Dobraeus ad Aristophanis Plutum v. 1115. Quod si quorum in hoc genere avaritia et illiberalitas a comicis perstringitur, quis non videt eos rem vehementer exaggerare? Vt Pherecrates in *Αὐτομόλοις* apud Clementem Alex. Strom. VII. p. 846. cuius laceri versus sic integrandi esse videntur,

*ὅτε τοῖσι θεοῖς θύετε, πρώτιστ' ἀποκρίνετε *τοῖς ἱερεῦσιν**
*τὸ νομιζόμενον· *κἄπειθ'* ὑμῖν (αἰσχύνη τοι τὸ κατειπεῖν)*
*οὐ τῶ μηρῶ περιλέψαντες μέχρι βουβώνων *κρέα πάντα**
καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλήν, λοιπὸν τὸν σπόνδυλον αὐτὸν
*ὥςπερ *ῥίνῃ* ῥινήσαντες νέμεθ' ὥςπερ τοῖς κυσὶν ἡμῖν·*
εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι θυλήμασι κρύπτετε πολλοῖς;

Eubuli autem versus in Semele, quos eodem loco affert Clemens, ita scribendi sunt,

πρῶτον μέν, ὅταν ἐμοί τι θύωσίν τινες,
θύουσιν αἷμα, κύστιν· οὐ μὴ καρδίαν,
μηδ' ἐπιπόλαιον. οὐκ ἐγὼ γὰρ ἐσθίω
γλύκιον οὐδὲν μηρίων;

Menander *Δυςκόλῳ*

οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν
καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς
ἐπιθέντες, αὐτοὶ τἄλλα κατάπινουσ' ἀεί.

Incertus poeta apud Clementem VIII. Strom. p. 719. (851.) et Porphyrium de abstinentia II. p. 207. et Cyrillum contra Iulianum IX. p. 306.

τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένως
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅςτις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπαρχῇ καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Hermippus apud scholiastam Aristophanis ad Aves v. 1406.

ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοίδια,
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος.

Haec omnia tantum abest ut ostendant sola ossa diis sacrificata esse, ut prodant carnis plus quam fas esset resectum esse ab iis qui eam ipsi comedere malebant. Neque, opinor, si nihil nisi ossa accepissent dii, quereretur apud Aristophanem in Pluto v. 1129. esuriens Mercurius

οἴμοι δὲ κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήσθιον,

nec diceret mox v. 1137.

εἴ μοι πορίσας ἄρτον τίν' εὖ πεπεμμένον
δοίης καταφαγεῖν καὶ κρέας νεανικὸν
ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον.

Nam quod scholiastes ad versum 1129. dicit, *διαβάλλει οὖν ὡς ὀστέα τοῖς θεοῖς προςφέροντας*, non alio spectare videtur, quam ad partes eas hostiarum, quae plus ossium quam carnis habent. Omnino autem illa scholiastae explicatio neque cum praecedentibus neque cum sequen-

tibus bene conciliari potest. Itaque etiam in Pace v. 1020. non de solis ossibus locutus videtur poeta, quum scriberet

ἀλλ᾽ εἴσω φέρων,
θύσας, τὰ μηρί᾽ ἐξελὼν δεῦρ᾽ ἔκφερε,
χοὔτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σώζεται.

Quare ne apud Homerum quidem πίονα μηρία, aut μηρια πιότατα ταύρων τε καὶ αἰγῶν apud Lucianum in Timone c. 9. aut πιανθέντα μηρία apud Theocritum XVII. 126. propter adipem, quo involvebantur, sed propterea, quod pinguium hostiarum essent, dici videntur. Ex his consequitur non magnopere vituperandum esse Nonnum, qui sacrum, quod in tertio libro Odysseae descriptum est, imitatus V. 21. scripserit

καὶ εὐφυέων κρέα μηρῶν
ὠμὰ διατμήξας ἐκαλύψατο δίζυγι δημῷ,
μιστύλλων κατὰ βαιόν,

licet ille minus accurate veterem morem expresserit. Interdum etiam homines famelici quae diis destinata essent sibi ipsis auferebant, in quam rem scriptum est epigramma Automedontis in Anthol. Pal. vol. II. p. 409. Ceterum non possum silentio praeterire duo argumenta, quae sententiae suae firmandae caussa attulit Vossius. Quorum alterum p. 375. ridiculum est, canem, a cuius facto Cynosarges nomen habeat, ossa quidem duo adipe involuta asportare, non autem si caro integra adhaesisset, potuisse. Alterum autem plane huc non pertinet, quod p. 377. attigit, Mercurium in hymno Homerico v. 137. combussisse οὐλόποδ᾽, οὐλοκάρηνα, quod ille fecisse dicitur, ne furti ullum superesset vestigium. Neque vero probari posse arbitror, quod idem Vossius p. 372. in his Apollonii Rhodii II. 698.

ἐκ δέ νυ πάντων
εὐαγέως ἱερῷ ἀνὰ διπλόα μηρία βωμῷ
καῖον,

de ossibus duplici adipe involutis, quod etiam aliis placuit, interpretatur. Aperte enim ipsa verba ostendunt duo ex quaque hostia femora intelligi.

Ceterum quod Aeschylus μακρὰν ὀσφύν dicit, caussa haec est, quod ea pars etiam caudam comprehendebat: unde apud Clementem Eubulus

αὐτοῖς δὲ τοῖς θεοῖσι τὴν κέρκον μόνην
καὶ μηρόν, ὥσπερ παιδεράσταις, θύετε·

quod non ex omni parte intellexisse videtur Vossius p. 373. Itaque inutilis est Reisigii coniectura χἄμ᾽ ἄκραν ὀσφύν.

499. πυράσας Lips. Aug.

500. θνητά, superscripto ούς, Vit.

Ad φλογωπὰ σήματα quod attinet, v. Valcken. ad Phoen. 1261. et Musgr. ad eiusdem fabulae v. 1290. 1291.

501. ἐξωμιάτωσα Lips.

Eustathius p. 427, 37. *ἀργὸν γὰρ τὸ λευκόν. ὅθεν καὶ ἐπάργεμον πάθος ὀφθαλμοῦ τὸ κοινῶς λεγόμενον λεύκωμα, ὅς που καὶ Αἰσχύλος παραδηλοῖ.* Idem p. 1430, 60. *καὶ ἄργεμος, νόσος ὀμμάτων· ἀφ' οὗ ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ "πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα."*

502. *δὴ ταῦτ' ἔνερθεν* Lips. *δὴ ταῦτα ἔνερθεν* G. *δῆτ' ἔνερθε*, a rec. manu ad priorem vocem *α*, ad alteram *ν* superscripto, Vit.

503. *κεκρμένα δ'* sic Lips. *κεκρημένα* Aug.

504. *σίδαρον* M. *χρυσὸν δὲ τίς* M. G. Vit. Lips. aliique et Ald. Turn. *χρυσὸν τὲ τὶς* Rob.

506. *οἶδ' εἰ μὴ* Vit. et alii nonnulli. *φλύσαι* M.

507. *λόγῳ* Lips. Vind. 1. 4. sed in Lips. superscriptum *μύθῳ*.

πάντα G. Vit. Lips. Aug. aliique et edd. vett. *ταῦτα* M. Arund. Cantabr. 2. Ven. 1. Bess.

συλλήβην Vit. *μάθοις* G. Vit. aliique nonnulli, sed in G. superscriptum *μάθε*.

509. *μή νυν* Scaliger et Porsonus.

512. *ἰσχύσει* M. G. sed in M. secunda manus *ν* adscripsit.

513. *που*, superscripto *ω*, Lips. Vnde *πουω* Aug.

514. *κράναι* Lips. Aug. *δὲ* omittit G.

515. *καμφθεὶς*, post *κ* superscripto a sec. manu *ν*, M.

δεσμὸν G. *φυγγανῶ* G. cum glossa *ἐκφευξοῦμαι*, et Vind. 1. 3. V. ad v. 527. *θιγγάνω* Lips. Aug.

518. *ἐρινύες* M. Ceteri quod sciam libri *ἐριννύες*.

519. *ἆρα ζεὺς* M. Vit. Lips. Aug. Ven. 1. 2. Bess. *ἆρα ζεὺς* G. aliique et Rob. *ἆρ' ὁ ζεὺς* Ald. *ἄρ' ὁ ζεὺς* Ven. 3. Turn.

520. *ἐκφύγοι γε* M. Rob. Turn. *ἐκφύγοιτε* Ald. *ἐκφύγοιτο* G. Lips. Aug. et pauci alii. *ἐκφύγῃ γε* Vit. aliique. *ἐκφύγῃ τε* nonnulli.

521. *πρὶν ἀεικρατεῖν* M.

522. *τοῦτ' οὐκ ἂν οὖν* (*οὐκὰν ὂν* M.) *πύθοιο* M. edd. vett. *οὖν* omittunt G. Vit. Lips. Aug. Colb. 1. Par. E. Vind. 2. Brunckius *τοῦτ' οὐκέτ' ἂν πύθοιο*, non monito lectore. Id Vind. 1. 3. habent, atque in Colb. 2. Cantabr. 1. 2. scriptum *οὐκ ἔτ' ἄν*. Diu est quum utramque scripturam a metricis profectam, Aeschylum autem *τοῦτ' οὐκ ἂν ἐκπύθοιο* scripsisse credidi. Idque postea repertum est in Ven. 3.

771. Magnopere fluctuant libri. *πρὶν ἂν ἔγωγ' ἐκ δεσμῶν λυθῶ* Lips. Vind. 1. Ald. *πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ* Par. A. B. Turn. Sic etiam G. nisi quod *πλὴν* habet a prima manu, sed altera lectione erasa, scriptum, et supra *πρὶν* atque *ἕως* adnotatum. Ac *πλὴν* etiam Par. E. Bess. Vind. 3. Vacuum vitio versum praebet Ven. 3. *πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ.* Sed *πλὴν* (*ν* a sec. manu M.) *ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς* M. Vit. In Vit. *λείπει τὸ βοηθήσω τούτῳ* adnotatum est. *πρὶν ἂν ἔγωγ' ἐκ δεσμῶν λυθείς* Rob. Recepit *λυθείς*, quod pro diversa lectione etiam in Par. B. adscriptum est, Porsonus, servato *πρὶν* et obelo ante *ἔγωγ'* apposito. Temere scripturas librorum pro suo arbitrio mutavit Brunckius. Burgesius ad Dawesii Misc. p. 492. ut Pauwius corrigendum putabat *πρίν γ' ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ.* Elmsleius, qui *ἂν* a *πρὶν* separari non posse monuit, scribendum censebat *πλὴν ἔγωγ' ὅταν δεσμῶν λυθείς* aut *λυθῶ.* At *ὅταν λυθείς* certe, verbo per aposiopesin omisso, durissimum est. Acquiescendum erat in scriptura librorum M. et Vit. quae repetitis cogitatione e praecedente versu verbis hanc habet sententiam, *οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἀποστροφὴ αὐτῷ τῆςδε τύχης γενοίμην, λυθεὶς ἐκ δεσμῶν.*

772. *σ'* omittunt M. Vit. Lips. Colb. 1. 2. Cantabr. 1. 2. Ven. 3. *ὁ λύσσων ἐστὶν* habet Par. G. *τίς οὖν ὁ λύσων σε δεσμῶν ἄκοντος διός* Guelf.

773. *τίν'* cum accentu M. Vit. Lips. Ald. Rob.

αὐτῶν ἐγγόνων M. et *ἐγγόνων* etiam Par. B. Ven. 3. Bess. Sed *γρ. ἐκγόνων* Par. B. *αὐτῶν ἐκ γόνων* Ald. In Vit. qui vulgatum habet, supra scriptum *λῦσαι ἐμὲ καὶ αὐτόν.*

εἶναι omittit Lips.

774. *σ'* omittunt Vit. aliique nonnulli et Ald. *ἦμ' ὄσσε παῖς ἀπαλλάξοι* Lips.

775. *γέναν πρὸς δὲ κ'* G. Par. E. Ald.

ἄλλαισι M. Lips. Vind. 1. edd. vett. *ἄλλῃσι* G. Vit. Vind. 3. *ἄλλῃσιν* alii. Emendate Victorius.

776. *ἐξυμβλῶτος* G. *χρησμοδία* Lips.

777. *σαυτῆς τ'* (non *τις*) M. Colb. 1. Ceteri *σαυτῆς* sine particula. Non debebat Blomfieldius *καὶ μήτι σαυτῆς* comicere, sed *καὶ μηδὲ σαυτῆς γ'.*

779. *δυοῖν* M. G. Vit. Lips. et ceteri quantum constat libri. *δυεῖν* ex Turnebi editione obtinuerat.

σε, superscripto *σοι*, Vit.

θάτερον Colb. 1. et ante correctionem primae manus Vit.

780. *ποίοιν* postremis tribus litteris in litura M. *ποίοις* Par. E. *ποίοισιν* Ven. 1.

782. *φράσαι* Rob.

τὸν ἐκλύσοντά με G. et alii nonnulli codices.

783. *τὴν δ' ἐμοὶ δίδου*, omisso *χάριν*, G.

784. *οἴκους* pro *λόγους* Vit. sed supra scriptum *γρ. καὶ λόγους καὶ τὰς ὑποσχέσεις.* Aliter alius glossator interpretatur, *τοὺς ἐμοὺς δηλονότι.* Elmsleius certissime se reponere putabat *λόγον.* Eo trahi possunt hae explicationes, *μὴ ἀπορρίψῃς καὶ οὐκ ἐθελήσῃς εἰπεῖν. ἀτίμους ποιήσῃς.*

785. *καὶ τῆσδε μέν, γέγονε* Lips. *τῇ λοιπῇ* ante correctionem primae manus M.

786. *λύσοντά σε* G. et pauci alii. *λύσοντα σὲ* Bess. Ald.

τοῦτο γὰρ νῦν ποθῶ Lips. paucique alii et Ald.

788. *οὐ* omittunt G. aliique codices et Rob. et a pr. manu M. Habent *οὐ* Vit. Lips. Ald. et superscriptum a sec. manu M.

ὅσονπερ χρήζετε Lips.

790. *ἐγγράφουσα* a pr. manu habuisse videtur M. *ἐγγράφον σὺ* habet a secunda.

μνήμοσιν M. *μνήμοσι* G. Vit. Lips. aliique et edd. ante Vict.

Imitationem scriptoris qui Hermippum dialogum fecit, apud Schneiderum in praefatione Theophrasti p. 25. adnotavit Dindorfius, *καὶ ἔγωγε μνήμοσι δέλτοις φρενῶν ταῦτ' ἐγγράψομαι.*

791. *ὅτ' ἂν* Vit. *ὅρων* G. Ald.

792. *ἀντολὰς* M. G. Ald. Rob. *ἀνατολὰς* Vit. Lips. aliique.

φλογῶπας Pauwius et ita, ut videtur, M. *φλογωπὰς* G. Vit. Lips. et ceteri libri praeter Ald. quae *φλογοπὰς* habet.

ἡλιοστιζεῖς Lips.

Post hunc versum aliquid excidisse Brunckius primus intellexit.

793. *πόντον* M. G. Ven. 1. Bess. Ald. *ἔστ' ἂν* Vit.

794. *σκυθίνης* G. aliique et Ald. Rob. *σκυθήνης* Colb. 1. aliique. *κυθίνης* Ven. 3. *κιθήνης* Vit. (de quo falsa refert Butlerus) Lips. Colb. 2. *κισθίνης* Turn. Veram scripturam *κισθήνης* exhibent M. Par. A. C. D. et adscriptum *κισθήνης* in Par. B. Harpocratio *Κισθήνη, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ* (§. 153. p. 72. Steph.). *ὄρος τῆς Θρᾴκης. Κρατῖνος*

κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Photius *Κισθήνη, ὄρος τῆς Θρᾴκης.* Eadem Suidas, apud quem *Κισσήνη* legitur. Hesychius *Κισσίνη, πόλις καὶ ὄρος ἐν Θρᾴκῃ.* Aeolidis urbs Cisthene ad sinum Adramyttenum memoratur Stephano Byz. in

Πάσσα, Plinio V. 30. Melae I. 18. De ea Strabo XIII. p. 606. extrema ἔξω δὲ τοῦ κόλπου καὶ τῆς Πυρρᾶς ἄκρας ἥ τε Κισθήνη ἐστί, πόλις ἔρημος, ἔχουσα λιμένα. Haec videtur esse quam dixit Isocrates. Alia fuit urbs et insula inter Rhodum et insulas Chelidonias, de qua Strabo XIV. p. 666. μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ καὶ λιμένες· ὧν καὶ μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη. Quem autem Thraciae locum sic appellatum Harpocratio aliique memorant, ex coniectura illic videntur collocasse. Rectius scholia Aeschyli Κισθήνη, πόλις Λιβύης ἢ Αἰθιοπίας. Id enim coniunctio cum Gorgonibus docet. Acute Meinekius in praefatione Menandri p. 18. Cratini versum e Seriphiis esse coniecit, qua in fabula Persei ad Gorgones iter ad Aeschyli exemplum non sine iocis et risu descripserit poeta facetissimus.

ἵν' G. Hiatu offensus Brunckius mollius esse putabat, si scriberetur ὅπου αἱ Φορκίδες. At is quidem soloecismus esset. Nam in re certa οὗ, non ὅπου, dicitur.

795. In αἱ Φορκίδες libri consentiunt omnes: quae scriptura non modo propter hiatum in praegresso ἵνα, sed magis etiam propter articulum displicet, qui nimium quantum dictioni poeticae adversatur. Nec dubito quin illud αἱ Φορκίδες interpretatio sit doctioris lectionis Φορκυνίδες, quam nominis formam etsi non inveni apud Graecos scriptores, tamen qui e Graecis sua hauserunt Romani poetae eam tuentur. Ovidius Metam. IV. 742.

et imponit Phorcynidos ora Medusae.

V. 230.

et in partem Phorcynida translulit illam.

Lucanus IX. 626.

squalebant late Phorcynidos arva Medusae.

796. ὄμματ' Par. E. ἐκτειμέναι Par. C. ὄμμα κεκτημέναι Ald. Rob. Vera scriptura in ceteris et apud Thomam M. p. 218, 18.

797. μονώδοντες M. Bess. τὰς Lips. aliique et Ald.

Tzetzes Chil. III. 952.

Προυσίου ἔχοντος ὀστοῦν ἓν τοὺς ὀδόντας πάντας,
ὥςπερ Αἰσχύλος ἐν γραφαῖς καὶ τὰς Φορκίδας λέγει.

798. Libri omnes οὔθ' ἡ νύκτερος. Delevi articulum, molestum in oratione poetae.

800. δρακοντόμαλοι G. aliique pauci et Ald. γοργῶνες G. βροτοστυγοῖς Lips.

802. τοιοῦτο M. aliique et Rob. τοιοῦτον G. Vit. Lips. aliique et Ald. Nullus liber μὰν, ut refert de G. Vit. Ald. Butlerus, sed hi omnes μὲν habent, G. tamen in litura. Elmsleus, quod tragici rarissime τοιοῦτο et τοσοῦτο usurpent, scribendum putabat τοιοῦτον ἔν σοι τοῦτο φρούριον λέγω. Confidentius ad Oed. Col. 790. τοιοῦτο et τοσοῦτο prorsus a tragicis abiudicavit, fortasse quod, sicubi illa inveniuntur, me-

trum alteram formam admittat, ut in Eumen. 200. 419. Blomfieldio longe probabilius videbatur *τοιόνδε μέν σοι*. Ego quidem vulgatam scripturam servandam duxi, partim quod ille tragicorum usus vix satis stabiliri potest, partim quod sententia in illa Elmsleii coniectura non recte enuntiata videtur. Nam *ἔν* si dicitur, satis est *τοιοῦτο* aut *τοῦτο* addi, utroque autem addito alterum supervacaneum atque adeo molestum est.

804. *ὀξυστόμου* ante correctionem secundae manu M.

ἀκραγγεῖς Ven. 3. Bess. Par. II. Ald. *ἀκραγκεῖς* Lips. Hesychius in codice *ἀκραγές* (Musurus *ἀκραγγές*), *δυσχερές*, *σκληρόν*, *ὀξύχολον*, *ἀσθενές*. Etym. M. p. 52, 13. *ἀκραγγές*, *ἀσθενές*, *χαλεπόν*, *δυσχερές*, *σκληρόν*, *αὐστηρόν*, *καὶ τὸ ἀεὶ κλαῖον παιδίον. τά τε ἀκραγγῆ ὀξύχολα*. Sic etiam MS. Aug. Atque etiam in Bekkeri Anecd. p. 369, 17. legitur *ἄκραγγες*, *ἀκρόχολον*, *ἀσθενές*, *χαλεπόν*. Optima explicatio est *ἀκρόχολον*. Est enim vocabulum illud ab *ἄγη* deductum, de quo Etym. M. p. 9, 1. *ἄγη*, *θαῦμα*, *χαρά*, *ἀπιστία*, *ζῆλος. παρὰ Ἡροδιανῷ βασκανία*. MS. Aug. *παρὰ Ἡροδ.* i. e. *παρὰ Ἡροδότῳ* (VI. 60.), ut Suidas quoque.

Apertius Iovis ministri sunt aquila quae v. 1026. iecur Promethei exest, quaeque in Agamemnone v. 128. auguria dant aquilae. Hic gryphi sic appellati videntur ut Iovis voluntate ministerio auri custodiendi fungentes.

805. *γύπας* G. *γρῦπας* Ven. 3. quum ceteri fere ut M. *γρύπας* habeant.

τό τε ante sec. manus correctionem M. *τόν γε* Vit.

μουνῶπα a pr. manu M. Recentior circumflexum accentum in acutum mutavit et ultimae syllabe *ον* supra adscripsit. Eustathius ad Dionysii v. 31. *Αἰσχύλος δὲ μονῶπα στρατὸν ὀνομάζει*. Idem ad Od. p. 1388, 64. *μουνῶπα στρατὸν* ex h. l. commemorat.

806. *ἀριμασπων* Vit. sed a pr. manu in *ἀριμασπὸν* mutatum.

ἱππόβαμον M. a pr. manu et Vit. Lips. *ἱπποβαμμὲ* G.

οἳ χρυσόρρυτον G. *οἱ χρυσόρρυτοι* sic Lips.

807. *νάμα* G. et a pr. manu M. *πλούτωνι* Lips.

πόρον M. Cantabr. 1. 2. Par. N. Ven. 3. Vind. 3. 4. Rob. idque superscriptum in Colb. 2. Gravior est et magis Aeschylea coniunctio horum verborum, *νᾶμα πόρου*. Sic in Persis v. 231.

τῆλε πρὸς δυσμὰς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.

808. *τηλουργὸν* ante recentioris manus correctionem M.

811. *παρόχθας* Lips. et a pr. manu M. *ἐξίης* Lips. aliique nonnulli et Ald. *ἐξίοις*, adscripta explicatione *ἐλθοις*, G.

812. *βιβλίνων* M. Colb. 2. Cant. 1. *ὁρῶν* G. Lips.

813. *εὔπετον*, sed adscripta explicatione *γλυκύ*, Vit.

Iis quae Stanleius de dulcedine aquae Nili ex Achillis Tatii IV. 18. et Spartiani Pescennio Nigro c. 7. attulit addi possunt Athenaeus p. 41. F. Eustathius p. 1499, 59.

814. *τρίγωνον*, superscripto *α*, Vit. *τρίγωνα* Par. D. N.

816. *κτῆσαι* Vit.

817. *τῶν ει τι σοι* a pr. manu, *τῶν δ' εἴ τι, σοι* a sec. M.

Hunc versum a verbis his, *εἴ τί σοι*, et duos sequentes affert Athenaeus VIII. p. 347. C. Eustathius p. 1535, 24. commemorat *ψελλόν τι* (sic) *καὶ ἀνεύρετον*. Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 116, 18. *ψελλός. Αἰσχύλος Προμηθεῖ. τέθεικε δὲ τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ σαφῶς μὴ εἰρημένον*. Sine interpretatione memoratur hoc verbum in excerptis *ἐκ τοῦ Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος*, quae Herodiani Epimerismis adiecit Boissonadius p. 285.

818. *ἐπ' ἀναδίπλαζε* G. Dindorfio placet *ἐπανδίπλαζε*.

819. Hic versus ab alia manu scriptus in M.

εἰ θέλεις G. *ἢ θέλης* Vit. in quo *ς* a correctore est. *ἢ θέλεις* Ox. Bess. Ald.

820. *μέντοι* Vit. et alii nonnulli.

821. *πλάνης*, superscripto *γρ. τύχης*, Lips. *τύχης* Ven. 3. Par. H. K. L.

823. *αἰτούμεθα* Vit. Lips. aliique et Ald. Ad *που* in Vit. superscriptum *τι*.

Consentiunt libri in *ἥντιν'*, etsi id hic *ἥν* dicendum erat. Non invitus acciperem, si liber aliquis praeberet *ἥν πρὶν ᾐτούμεσθα*, quemadmodum supra v. 700. *τὴν πρίν γε χρείαν* est dictum. Sed facillimum visum est *ἥνπερ* scribere. Sic v. 610. libri *ὅ* et *ὅτι*, ubi ex Etym. a Porsono *ὅπερ* restitutum est.

826. In *ἐκμεμόχθηκεν* litterae *εν* a sec. manu in M. *ἐκμόχθηκε* Vit. *ἐμμεμόχθηκε* G. Ceteri *ἐκμεμόχθηκε*.

829. *εἶμὶ* Lips.

830. Libri *δάπεδα*. Porsonus ad Euripidis Or. 324. aut produci primam syllabam aut scribendum esse *γάπεδα* animadvertit, allatis his Stephani Byzantii in *γῆ*, *λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ ᾱ φασὶ διωρίζοντες*. Addidit Blomfieldius scholiastam ad H. IV. 2. *δάπεδον δὲ τὸ ὁμαλὸν χωρίον· γήπεδα δὲ τὰ ἐν ταῖς πόλεσι προκείμενα ταῖς οἰκίαις οἷον κηπίδια· οἰκόπεδα δὲ οἰκιῶν κατεριφεισῶν ἐδάφη*, et Eustathium p. 436, 41. *γήπεδον μέντοι τὸ ἐν πόλει προκείμενον οἰκίαις οἷον κηπίδιον*, et scholiastam Oppiani ad Hal. I. 54. *ἐκ τοῦ γῆ καὶ πέδον γήπεδον, τὸ τῆς οἰκίας πεδίον. οἰκήπεδον δὲ τὸ τῆς καταβληθείσης οἰκίας πεδίον, ἐρειποτόπιον λεγόμενον*. Tum Lycophronem v. 617.

τοῦ τειχοποιοῦ γαπέδων ἀμειβέως,

ubi libri confirmarunt hanc scripturam, restituendam Aeschylo etiam Choeph. v. 786.

831. *αἰπυνω τ'* a pr. manu M. ex quo sec. manus *αἰπύνωτόν τ'* fecit. *αἰπύνωτον δ'* Vit.

832. Libri *θῶκος*. Correxit Brunckius.

τ' omittit Vit. sed a glossatore *τὲ* superscriptum. *Θεσπρώτου* Lips.

Strabo VII. p. 328. *Δωδώνη τοίνυν τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν καὶ τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν· καὶ οἱ τραγικοὶ δὲ καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην· ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐλέγετο.* Aeschylum spectasse videtur et Euripidem Phoen. v. 989.

ΚΡ. Θεσπρωτὸν οὖδας. Μ. σεμνὰ Δωδώνης βάθρα;

834. *ἀφ' ὧν* G. In *σὺ* posteriorem litteram, in *αἰνικτηρίως* tres primas a rec. manu refectas habet M.

835. *προσηγορήθης* Par. B. H. N. Ven. 3. quod Blomfieldio paullo vetustius visum est. At potestate differt. Nam *προσηγορεῖν* est *blande alloqui, salutare, consolari.* Apud Sophoclem El. 1470. Orestes, velatum interfectae Clytaemnestrae corpus afferens Aegistho,

οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν,
τὸ ταῦθ' ὁρᾶν τε καὶ προσηγορεῖν φίλως.

Conf. Eur. Phoen. 996. *Προσαγορεύειν*, cuius perrarus apud tragicos usus est, invenitur apud Aeschylum Choeph. 938.

δάμαρ κλεινὴ Lips. sed supra *δάμαρ* iterum *κλεινὴ* scriptum.

836. E Turnebi editione manavit *μέλλουσ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι.* Omisso *εἰ* scriptum est *ἔσεσθαι τῶνδε* in M. G. Vit. Cantabr. 2. Par. B. D. H. K. L. N. Ven. 2. 3. Vindobonensibus omnibus et in Ald. Rob. *ἔσῃσθαι τῶνδε* Ox. Deinde *προσαίνει σέ τι* M. G. Vit. Lips. Par. E. Ven. 3. *προσαίνεις ἔτι* Colb. 1. Scholiastae quoque *εἰ* ignorant, qui haec verba, *τῶνδε προσσαίνει σέ τι*, volunt *διὰ μέσου* dicta esse. Interpretantur autem duobus modis, utroque ironia vacuo, uno quo *προσσαίνει* pro *θέλγει, ἡδύνει* dictum accipiatur, altero tali, *εἰς μνήμην ἔρχεται καὶ εὐφραίνει σε διὰ τὸ εἶναι ἀληθῶς δάμαρτα Διός*, et *ὑπομιμνήσκει καὶ εὐφραίνει σε.* Similiter apud Hesychium legitur *προσαίνουσί με, προσβάλλουσι, προσέρχονται*, quod pertinet ad *προσσαίνουσί με* in Eur. Hipp. 863. Hoc sensu si Aeschylus verbo isto usus esset, excidisse versum oporteret, quo haec pro apodosi praecedentium essent, verbi caussa *τῶνδε προσσαίνει σέ τι κλύουσαν ὀρθῶς οὐδὲν ἐξῃκασμένον;* quemadmodum locutus est in Agam. v. 1203. Interrogandi signum post *σέ τι* habet Cantabr. 1. Blomfieldius ex Arund. Cantabr. 1. Par. C. E. *ἔσεσθαι· τῶν δὲ* divisim scripsit, pathetice sumenda putans haec verba, quae sic est interpretatus, *quin et hisce oraculis gratum aliquod tibi inerat.* At neque significare hoc possunt ista verba, et quod *πάθος* dicit mala potius inconcinnitas eaque languidissimae sententiae est, nec melior machina quam si cum interrogatione dicatur *τῶνδε προσσαίνει σέ τι;* cuiusmodi interrogatio si mediae orationi insereretur, habere deberet particulam interrogativam, ut *μῶν σε προσσαίνει τάδε;* Non puto dubitari posse quin *εἰ* necessarium esse recte perspexerit, quicumque fuit, qui *ἔσεσθ', εἰ τῶνδε* scripsit. Sed hoc

tamen propter elisam diphthongum non videtur ferri posse. Non malam, sed audaciorem medicinam adhibuit Cantabrigiensis in Diarii classici fasc. V. p. 78. *μέλλουσ' ἔσεσθαι, τῶνδέ γ' εἰ σαίνει σέ τι.* Mihi aliquando emendandum videbatur, mutatione perparva,

ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
προσηγορεύθης, εἰ Διὸς κλεινὴ δάμαρ
μέλλουσ' ἔσεσθαι τῶνδε προσσαίνει σέ τι.

Sed abhorret id tamen a simplicitate dictionis Aeschyleae. Quare satius visum est propagatam a Turnebo lectionem ita servare ut plene scriberetur *ἔσεσθαι* cum eoque per crasin coalesceret *εἰ*. Saepissime enim librarii voculas, quae crasi non animadversa viderentur versum corrumpere, omittendas esse existimarunt. V. ad Eur. Iph. Taur. v. 667.

837. *οἰστρήσασα* ab *οἰστρᾶν* dictum. V. ad Eur. Iph. Aul. 77.

838. *ἥξας* Vit. et fortasse a pr. manu M. qui *ἧξας* a sec. manu habet.

839. *παλιπλάκτοισι* a pr. manu M. *παλιμπλάκτοισι* idem a sec. manu et G. Vit. Par. D. *παλιπλάγκτοισι* Ven. 3. *πολυπλάκτοισι* Lips. *πολυπλάγκτοισι* Arund. Cantabr. 1. Par. K. Vindobonenses et Rob.

χειμάζει pro vulgato *χειμάζῃ* Par. E.

841. *κεκλήσεται* Vit. Lips. et ceteri plerique. *κληθήσεται* M. G. Bess. edd. vett. idemque superscriptum est in Par. B. et habet Tzetzes ad Lycophr. 630. ubi hunc versum cum praecedente affert. Ionium mare ab Inachi filia appellatum esse Aeschylo auctore praeter Tzetzam tradunt Stephanus Byz. in *Ἰόνιον πέλαγος*, Etym. M. p. 473, 16. Eustathius ad Dionysii v. 92. scholiastes Euripidis ad Phoen. v. 211. ed. Matth. qui sic scribit, *οἱ δέ φασιν Αἰσχύλῳ αὐτὸν ἕπεσθαι οἰομένῳ πάντα πόντον Ἰόνιον λέγεσθαι ὃν ἀλωμένη περιῆλθεν ἡ Ἰώ.* Eandem nominis originem non memorato Aeschylo alii multi prodiderunt, ut Apollodorus II. 1, 3. scholiastes Pindari ad Pyth. III. 120. Apollonii Rhodii ad IV. 308. Euripidis ad Hipp. 727. Eustathius ad Dionysii v. 389. Hygmus fab. 145.

842. *πᾶσι* Vit. Lips. edd. vett. Post hunc versum in G. tamquam alius versus legitur *ἰόνιος ἀπὸ σοῦ μνημονεύματα τῆς σῆς πλάνης.*

843. *σημείασι τάδ'* G. *ἔστι* M.

846. *ἐς ταὐτὸ* ante correctionem Vit.

847. *ἔστιν* M. *ἔστι* G. Vit. Lips. edd. ante Vict.

Afferunt hunc versum scholiastes Ambrosianus ad Od. IV. 563. VI. 204. Eustathius p. 1386, 12. 1509, 35. 1559, 60. quorum locorum in postremo *ἔστι τις πόλις*, in ceteris *ἔστι πόλις* legitur.

848. Hic versus in Colb. 1. post sequentem positus est. In Vit. totus ita legitur, *νείλου πρὸς αὐτῷ χώματι.* Inter versus adnotatum *καὶ πρὸς ἀναχωματισμῷ, ἤγουν ταῖς ὄχθαις*, et deinde in fine versus *τῷ στόματι.* Lips. *πρὸς αὐτόματι καὶ προσχώματι.*

849. *ταῦτα* pro *ἐνταῦθα*, superscripto ad ultimam syllabam *η*, Lips. *τίθεισιν*, superscripto a sec. manu *η*, M.

851. Libri *ἐπαφῶν*, nisi quod M. a sec. manu gravem accentum habet.

ἀταρβεῖ scholia explicant *ἀφοβοποιῷ*, similiterque Blomfieldius *nullum metum incutiente, placido*, comparans Moschi versus II. 50.

ἓν δ' ἦν Ζεὺς Κρονίδης, ἐπαφώμενος ἠρέμα χερσὶν
πόρτιος Ἰναχίης, τὴν ἐπταπόρῳ παρὰ Νείλῳ
ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα.

Non credam isto significatu hoc vocabulum dictum esse, qui ne aptus quidem hic est, quum non sit quare metuendam sibi manum eius a quo amatur putet Io: sed est epitheton ornans, potentiam Iovis significandi caussa positum.

θιγὼν M. Rob. Ceteri *θίγων*.

852. Omnes libri *γεννημάτων*, nisi quod M. a pr. manu et Lips. *γενημάτων*. Miror Valckenario placuisse quod ad Phoen. 639. refert Scaligerum ex Peyraredi coniectura in libri sui margine adscripsisse, *θιγημάτων*. Nam quod affert ex Hesychio, *θιγημάτων*, *μιασμάτων*, id alio spectare apertum est, et ne scriptum quidem sic est apud Hesychium, sed, uti debebat, *θιγμάτων*. Tanta tamen fuit auctoritas Valckenarii, ut huic probatum verbum analogiae contrarium reciperent Brunckius et Schützius. Nihil prodesse puto tali coniecturae defendendae hoc scholion codicis Vit. *ἐνταῦθα ὁ Ζεὺς πάλιν ποιήσει ἄνθρωπον, ἀφόβῳ χειρὶ ἐφαψάμενός σου· τέξεις δὲ καὶ παῖδα Ἔπαφον ὀνομαζόμενον, ἐπώνυμον τῆς ἐπαφήσεως τῆς Διός.* Sensum enim eo scholio, non verba singula reddi alia scholia ostendunt. At, inquiunt Valckenarius et Brunckius, absurdum est *γεννημάτων*. Fateor ita videri posse, quum non praecedat quo referatur hoc vocabulum: quod recte se haberet, si *ἔγκυον* pro *ἔμφρονα* dixisset. At non multo minus absurdum esset, si ferri posset, *θιγημάτων*. Nam si sanam mentem contactu suo restituit virgini, quis inde colligat etiam gravidam eo contactu factam esse? Inde mihi olim nata est suspicio, in quam postea vidi etiam Elmsleium incidisse, deesse hic versum post *ἔμφρονα*, praesertim quum *μόνον*, si ad *τίθησιν ἔμφρονα* referatur, plane sit inutile, quia mentis compotem Iuppiter etiam nutu et sola voluntate sua reddere poterat. Nam alia minus probabilis est Elmsleii coniectura, haec verba, *ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον*, ex adnotatione in textum venisse: quae verba neque interpretem produnt, et ad intelligentiam rei sunt necessaria. Itaque omissi versus signa ante hunc versum posui. Recte enim iam omnia procedent, si tale quid scriptum fuisse statuamus, *παύσας τε μόχθων τῶνδε φιτύει γόνον*. Vereor enim ne nimiae negligentiae reum faciat Aeschylum, qui quasi res nota fuerit omnibus omisisse eum credat mentionem graviditatis afferatque contraria ratione non dissimiles versus ex Supplicibus 298—300.

ΧΟ. καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.
ΒΑ. τίς οὖν ὁ Διὸς πόρτις εὔχεται βοός;

ΧΟ. Ἔπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος·

quod ut illic *ῥύσια* dicuntur, etsi nihil praecessit quo id vocabulum referatur, sic hic dictum sit *γεννημάτων*. At multo tamen facilius ex eo, quod potitus virgine Iuppiter tangendo ex ea prolem genuit, servatam esse, quam genuisse eum prolem ex eo, quod mentis compotem reddiderit, potest intelligi.

853. *τέξει κελαινὸν ἔπαφ'* Lips.

855. *γένα* G. *πεντηκοντάπαις* G. Colb. 2. Cantabr. 1. Ven. 3. Bess. Ald. Turn. Ceteri *πεντηκοντόπαις*, ut Eustathius p. 37, 32. Atticam formam Blomfieldius recepit.

857. *θηλυσπόρος* M. *θηλύπορος* Lips. *θηλύσπορον* G. Ald.

858. *ἐπτωημένοι* G. *ἐπτούμενοι* Lips.

859. Suppl. 210.

ἐν ἁγνῷ δ' ἑσμὸς ὡς πελειάδων
ἕζεσθε κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ,
ἐχθρῶς ὅμαιμον καταμαινόντων γένος.

860. *θηρεύοντες* Vit. Colb. 1.

861. *φθόνων* Lips. Par. E.

864. *δαμέντα* Cantabr. 1.

Vulgo hi versus sic scripti leguntur,

φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός·
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει.

Quae quum intellectum esset non admittere aptam explicationem, Brunckius temere scripsit *φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεός, Πελασγία δεδέξεται θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων*. Heynius ad Apollodorum p. 273. (108. ed. sec.) aut *σώματα* de puellis, quarum fructum deus maritis invideat, dici, et deinde *δαμέντας* legi debere, aut procorum corpora fato subducenda significari censebat. Siebelis in diatriba de Aeschyli Persis p. 118. nihil mutandum ratus sic vertit, *Aegypti filii Danaidum venabuntur nuptias, sed illarum deus invidebit corpora (non committet ut iis potiantur), ipsorum vero (Aegypti filiorum) a feminis caesorum corpora terra teget Pelasgica.* Horum quidem nihil admitti posse apertum est. Blomfieldius *δαμέντας* edidit, Boissonadius *δαμέντα*, hanc Medicei libri scripturam esse falso dicens (habet enim ille quoque liber *δαμέντων*) deumque putans ob caesa corpora invidiam facere dici. Ne haec quidem habent quo cuiquam possint probanda videri. Illud vero mirere, quod qui *δαμέντας* vel *δαμέντα* scripserunt, non *δέξεται* mutarunt in *δέρξεται*, quo sententiam saltem aptam effecissent. Verba qui explicari satis ducit, acquiescere poterit in Wellaueri sententia, qui nihil mutans ad *δέξεται* intelligendum putabat *αὐτάς* ex praegresso *σωμάτων*, et *δαμέντων* genitivum absolutum esse volebat, hoc sensu, *deus ipsis corpora puellarum invidebit, easque Pelasgia excipiet, interfectis illis ferro muliebri.* Et illud quidem non potest dubium esse, *φθόνον σωμάτων*

ἕξει θεός de virginum dictum esse corporibus, quorum potiri non permissurus sit deus Aegypti filiis: nec minus certum est Πελασγία δὲ δέξεται ad Danaides referri: absurdum est enim de corporibus Aegyptiadum receptis sepultisque cogitare, nec quidquam perversius quam δαμέντας, Pauwii inventum, aut δαμέντα inferri potuit. Sed δαμέντων si tum additum est genitivo absoluto, perobscura est ista brevitas orationis, omissa utraque et virginum et sponsorum nominatione. Quo efficitur ut vix dubitari possit quin aliquid exciderit ante θηλυκτόνῳ. Credibile est huiusmodi quid dictum fuisse, Πελασγία δὲ δέξεται τὸν ἐγγενῆ στόλον γυναικῶν, νυμφίων θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει. Similem in mediis versibus omissionem supra ad v. 753. ex Vit. adnotavimus.

867. ἐς ἔχθρους M. (si recte ex M. adnotatum) Vit. aliique et Rob. ἐπ' ἐχθροὺς G. Lips. Ald. Turn. adscriptumque in Par. B. Blomfieldius quum praelaturum fortasse aliquem ἐς putavit, quia melius intrare amor quam contra ire diceretur, non cogitavit id hic non esse melius, ubi illud ipsum contra ire necessario est intelligendum: de quo significatu ἐπί praepositionis citavit Valckenarium ad Phoen. 79. Εἰς quum pro ἐπί dici putatur, ut in Euripidis Or. 1010. τὰ πανύστατα δ' εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμὸν ἦλυθε, vis praepositionis est ea, ut pervenire aliquid aliquo, non ut tendere ad perveniendum, quod est in ἐπί, significetur. Hic etsi utrumvis dici potuit, aptius tamen videtur ἐπί, praesertim quum de connubio olim Iovi periculoso sit accipiendum.

868. ἵμερον Lips.

869. ἀπαμβλυνθήσεται Par. D. E. Ald. Turn. ἀπαμβλυθήσεται M. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. B. Bess. ἀπαμβληθήσεται G. ἐπαμβλυνθήσεται Vit. ἐπαμβληθήσεται Rob. et adscriptum in Par. B.

870. γνώμην. δυοῖν (δυεῖν M.) δὲ M. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Par. C. E. F. N. γνώμαιν δὲ δυοῖν G. γνώμαιν (vel γνωμαῖν) δυοῖν δὲ Par. A. B. D. H. Rob. γνώμων (γνωμῶν· Turn.) δυοῖν δὲ Ald. Turn. γνώμοιν δυοῖν, omisso δέ, Vit.

θατέραν Par. A. C. et superscriptum in B.

872. ἕξει G. Ox. Bess. Ald.

873. Vulgo μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς, et sic M. Vit. Lips. ceterique plerique codices et Ald. Turn. δεῖ ταῦτ' ἐξελθεῖν Rob. ταῦτα ἐξελθεῖν Par. N. ταῦτά τ' ἐξελθεῖν G. Mosc. 2. In δεῖ consentiunt libri praeter Ox. in quo δὴ est. Non est credibile sic haec sine coniunctione superioribus esse addita. Quare recipiendum duxi quod Schützius coniecit δέ pro δεῖ. Et confirmatur hoc glossa codicis G. ὑπάρχει, etsi hic quoque codex δεῖ habet. Neque δεῖ habuerunt scholiastae, qui in explicatione verborum adhibuerint ἐστίν et εἴη ἄν.

874. ἐκ τῶνδε Par. B. (sed hic adscripto ἐκ τῆσδε) Ox. Ven. 1. καὶ τῶνδε G.

875. κλεινοῖς M. Rob. Ceteri κλεινός. Quem poeta extollere hic

debebat Herculem, ut cuius memorandi caussa quae praecedunt omnia dixerat, eius significatione bene videbat mirifice commoveri audientium animos debere, si diceret *θρασύς, τόξοισι κλεινός*, prae quo misere languet *θρασὺς τόξοισι κλεινοῖς*, nec languore careret, si diceretur *θρασύς τις, τόξοισι κλεινός*.

ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ M. G. Vit. Lips. edd. vett. Alii codices *ὃς τῶνδ' ἐκ πόνων ἐμὲ*, vel *ὃς ἐκ πόνων τῶνδέ με*, vel *ὃς ἐκ πόνων τῶν ἐμὲ*, vel *ὃς πόνων τῶν ἐμέ*.

876. *χρησμὸν* littera *η* a sec. manu M.

877. *ἐμὴ* Vit. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. K. Ven. 3. Bess. et ex corr. G. in quo prius *ἐμοὶ* fuerat. *οι* superscriptum in Colb. 2. *ἐμοὶ* M. Lips. aliique codices et edd. vett.

In fine versus libri omnes *θέμις*, praeter G. in quo est *θεῶν*, superscripto *θέμις* ut ex interpretatione. In Vit. ad *θέμις* adscripta interpretatio *ἡ γῆ*. Hae glossae, simulque *παλαιγενής* epitheton, quod ineptum esset si de Promethei matre diceretur, genuinam esse produnt codicis Guelferbytani scripturam, interpretes autem ex v. 211. seqq. quae esset illa deorum mater explicaturos in diversa discessisse, aliis Tellurem, aliis Themidem dici putantibus. Itaque hunc sum librum secutus.

878. *ὅπως δ' ἔχῶπη* Lips. Codex Vit. habuerat *ᾧπως δ' ἔχω. ποῖ*, cum hac glossa, *ὅτινι τρόπῳ ἕξω ποῦ*, quod *ποῦ* ab eadem manu in *πότε* mutatum, in textu autem correctum primum verbum in *ὅπως*, deinde ad *χω* supra apposita signa quibus fieret *χ ὦ*.

δὲ pro *δεῖ* Lips. Alii nonnulli *δή*.

χρόνου G. Lips. aliique et Ald. Rob. Turn. *λόγου* M. Vit. Par. F. Hoc praetuli. Apte comparavit Stephanus Pers. 714.

πάντα γάρ, Δαρεῖ', ἀκούσει μῦθον ἐν βραχεῖ λόγῳ.

Quamquam ibi quoque pars librorum *χρόνῳ* habet.

879. *σὺ δ'* Vit. Colb. 1. Ceteri, opinor, omnes ut M. G. Lips. edd. vett. *σύ τ'*, aptius his leviter et segnius adiectis.

880. *ἐλελελελελεῦ* M. G. Lips. Turn. *ἐλελελελελελεῦ* septem syllabis Cantabr. 1. Quinque syllabis Ald. Sic etiam Rob. sed *ἰώ. ἰώ.* praemittens. *ἰώ, ἰώ, ἔλε, ἔλε, ἔλε, λε λεῦ* Par. E. Codex Vit. in quo quod praecedit *ἰώ* nomen Io est, sic, *ἐλε λε λε ἐλε λελεῦ*, octo syllabis, quarum quinta et sexta minoribus litteris in vacuo spatio insertae. Hesychius *ἐλελεῦ, ἐπιφώνημα πολεμικόν. οἱ δέ, προσαναφώνησις παιανισμοῦ. τίθησι δὲ αὐτὸ Αἰσχύλος ἐπὶ σχετλιασμοῦ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* Emendavit Pauwius *ἐλελεῦ, ἐλελεῦ*.

881. *φρενοβλαβεῖς* G. Lips. Bess. aliique nonnulli.

882. *ἄρσις* G. Hesychius *ἄρδις, ἀκίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμιώτῃ.*

ἄπειρος G. Par. E. F. Dictum est *ἄπυρος* ut in Choeph. 487.

πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ.

883. *καρδία* M. G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Par. E. Bess. Ceteri *κραδία*.

φρένα φόβῳ λακτίζει Vit. aliique nonnulli et Ald. *φόβῳ λακτίζει φρένα* Rob.

884. *ὄμματ' ἐλίγδην* Lips.

886. *ἀκρατοῦς* Vit. Lips. sed in Vit. *ὗς* superscriptum.

887. *πταίουσ'* Par. L. *παύουσ'* Par. K. *παίουσιν* G. *παίουσ'* etiam M. habere videtur. Hoc dicit, *perturbata dicta mea illiduntur* (h. e. luctantur) *diri fluctibus fati.*

888. *στυγνοῖς* Cantabr. 1. 2. Par. L. Vind. 1. 3. *στυγνῆς προσκύμασι* G. et a pr. manu M. in quo a sec. manu *πρὸσ* factum est. In G. adscriptae hae interpretationes, *λυπηραῖς. ταραχαῖς.* Lips. *πρὸς κύμασινάτης*, ad penultimam superscripto *η*.

889. Totam primam huius carminis stropham habet scholion haud dubie recentissimum ad primum epigramma Callimachi.

Nicephorus Gregoras Hist. Byz. VIII. 14. p. 383. ed. Bonn. *ἦ σοφὸς ἦν ἄρ' ἐκεῖνος ὃς πρῶτος ἐν γνώμῃ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσῃ διεμυθολόγησεν, εἴτε Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἦν, εἴτε Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, εἴτε καὶ ἄμφω, παρὰ θατέρου ἕτερος ἐκδεξάμενος, τό γ' ἑαυτὸν μακαρίζειν ἐκθύμως, ὅτι μὴ βάρβαρος, ἀλλ' Ἕλλην γεγένηται.* Idem XXI. 5. p. 1025. *ἀλλὰ γὰρ ἦ σοφὸς ἦν ἐκεῖνος ὃς πρῶτος ἐν γνώμῃ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώττῃ διεμυθολόγησε, τὸν μακρὸν ἅπαντα φύειν τ' ἄδηλα χρόνον καὶ τὰ φανέντα καλύπτειν·* quae posteriora ex Sophoclis Aiace v. 646. sumpta sunt.

890. *γνώμα*, superscripto *η*, Lips. *ἐβάσταξε* Par. E. et e corr. Lips. in quo fuerat *ἐβάσταξε*. *γλώσσῃ* G. Ald. Rob. *γλώσσα*, superscripto *η*, Lips. *γλῶσσα* a pr. manu M. ex quo factum *γλώσσᾳι*.

891. *διεμυθολόγησε* Vit.

892. Eustathius p. 717, 4. et 758, 63. *ὡς τὸ κηδεύειν καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ.*

ἀριστεύοι Lips. *ἀριστεύειν* G. Bess. Ald.

893. *πλούτου*, superscripto *ω*, Vit.

894. *γένα* G.

895. *ὄντα* omittit G. *χερνήταν*, ultimae vocali superscripto, *η* Lips.

896. *μήποτε μήποτέ μ' ὦ* M. Vit. Rob. Turn. *μήποτε μήποτ' ὦ* G. Lips. aliique et Ald. *μήποτέ μ' ὦ* pauci codices.

897. Manifestum est post *Μοῖραι* excidisse quattuor syllabas. Non inepte coniiciat quis epitheto quo Sophocles usus est in Ant. v. 987. dixisse Aeschylum *ὦ Μοῖραι μακραίωνες*, quod hic ad futurum tempus esset referendum.

διὸς λεχέων Lips. aliique nonnulli. *διὸς* omittunt Vit. aliique nonnulli et Ald. Turn. *λεχέων* omittit Par. L.

899. *πλαθείην* M. Lips. Ox. *πλασθείην* G. Vit. aliique et edd. vett.

γαμετᾶ a pr. manu M. ex quo *γαμέται* a sec. manu factum. *ἐν γαμετᾷ* Lips. Ald. Rob. *ἐν γαμέτᾳ* G. Vit. Cantabr. 1. Par. C. D. E. Ven.

3. Turn. Delevit importunam praepositionem, quae a M. et, ut videtur, ab aliis abest, Canterus.

900. Vehementer falsus est Doederlinus, qui ad Sophoclis Oed. Col. 563. quod *ἀνήρ* aliquando de homine dicatur, ita explicandum putavit *ἀστεργάνορα*, ut Io Iovi nupsisse significaretur, tamquam mortalium nuptiis sibi non suffecturis. Placuit hoc Halmio in Lectionum Aeschylearum parte priore. At nec nupsit Io Iovi, nec potest *ἀστεργάνωρ* illo significatu dici. Domo pulsa Io insania agitata fugit machinis Iunonis. Itaque virginitas eius dicitur *non amans alicuius mariti*, i. e. expers connubii.

901. *εἰσορόῦσ'* Lips. *ἰὼ* ex correctione, quum prius *ἰοῦς* scriptum fuisset, Vit.

γάμω (*γάμῳ* Rob. Turn.) *δαπτομέναν* M. Rob. Turn. et superscripto ultimae syllabae *η* Lips. *γάμω δαπτομένην* G. Vit. *γάμο* Par. E. *γάμων* Ven. 3. *με γάμῳ* Bess. Ald. *δαπανομένην* Colb. 1. Par. D. *δαπανωμέναν* Par. C. *δ' ἀπτομένην* Ald. Optime Schützius emendavit *μέγα δαπτομέναν*.

902. *δυσπλάγχνοις* M. Lips. aliique et Turn. *δυςσπλάγχνοις* G. Par. B. Ald. Rob. *δυσπλάχνων*, sed *οις* superscripto, Vit. *γρ. ἀσπλάγχνοις* Par. B. Veram scripturam *δυςπλάνοις* Turnebus attulit, haud dubie ex C. Sic etiam Ox. et Bigot.

ἀλατείαις M. Par. D. *ἀλατείαισι* Vit. aliique et Rob. *ἀλατείαισσι* G. *ἀλατίαισι* Lips. aliique pauci. *ἀλατίαισι* Ald. *ἀλατίαισιν* Turn. *ἀλατείσησι* Par. E.

πόνων omittunt Par. C. Turn. Similiter Io in Suppl. v. 546. dicitur *μαινομένα πόνοις ἀτίμοις ὀδύναις τε κεντροδαλήτισι θυιὰς Ἥρας*.

903. Libri *ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος*, nisi quod *ὁ* omittunt Lips. Par. E. Vind. 2. 4.

904—906. *οὐ δέδια· μηδὲ κρεισσόνων* M. Turn. *οὐδέδια μηδὲ κρεισσόνων*, deleto rursus quod explicandi caussa superscriptum erat *δέδια*, Vit. *οὐδέδια μὴ δὲ κρ.* G. Ald. *οὐδὲ διὰ μὴ δὲ κρ.* Rob. *οὐδεδία μὴ δε κρ.* Lips. *οὐδὲ διατομὴ δὲ κρ.* Par. E. *οὐδέ τι διακρεισσόνων* et in margine *μηδέτι* Ven. 2.

θεῶν omittit Par. D.

ἔρως ἄφυκτον ὄμμα libri, nisi quod Par. E. *ἄφικτον* habet. Tum *προσδάρκοι με* M. *προσδέρκοι με* G. Vit. Lips. et sic, addito *με*, puto habere etiam Cantabr. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. C. Ven. 2. 3. Vind. 1. 3. ex quibus *προσδέρκοι* adnotatum est. *προσδέρκει* Par. F. *προσδράμοι* Par. E. Vind. 2. 4. hi quoque, puto, non sine pronomine. *προσδράκῃ με* Rob. *προσδέρκοισθε* sine *με* Ox. Ven. 1. Bess. Ald. *προσδέρκοιτο με* Turn. et quae secutae sunt editiones. Scholiastes Theocriti ad XV. 94. *ὅμοιον δ' ἐστὶ τῷ παρ' Αἰσχύλῳ "μὴ δὲ κρεισσόνων θεῶν ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προςδέρκοι με."*

Non epodum haec, sed antistrophica esse vidit Elmsleius, sed male ei cessit emendatio, quum sic scribendam stropham putavit,

ἐμοὶ διότι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος, ἄφοβος,
οὐδὲ δέδια· μηδὲ κρείσσων
θεῶν ἔρως ἄφυκτον ὄμμ᾽
. . . . . προςδράκοι με.

Nam ut mittam alienum prorsus a tragoedia διότι, etiam sententia laborat. Qui enim sciant Oceanides par sibi connubium fore? et, si sciunt, cur optant ne qui maiorum deorum amore earum incendatur? Rectius sensui prospexerant Pauwius, Heathius, Arnaldus, Giacomellus, qui ὅτι in ὅτε mutari volebant. Multi anni sunt, quum in scholis meis scribendum esse censebam

ἐμοὶ δέ γ᾽ ὅτε μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος,
ἄφοβος, οὐδὲ δέδια, μηδ᾽ ἄφυκτον
κρεισσόνων θεῶν ἔρως
ὄμμα με προςδρακείη.

Quorum postrema commemoravit Reisigius in comm. crit. ad Oed. Col. v. 1080. p. 333. Sed hodie haec non probo, primum propter προςδρακείη, quo passivo aoristo etsi Pindarus usus est, non tamen usi esse videntur tragici; tum propter collocationem verborum non iustam, quia ἄφυκτον non praemitti, sed postponi conveniebat; tum denique etiam propter scholiastae adnotationem, qui scribit εἶτα παρακατιών, ἐφερμηνεύων τί ἔρως, φησὶν ὅτι ὄμμα φημὶ θεῶν ἄφυκτον, licet ille male ὄμμα ἄφυκτον, qui accusativi sunt, pro nominativis per appositionem ad ἔρως additis habuit. Quae quum ita sint, finem strophae sic a poeta scriptum credo,

μηδέ τού με
κρεισσόνων θεῶν ἔρως
προςδράκοι ὄμμ᾽ ἄφυκτον.

Legitur προςδρακεῖν in Eum. v. 168. Quae Blomfieldius attulit, ut κρείσσονας deos appellari ostenderet, non magis ad rem pertinent quam Schaeferi iudicium in Melet. crit. p. 31. Aeschyli verbis eadem caussa abutentis. Hic enim non deos potentiores hominibus, sed maiorum gentium potiores inferioris ordinis diis intelligendos esse ipsa luce clarius est.

907. ἄπορα M. G. Vit. Lips. Ald. Turn. εἰς ἄπορα multi codices et Rob.

908. οὐδ᾽ ἔτις ἂν γένοιμ᾽ ἄν, sed ad ἔτις superscripto χω, Vit. γενοίμην G. Lips. Ald.

910. ὅπα superscripto ου Vit. et legitur ὅπου in Par. E. Vind. 2. 4.

911. αὐθάδης φρενῶν M. a pr. manu (recentior δη et ρο supra adscripsit) et Vit. Par. B. Mosc. 1. Ald. et ante correctionem G. αὐθάδη φρενῶν Cantabr. 2. superscripto φρονῶν, et Turn. αὐθάδη φρονῶν Lips. Par. C. E. F. Ven. 3. et e correctione G. γρ. αὐθάδη φρονῶν Par. B. Id Porsonus aliique tenuerunt: sed aperte praestat αὐθάδης φρενῶν.

912. *ταπενὸς οἷον* Lips. *ταπεινὸς. γὰρ οἷον* Vit. quod *γὰρ* ortum videtur ex male intellecto *τ*. Nam Rob. pro ceterorum librorum scriptura, quae est *οἷον*, habet *τοῖον*. In *οἷον* ultimam litteram a rec. manu habet M. Prima fortasse scripserat *οἷος*.

914. *θρόνων ἄϊστον* M. Rob. *θρόνων τ' ἀΐστων*, sed a pr. manu mutatum in *ἄϊστον*, Vit.

πατρός τ' ἀρὰ (*ἄρα* Ald.) M. G. Lips. Ox. Par. E. L. Ven. 1. 2. Bess. Vindobonenses et Ald. *πατρὸς ἀρὰ* Vit. Rob. *πατρὸς δ' ἀρὰ* alii, ut videtur, codices et Turn. ac reliquae edd.

915. *Κρόνου* omittit Lips. *τότ'* ultima littera a rec. manu M. in quo prius fuisse videtur *τόδ'*, ut est in Cantabr. 2. *πότ'* Par. C.

916. *ἐκπίτνων* Vit. Colb. 2. et a pr. manu M. *ἐκπιτνῶν* M. a rec. manu et ceteri.

δηναιὸν, superscripto a rec. manu *ων*, M.

917. *τοιόνδε*, superscripto a rec. manu *ῶ*, M.

919. *ἐγὼ δὲ τάδ' οἶδα* Vit.

920. *καθῆστο* Ven. 3. et e correctione, quum prius fuisset *καθήστω*, Vit. sed in scholio Vit. *καθήσθω* legitur. *καθείσθω* Lips. Ald. Rob. *καθέσθω* Par. E.

Pro *κτύποις* scholiastes *τόποις*. In M. super *πεδαρσίοις* adscripta a rec. manu glossa *ὑψηλοῖς τόποις*.

921. *πιστως*, superscripto a sec. manu *ό*, M. Apud scholiastam etiam *πυστός* invenitur.

τιτάσσων τ' ἐν χεροῖν πύρπνουν β. M. *τιτάσσων ταῖν χεροῖν πυρπνόον β*. G. *τιτάσων* (*τιτάσσων* Turn.) *τ' ἐν χεροῖν πυρπνόον β*. Ald. Turn. *τιτάσσων τ' ἐν χεροῖν πυρίπνουν β*. Rob. et Lips. in quo prius *ἐν χερσὶν* fuerat. *τιτάσσων τ' ἐν χερσὶ πυρίπνουν β*. Vit. *ἐν χερσὶ πυρίπνουν* Par. D. *ἐν χερὶ πυρίπνουν* Par. A. *χερσὶ* Arund. *χερσὶν* Colb. 1. Cantabr. 1. *χειρὶ* Colb. 2. *πυρπνοῦν* Par. B. *πυρίπνουν* Vind. 2. 4. *πύρπνοον* Vind. 1. 3. nisi scriptum est *πυρπνόον*, ut in Bess. *πυρὶ πνο* Par. E. Porsonus ad Eur. Hec. v. 1117. hoc versu utens scripsit *τιτάσσων χειρὶ πυρπνόον βέλος*, recte, ut videtur, quum formam non contractam praetulerint tragici, de qua re dixit Blomfieldius, pravo ille accentu scribens *πύρπνοον*.

922. *οὐ γὰρ αὐτῷ* Lips.

τὸ μὴ οὐ M. Ald. Rob. Turn. *μὴ οὖν* affertur ex Par. E. Omittunt *οὐ*, quod in Vit. in principio sequentis versus additum est Lips. Arund. Cantabr. 1. Colb. 2. Mosc. 1. Par. L. N. Ven. 2. Vind. 1. 3. Si omittitur, *ne* significatur; si additur, *quo minus*: quorum prius rem certo eventuram indicat. Quare *μή* sine *οὐ* rectius dicitur in iis rebus, quae iam comprobatae sunt eventu, ut in Agam. v. 1128. *ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν, τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν*. Itaque hoc loco aptius videtur *μὴ οὐ*, praesertim quum vitaverit malum illud Iuppiter.

924. *παρασκευάζεται νῦν* G. Mosc. 2. Bess. Ald. Rob.

925. ἐπ᾽ αὐτὸς αὑτῶ M. sed spiritu utriusque pronominis a sec. manu addito, et G. ἐπ᾽ αὐτὸς αὐτῷ Vit. Lips. Cantabr. 1. Ald. αὐτὸς ἐπ᾽ αὐτῷ Rob. αὐτὸς ἑαυτῷ Mosc. 1. et fortasse Par. K. ex quo ἑαυτῷ affertur.

926. κεραυνῶν ante correctionem Lips.

κρεῖσσον Lips. et ante rec. manus correctionem M.

εὑρήσοι, littera υ a sec. manu, M. idemque superscriptum in Colb. 2.

927. βροτῆς Lips. Cantabr. 1. Ceteri omnes βροντῆς, quod Blomfieldius temere in βροντὰς mutavit, non cogitans verba comparationem significantia sic ut nomina comparativa construi. Vide Heindorfium ad Plat. Gorg. §. 68. p. 97. Pro vulgato βροντῆς θ᾽ Vit. βροντῆς δ᾽.

ὑπερβάλοντα Cantabr. 1. et ante sec. manus correctionem M.

928. Non aptum est, quod Elmsleium coniecisse Blomfieldius dicit, θαλασσίαν δέ. τινακτειρα sine accentu Lips.

929. αἰχμήτην pro αἰχμὴν τὴν G. αἰχμὴν τοῦ Rob. ποσεδῶνος Lips.

930. κακῶν M. ante recentioris manus correctionem et Cantabr. 1. 2. Par. K. Ven. 2. Vind. 1. 3. γρ. κακῶν Par. B.

931. ὅσσον M. Rob.

932. σύθην a pr. manu M. Recentior δ et gravem η litterae accentum superscripsit. σὺ θὴν G. Vit. Lips. edd. et fortasse reliqui libri omnes. Correxit accentum Dindorfius: nam grammatici θην encliticis adnumerant.

ταῦτ᾽ ἐπιγλωσσᾶι, sed ι in ἐπι a recentiore manu, M. ταῦθ᾽ ἐπογλωσσᾶ G. Patet librarium ὑπογλωσσᾷ scribere voluisse. ταῦτ᾽ ἐπιγλῶσσα Lips.

934. δεσπόζειν Vit. Vind. 2.

ζηνός τινα; M. a sec. manu, prius ζηνὸς τινὰ fuerat. ζηνὸς τινὰ Par. B. et adnotatum in Mosc. 1. ζηνὸς τίνα Vit. ζηνὸς τίνα; Rob. διὸς τινὰ G. Arund. Mosc. 2. Vind. 2. 4. διός τινα Par. E. διὸς τινα; Ald. τινὰ διὸς Lips. Mosc. 1. Ven. 2. Vind. 1. 3. et adnotatum in Par. B.

935. καὶ τῶνδέ γ᾽ ἕξει M. sed prius εξεισ fuerat. καὶ τῶνδε δ᾽ ἕξει Rob. καὶ τῶνδ᾽ ἕξει codices nonnulli.

936. πῶς οὐχὶ M. G. Vit. edd. vett. πῶς δ᾽ οὐχὶ Lips. Cantabr. 1. 2. Colb. 2. Vind. 2. 3. 4. quos recte secuti sunt Blomfieldius aliique.

ἐκρίπτων G. Vit. Lips. ἐκρίπτεις Par. D. Parum elegans Elmsleii coniectura est ad Med. 1371. τοιάδε ῥίπτων ἔπη.

937. τί δαὶ M. τίνα δ᾽ ἂν Par. F.

938. ἂν omittunt Vit. Colb. 2. αὖ pro eo habent G. Mosc. 2.

τοῦδ᾽ ἀλγίω Vit. Colb. 1. Elmsleius coniiciebat τοῦδ᾽ ἔτ᾽ ἀλγίω, similibus quibusdam exemplis adductus: item Wellauerus. At etiam γε recte se habet.

939. ὅδ᾽ αὖ G. ὅδ᾽ οὖν M. (hic quidem accentu in ὅδ᾽ a rec.

manu addito) Vit. Lips. aliique et Ald. Rob. *ὦδ' οὖν* Vict. Steph. Cant. Blomfieldius Elmsleii monitu *ὁ δ' οὖν*. Et videtur id iam Turnebus voluisse in cuius editione est *Ο δ' οὖν*. Sed accentu notandum *ὅ*.

940. Huius locutionis, *προςκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν*, exempla attulit Dorvillius ad Charit. p. 332. sive 401. ed. Lips. De Adrastea copiose dixit Hermias ad Platonis Phaedrum p. 148.

941. *θῶπτε* Turn. et a pr. manu M. sed *τ* deletum et a sec. manu supra adscriptum *θώπευε*, quod habent G. Lips. aliique et Ald. *θώπτε* Rob. *θῶπε* Vit.

Quod dicit *τὸν κρατοῦντ' ἀεί*, intelligendus is cui quoque tempore regnare contigit. V. Monckium ad Eur. Alc. 716.

942. *μέλλει* G. Vit.

943. *τόνδε* omittit Lips.

944. *δηρὸν* Cantabr. 1. Par. N.

945. *γὰρ* omittit Lips.

947. *ἀγγελεῖν*, sed adscripta interpretatione *δηλώσων*, G.

ἐλήλυθεν M. Ceteri *ἐλήλυθε*.

948. Libri *τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον*, nisi quod Vind. 3. *τοῦ διὸς ὑπέρπικρον*, Par. C. autem *ὑπερπικρῶς*. Apte Blomfieldius *αἰνόθεν αἰνῶς* ex Il. VI. 97. commemoravit.

949. *ἐξαμαρτώντ'* G. et, ut videtur, a pr. manu M. *ἐξαμαρτῶνθ'*, sic, sed *ῶ* in *ό* mutato, Vit.

τὸν ἐφ' ἡμέροις Ald. Ceterae edd. cum Lips. varia lectione in Par. B. et aliis, ut videtur codicibus multis *τὸν ἐφημέροις*: sed in Lips. tenui linea traiecta deletus articulus. *ἐφημέροις* sine articulo G. Arund. Mosc. 1. Vindobonenses: sed in G. ante hanc vocem spatium duarum fere syllabarum, eraso quod scriptum fuerat. *τὸν ἀνθρώποις* Mosc. 2. ut *τοῖς ἀνθρώποις* a sec. manu adscriptum est in M. *ἐν ἡμέροις* Par. C. *τὸν ἡμέροις* M. (non *τὸν ἡμέρους*) Vit. Par. B. H. quam scripturam commemorant scholia. Blomfieldius eiecto articulo edidit *ἐφημέροις*, ut sensus esset *qui contra deos peccasti beneficia mortalibus praestando.* At hoc languet, alienumque est a tota loci conformatione, nec, si ita scripsisset poeta, addidisset *τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω*, sed dixisset *καὶ τὸ πῦρ κλέψαντα*. Porsonum Gaisfordius ad Heph. p. 243. narrat coniecisse *κἀφημέροις*, quod aeque languidum est. Ipsa huius loci ratio, diversitatesque scripturae, tum etiam scholiastae testimonium monent ut *τὸν ἡμέροις* verum esse censeamus. Ne compositorum terminationes variare dicam, ut *ἐφημέριος ἐφήμερος*, *ἐκτόπιος ἔκτοπος*, *ἐγχώριος ἔγχωρος*, *πανύχιος πάννυχος*, eadem etiam simplicium ratio est, ut *ἑσπέριος ἕσπερος*.

950. *πορῶντα* Lips. Cantabr. 1.

951. Libri omnes *πατὴρ ἄνωγέ σ'*. Brunckius, pronomen non apto loco positum esse ratus *πατήρ σ' ἄνωγεν* edidit. Deleri pronomen voluit Elmsleius. Potuisse omitti quis neget? Sed si subtilius de tan-

tilla re quaerendum est, paullo fortior est oratio addito pronomine; si additur autem, rectius additur post ἄνωγε quam post πατήρ. Nam patrem quum nominat Iovem Mercurius, suum patrem dicit. Promethei pater si esset Iuppiter pro paternaque potestate iuberet, praeferendum esset πατήρ σ' ἄνωγεν. κομποῖς, sed superscripto ε, Lips.

Pro γάμους Cantabr. 1. λόχους, emendatius Rob. λόγους.

952. πρὸς ὧν γ' Cantabr. 2. Ceteri πρὸς ὧν τ'. In Medico ὧν a sec. manu scriptum est, ut quid prius scriptum fuerit dispici nequeat, τ' a prima. Elmsleii iussu inconsiderate delevit copulam Blomfieldius. Neque enim ὧν ad γάμους refertur, sed ad eum qui ex isto connubio natus regnum Iovi erepturus sit. Id monstrare possunt haec v. 999.

γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥςτε καὶ φράσαι
πρὸς οὗ χρεὼν νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

ἐκβληθῇ Lips. Vind. 2. 4. Rob. ἐκβληθῆν aut Faehsio teste ἐκβληθῇ Par. E. Vera lectio, ἐκπίπτει, est in ceteris.

954. ἀλλ' αὐθέκαστα φράζε M. a pr. manu, Arund. Cantabr. 2. Rob. ἀλλ' αὖθ' ἕκαστα φραζε M. a sec. manu, Vit. Lips. aliique. αὖθ' ἕκαστ' ἔκφραζε G. ἀλλ' αὐθέκαστ' ἔκφραζε Ald. ἀλλ' αὖθ' ἕκαστ' ἔκφραζε Turn.

μηδ' ἐμοι, cum lituris post δ et super ι, ut μηδ' ἐμοὶ scriptum fuisse videatur antequam sec. manus hoc mutavit, M. μὴ δ' ἐμοὶ G. μὴ δέ μοι Lips. Ald. Rob. μηδέ μοι Vit. aliique et Turn. διπλὰς G. et e corr. Lips. in quo fuerat διπλᾶς.

955. προμηθεῦς προβάλλης Lips. βάλλης προμηθεῦ G.

957. τε καὶ Par. B. Turn. quod probabat Elmsleius. πλέος G.

958. ὁ μῦθος ἐστὶν M. G. διὸς pro θεῶν Rob.

959. νέον νέος Lips.

960. ναίειν accentu et ειν a sec. manu M.

Eustathius p. 503, 4. οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλεις οὕτω καλοῦσιν, οἳ καὶ οὐδετέρως τὰ πέργαμά φασιν, ὡς καὶ Αἰσχύλος Προμηθεῖ. δῆλον δὲ ὡς ἡ Πέργαμος καὶ πόλις λέγεται. Servius ad Aen. I. 95. *propter Pergama, quae altissima fuerunt: ex quibus omnia alta aedificia pergama vocantur, sicut Aeschylus dicit.*

961. Vranum dicit et Saturnum. Recte monet Göttlingius ad Hes. Theog. 463. non de Ophione cogitasse Aeschylum.

962. κοιρανοῦντ' M. Vit. aliique. τυραννοῦντ' G. Lips. aliique et edd. vett.

963. μήτοι Lips. Ceteri μήτι. δοκῶ σοι G.

964. ὑποπτήσειν Lips. Cantabr. 1. 2. et ante sec. manus corr. M.

965. πολλοῦ δὲ M. Lips. Ox. Ald. et adnotatum in Par. B. πολλῶ γε Vit. Par. H.

966. ἐγγόνει Lips.

967. πεύσῃ libri.

ἀριστορεῖς etiam M. habere videtur, ut habent Vit. Lips. aliique et

Rob. Codices nonnulli et Ald. ἂν ἱστορεῖς habent. ἂν ἱστορῇς G. Ven. 3. Turn.

968. αὐθαδίσμασι Vit.

969. ἐς τάδε Vit.

καθώροσας M. cum litura post ρ, et Rob. καθώρουσας Par. D. καθωρούσας Lips. Colb. 1. καθώρισας, cum glossa ἐπέβαλες, Vit. κατώροσας, superscripto ὥρμισας, Mosc. 1. κατώρουσας Par. C. (in quo μι superscriptum) F. Ven. 3. Vind. 3. κατόρουσας Par. L. καθώρμησας Par. E. καθώρμισας, quod etiam in scholiis commemoratur, G. Ald. Turn. rell. Idem pro glossa adscriptum in Ven. 2. κατήγαγες Arund. Colb. 2. Ven. 2. Nimia socordia in καθώρμισας acquieverunt editores. Vix enim credi potest, si hoc scripsisset poeta, tantam esse fluctuationem excitatam. Scripserat ille κατούρισας. Participium huius verbi sic interpretatur Hesychius, κατουρίσας, ἀθρόως πάντα κάλων καθεὶς καὶ μὴ διαμελλήσας. Quod Eustathius p. 1452, 47. dicit, ἐκεῖθεν καὶ οὐρίσαι τὸ ἀποκαταστῆναι εἰς οὔριον, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, καὶ κατουρίζειν ῥῆμα τραγικῶς, id quo pertineat patet ex his p. 1282, 17. κατουρίζειν γε τὸ κατ᾽ οὖρον πλέειν, ὡς τὸ "πόλιν κατ᾽ ὀρθὸν οὔρισας," quae Sophoclis verba sunt Oed. R. v. 695. Sed de Aeschyli versu dubitationem eximent quae scholiastes scripsit ad illa in Trachiniis v. 828.

καὶ τάδ᾽ ὀρθῶς
ἔμπεδα κατουρίζει·

τροπικῶς δὲ κατουρίζει, ὥςπερ οὐρίῳ πνεύματι προςορμίζει ἡμῖν κατ᾽ ὀρθὸν ἀνυομένα.

972. Hic et duo qui sequuntur versus in libris omnibus continuantur Prometheo: quae ratio et per se frigida est et propter illa verba, οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών, quae, si praecedentes duo versus Promethei sunt, plane stolide ferocientis orationem praebent, non potest probari. Hinc apparet versus 972. 973. Mercurii esse, ironice Prometheo poenam pervicaciae exprobrantis. Ita deinde apte respondet Prometheus ferociae opponendam esse ferociam. Quomodo hi versus personis distribuendi essent vidit etiam Erfurdtius, ut ex litteris eius mense Februario a. 1812. ad me datis cognovi.

λατρεύσειν Lips.

973. φῆναι M. G. Vit. aliique et Ald. Turn. φυῆναι Vind. 2. 4. φῦναι Lips. Rob. Vict. edd. reliquae.

πιστὸν δ᾽ a pr. manu, πιστόν γ᾽ a recentiore manu M.

974. χρεὼν τάδε Lips.

975. πράγμασι M. Vit. Lips. ceterique plerique et Thomas M. p. 393, 3. et ex eo Favorinus in τρυφῶ. Id Brunckius restituit. πήμασι G. Bess. edd. vett. et adnotatum in Par. B.

976. χλιδόντας a pr. manu M.

977. καί σε δ᾽ pravo accentu Victorius et Canterus. καὶ σὲ δ᾽

emendate M. G. Vit. Lips. Rob. Turn. *καί σέ γ'* ex Elmsleii coniectura Blomfieldius. Obtemperarunt illi male considerato decreto Porsoni, qui in adnotatione ad Eur. Or. v. 614. *καὶ — δέ* particulas in tragicis ferre nolebat. Discessit a Porsono Schaeferus ad Longum p. 350. sed non reddita ratione. Seidlerus ad Eur. El. 1112. (1117.), qui versus Promethei versui simillimus est,

τρόποι τοιοῦτοι· καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς,

καί etiam significare, *δέ* autem nectere sententias monuit. Scilicet *καὶ — γε* est *atque adeo*, et auget ante dicta, ut in Hecuba v. 1274. (1256. Pors.)

Ἑκ. οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.
Πο. καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασσάνδραν θανεῖν.
Ἑκ. ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμι' ἔχειν.
Πο. κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.
Ἑκ. μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.
Πο. καὐτόν γε τοῦτον, πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.

Multum ab hoc differt *καὶ — δέ*, quo non augentur ea quae praecesserunt, sed additur iis diversum quid, quod eiusdem generis sit, unde *καί*, idque vel confirmandi caussa, ut in Promethei atque Euripideae Electrae exemplis, *dico autem te quoque in his: es autem tu quoque ferox*, vel simpliciter ut addatur aliquid consimile, ut in Persis v. 151.

προπίτνω, προπίτνω·
καὶ προσφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν
πάντας μύθοισι προσαυδᾶν.

Et v. 541. ubi quum feminas Persarum lugere dixit chorus, haec adiicit,

κἀγὼ δὲ μόρον τῶν οἰχομένων
αἴρω δοκίμως πολυπενθῆ.

978. *συμφορᾶς* Par. D. E[1] sic corrigendum putabat Valckenarius ad Phoen. 632. Ceteri libri *συμφοραῖς*. Id dicit *propter casus tuos*, non ut dativus ex praepositione quae est in *ἐπαιτιᾷ* pendeat, quod placebat Abreschio. *ἐπαιτιᾶς* Par. D.

979. *ἐχθραίνω* Par. D. N. Turn.

Apud Aristophanem in Avibus v. 1547. Prometheus

μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθα σύ.

980. *ἀδίκως* G. Mosc. 2.

981. *σμικρὰν*, quod Brunckius posuit, habere videtur M. Ceteri *μικράν*.

983. *πράσσεις* Par. E. Vindobonenses et Ald. sed optativus superscriptus in Vind. 3. In Vit. fuerat *πράσσοις*, quod in *πράσσεις* mutatum est, sed a pr. manu rursus superscripto *οι*.

984. In G. Lips. Promethei exclamatio ut singularis versus separata est, scripta in Lips. *ἰώ μοι*. Elmsleius *αἴμοι*, idque in scholiastarum explicationibus ponitur. Non haec dolentis malis suis vox est, sed cum dolore indignantis ob perversum illud deorum de se iudicium. Quo plus

autem ponderis in hac brevitate est, eo minus miranda est inversio *στιχομυθίας*, ut dehinc non Mercurius Prometheo, sed Prometheus Mercurio respondeat.

985. In *ἐκδιδάσκει* litteras *κδ* a recentiore, *δασ* a sec. manu in litura habet M.

987. *προσηῦδον* G. Lips. *ὅνθ'* M.

990. *ὡς παῖδά με* M. G. Vit. Lips. Vind. 2. 4. *ὡς παῖδ' ὄντα με* Vind. 1. 3. edd. omnes. *ἄντ' ἐμὲ* Par. E. Illud mirum, quod nulli editorum numerus, qui in vulgata scriptura est, offensioni fuit, quum praesertim omissum in M. aliisque codicibus participium admonere potuerit scripsisse Aeschylum *ὥςτε παῖδά με.*

991. *καὶ ἔτι* M. (non *καί 'τι*) G. Vit. Lips. edd. vett. *κἄτι* Valckenarius ad Hipp. 914. *τοῦδε* Vit.

992. *πευσεῖσθαι* M. G. Lips. Par. B. edd. vett. *πεύσεσθαι* Vit. Colb. 1. et in quo *εῖ* superscriptum Par. D. *πεσεῖσθαι* Ven. 3. et quantum Brunckius dispicere poterat Par. A.

993. *μηχάνμ'* Lips.

994. *προστρέψεται* Vit. Par. C. Eodem modo quum *προτρέψεται* in M. recentior manus mutasset, adscripsit in margine *προτρέ.*

996. *αἰθαλοῦσα* M. Vindobonenses. *αἰθάλουσα* G. Vit. Lips. Bess. edd. vett. *αἰθάλλουσα* Par. A. Colb. 2. *γρ. αἰθεροῦσσα* margo M. a sec. manu. *αἰθαλοῦσσα* Valckenarius ad Phoen. 524. et sic iam Canterus.

997. *λευκοπτέροις δὲ νιφάσι* Colb. 1. Par. E. et adnotatum in Par. B. *βροντήμασιν* Vit. Ceteri *βροντήμασι*, praeter Bess. qui *βροντήματι* habet. *γρ. ἐκβροντήμασι* Par. B.

In G. hoc ordine versus positi sunt, 998. 997. 999. sed adscriptis numeris *α β γ* restitui iustus ordo iubetur.

998. *χθονίοις* unus scholiastarum non ad *βροντήμασιν* rettulit, sed voluit de hominibus dictum esse. Hominum cur hic mentio fieret, caussa nulla erat, praesertim in loco deserto.

999. *γνάψει* Cantabr. Colb. 1. et *μ* supra adscripto M. *γράψει* Lips. Par. D. *γάμψει* Par. C. *ἔτε* pro *ὥςτε* G. *φράσειν* M. Vit. Vind. 2. *φράσσειν* Colb. 1. Par. E. *φράζειν*, superscripto *σσ*, Par. D.

1001. *νυν* M. *νῦν* G. Vit. Lips. Ald. Rob. *νὺν* Turn.

1002. *ὦ παῖ* M. idemque ex Par. C. affertur. *καὶ* omittit Par. C. *ὦπται δὴ ταῦτα, καὶ βεβούλευται πάλαι* Rob.

1003. *τόλμησον ποτὲ* Lips.

1004. *καλῶς* pro *ὀρθῶς* Arund. Par. C. et adnotatum in Par. B.

1005. *με* omittit Vit. in quo *ἐμέ* ut explicatio superscriptum est.

1006. *εἰσελθέτω σε μηπάθ' ὡς* a pr. manu M. in cuius margine *μή πόθ' ὡς* a recentiore manu adscriptum est. *εἰσελθέτω σε μήποθ' ὡς* G. sed ut signo sub *σὲ μήποθ'* apposito superscriptum *ἔννοια* inseri iubeatur. *εἰσελθέτω σ' ἔννοια μήποθ' ὡς* Lips. aliique nonnulli.

1008. *στυγούμενον* diphthongo a rec. manu scripta M.

1009. *ὑπτιάσμασιν* M. *ὑπτιάσμασι* G. Vit. Lips. et edd. ante Vict.

Sopater parodus in *Φακῇ* apud Athenaeum VI. p. 230. E.

δρακοντομίμοις ὀργάνων τορεύμασιν.

De resupinatis manibus v. Spanh. ad Iulianum p. 262.

1010. *λῦσαί με τῶν δεσμῶν τῶνδε* Vit. et aliquot alii.

τοῦ παντὸς δέων Vit. *τοῦδε παντὸς δέω*, sic, omisso *τῶνδε*, G. *τοῦδε τοῦ παντὸς δέω*, omisso *τῶνδε*, Lips.

1011. *γρ. ἀλλ' ἐρεῖν μάτην* secunda manus in marg. G.

1012. *τέγγῃ* libri. *μαλθάσσῃ* M. G. Rob. Turn. *μαλθάσῃ* Vit. Lips. aliique et Ald.

Post *μαλθάσσῃ* omnes libri habent *λιταῖς* et in principio sequentis versus *ἐμαῖς*, praeter Robortelli editionem, quae divisionem versuum eandem retinens ante *λιταῖς* inserit *κέαρ*. Recte videtur Porsonus, quem Blomfieldius secutus est, recepisse *κέαρ*, eiecisse autem *ἐμαῖς*, etsi ne apud scholiastas quidem ullum est Robortellianae scripturae vestigium. Non enim cuius precibus non flecteretur Prometheus dicendum erat, sed omnino precibus vinci durum eius cor recusare.

1013. *νεοζυγὸς* Vit.

1014. *βιάζει* Par. E. Ceteri *βιάζῃ*. *ἡνίαν* G. Mosc. 2. *μάχῃ* libri.

1015. *αὐτὰρ* Vit. Lips. et adnotatum in Par. B. *σοφίζῃ* Lips. Rob. Ceteri *σφοδρύνῃ*. *ἀσθενῆ* Vit.

1016. *αὐθάδεια* Vit.

1017. *αὐτῆ* Lips.

Omnes libri *μεῖζον*. Stanleii emendatio est *μεῖον*, recepta a Brunckio et Porsono aliisque. Servarunt *μεῖζον* Scholefieldius, cum scholiasta *aeque ac nihil valet* interpretans, et Wellauerus, significari volens *neminem superat*. At neque quod aeque ac nihil valet recte plus nihilo valere dicitur, neque de superando quoquam hic sermo est, sed de eo qui polleat pertinacia. Lentingius ad Eur. Andr. v. 690. Graecos aliter quam nos in talibus locutos esse suspicatur. At hoc genus comparationis eam rationem videtur habere, quae inverti nequeat. Neque inverterunt Graeci. Supra v. 510.

ὡς ἐγὼ
εὐελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

Et v. 942.

ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.

Aristophanis quidem locum Acharn. v. 256. Lentingius non debebat afferre, qui adversetur potius eius suspicioni quam ut eam comprobet. In Andromachae Euripideae versu, qui est meae editionis 694. libri et plures et meliores *ἥσσω* habent.

1018. δὲ ἐὰν μὴ G. δὲ ἂν μὴ Vit. Aliter in aliis libris peccatum. πείθῃ Par. B. K. L. Ven. 2. adnotatumque in Vind. 3. qui πεισθῇ habet. πεισθῇς ceteri et adnotatum in Par. B.

1019. Scholiastes Pindari ad Isthm. I. 52. καὶ Αἰσχύλος τὴν δυςτυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει. Scribendum enim ibi esse Αἰσχύλος pro vulgato Ἀλκαῖος Blomfieldius vidit.

1020. ἀφύκτως, mutatum a rec. manu in ἄφυκτος, M.

ἀκρίδα Ald. Rob.

1021. κεραυνίῳ Vit. et ante correctionem Lips.

1023. πετραίᾳ δ' ἀγκάλῃ Ald. Rob.

1024. ἐκτελευτήσας, superscripto a rec. manu γρ. ἐκπλήσας, Vit.

1025. ἄψορον Lips. Inutilis coniectura Blomfieldii ἄψορρος.

εἰς M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. D. H. Ald. Rob. ἐς Turn.

δ' ἔτι Par. H. Ceteri δέ τοι. At τοι particula quid hic opus sit non apparet. Requiritur potius δέ σοι, idque posui.

1026. Grammaticus περὶ τρόπον μεταφορᾶς καὶ ὑπερβάτον apud Ruhnkenium Ep. crit. I. p. 93. (148.) τῶν μεταφορῶν αἱ μὲν ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος μεταφέρονται, ὡς τὸν ἀετὸν ἐπὶ τοῦ σκήπτρον τοῦ Διὸς κύνα Αἰσχύλος καλεῖ. εἴδη γὰρ ὅ τε κύων καὶ ὁ ἀετὸς τοῦ ζῴου. αἰετὸς libri praeter Lips. qui ἀετὸς habet.

λάβρως M. G. Vit. Bess. Ald. Turn. λάβρος Arund. Par. A. B. D. Rob. et superscripto ως Par. N. λαῖρος Mosc. 1. et superscripto ω Lips. adnotatumque in Par. B.

1028. ἄλητος G. Ad ἄκλητος in margine M. sec. manus ἄκλειστος adscripsit. ἀνήμερος Vit. ex correctione, quum antea, ut in ceteris, scriptum esset πανήμερος. Adiecta interpretatio ἄγριος.

Aut aliter aut accuratius descripsit in Prometheo soluto apud Ciceronem Qu. Tusc. II. 10.

iam tertio me quoque funesto die
tristi advolatu aduncis lacerans unguibus
Iovis satelles pastu dilaniat fero.

1029. κελαινόβροτον δ' ἧπαρ Vit. κελαινόβροτον ἧπαρ Lips.

ἐκθοινήσηται Vit.

1030. τοῦ σοῦ δὲ Cantabr. 2. Ven. 3. et adnotatum in Par. B.

τέρμα μόχθου Lips. μή τοι M. Par. E. Vind. 1. 3. τοι μὴ, sed corr. μή τι, Mosc. 1. μὴ δὲ Cantabr. 2. et adnotatum in Par. B.

1031. θεῶν γε τὶς Lips.

Apollodorus II. 5, 11. §. 12. de Hercule καὶ τὸν Προμηθέα διέλυσε δεσμὸν ἑλόμενον τὸν τῆς ἐλαίας, καὶ παρέσχε τῷ Διῒ Χείρωνα, ἀθάνατον ὄντα, θνήσκειν ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα. Idem de Chirone II. 5, 4. §. 6. ἀνίατον ἔχων τὸ ἕλκος εἰς τὸ σπήλαιον ἀπαλλάσσεται, κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενος καὶ μὴ δυνάμενος, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδόντος Προμηθέως τὸν ἀντ' αὐτοῦ τεθνηξόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε. V. ad fr. 214. Recte monuit Welckerus in Trilogia p.

48. dicere haec Mercurium, ut quae vix umquam sperandum sit eventura esse; nam aliter eum, quod tamen nolit, spem aliquam liberationis facere Prometheo. Ceterum facile, qui animum advertat, ne hanc quidem fabulam temere inventam esse sentiet. Significat enim periclitantibus nec semper bene cedentibus sollertis ingenii repertis perire quae manu effecta sint, mentis autem vim manere immortalem. Non dissimile est illud Homericum de Hercule, cuius mortalis natura simulacrum suum habet apud inferos,

αὐτὸς δὲ μετ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.

1032. *φωνῇ καὶ θελήσει τ᾽* Lips. *θελήσῃ δ᾽* Cantabr. 1. 2. *θελήσει τ᾽* Vit. Par. A. B. Ald. Rob. *τλήσῃ*, cum glossa *ὑπομείνῃ*, Mosc. 1. Non omittit *εἰς* M. sed ad *ἀναύγητον* super *γ* litteram *δ* recentior manus adscripsit.

1033. *κνεμφαῖα τ᾽ ἀμφὶ* Lips. *κνεφαῖα ἀμφὶ* Vit.

1035. *ὁ* omittunt Par. E. Vind. 2. 4. Ald. Rob. *καὶ λείαν* a pr. manu habuisse videtur M. *καὶ λίαν τ᾽* Lips.

1036. 1037. Scholiastes Pindari ad Ol. VI. 105. sine auctoris nomine haec affert, *ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα τὸ θεῖον.*

1037. *τελεῖν* Ox. Ald. quod adnotavit etiam Turnebus.

1038. *πάμπταινε* Lips.

1039. *εὐουλίας* et v. 1042. *εὐουλίαν* Lips. *ἄμεινον* M. a pr. manu et Vit. *ἀμείνων* G.

1041. *σοι* pro *σε* Lips.

Schützius haec verba, *ἄνωγε γάρ σε τὴν αὐθαδίαν μεθέντ᾽ ἐρευνᾶν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν. πείθου*, interpretis esse suspicabatur. Recte fortasse.

1043. *πιθοῦ* Cantabr. 2. Par. L. Vind. 2. 4. quod ex Elmsleii decreto Blomfieldius recepit. V. ad Soph. El. v. 1003.

1044. Hos anapaestos usque ad finem fabulae antithetica forma factos indicavi in El. doctr. metr. p. 784.

εἰδότι μοι, omisso *τοι*, Lips. aliique et Rob. *εἰθ᾽ ὅτι μοι* G. *εἰδότι τι μοι* Bess. *εἰδὲ τί μοι* Ald.

1045. *ἐθώϋξεν* M. *ἐθώϋξε* G. Vit. Lips. edd. vett.

1047. *πρὸσταῦτ᾽*, litteris *στ* a rec. manu, M. *ἐπί μοι ῥιπτέσθω* (non *ῥιπτείσθω*) M. *ἐπ᾽* omittunt G. Mosc. 2. Ald.

1048. *βόστρυφος* Lips. *αἰθέρα δ᾽* Vit.

1049. 1050. *σφακέλῳ. τ᾽ ἀγρίων τ᾽ ἀνέμων* G. Ald. *πυθμίων* Lips.

1053. *συγχώσειεν* M. *συγχώσειε* Vit. (in quo ab interprete superscriptum *ἐμὲ*) Turn. Vict. *συγχώσειεν ἐμὲ* G. Lips. Ox. Par. D. N. Bess. Ald. adnotatumque in Par. B. *συγχώσειε ἐμὲ* Par. B. *συγχώσειέ με* Ven. 2. *συγχώσει᾽ ἐμὲ* Par. E. Vind. 2. 4. *συγχώσει με* Rob. *συγχώσειεν ἐμοῦ* Ven. 1.

In edd. vett. plene interpungebatur ante *τῶν τ᾽ οὐρανίων*, quod corrigendum esse vidit Stanleius. Lucretius III. 854.

non, si terra mari miscebitur et mare caelo.

V. ibi interpretes et ad Iuvenalem II. 25.

1054. *ἔστε* Lips.

1055. *ἀρδὴν* Lips. *ἄδην* Par. D. *γρ. καὶ ἄδην* margo Mosc. 1.

1056. *ἀνάγκη στεραῖς δίκαις* Par. E. *στεραῖς* etiam Mosc. 2. *στερεαῖς* Mosc. 1. Ceteri *στερραῖς*. Praeferenda videtur apud Aeschylum antiquior forma *στερεαῖς*, qua versu quoque 174. usus est.

1061. *ἤτουδ᾽ εὐτυχῇ*, sic, spiritu et accentu in *ῇ* a sec. manu additis (non *εἰ τοῦδ᾽*) M. in cuius margine recentior manus *εἰ τάδ᾽* adscripsit. *εἰ τάδ᾽ εὐτυχῇ* Vit. Lips. Arund. Par. D. E. F. H. N. Ven. 1. 2. 3. Bess. Ald. Rob. *εἰ τάδ᾽ εὐτυχῇ* G. *εἰ τάδ᾽ εὐτυχεῖ*, superscripto *σοι*, Mosc. 1. *εἶτα δ᾽ εὐτυχῇ* Cantabr. 1. 2. Par. K. L. *εἰ δ᾽ εὐτυχῇ* Turn.

Omnes libri *τί χαλᾷ μανιῶν*, nisi quod in Ald. *τὶ* scriptum, praeter Ven. 2. in quo est *τί μὴ χαλᾷ μανίαν;* Hic codex et Lips. Rob. hunc versum tribuunt choro.

Canterus coniiciebat *εἰ δὲ τάδ᾽ ἀτυχῇ*. Brunckius edidit *εἰ δὲ τάδ᾽ ἀτυχεῖ*. Quod Porsonum, sed diffidenter coniecisse a Gaisfordio accepit, *εἰ μηδ᾽ ἀτυχῶν τι χαλᾷ μανιῶν*, recipiendum duxit Blomfieldius, interpretans parum accommodate *si ne quum ausis quidem exciderit.* Nam quae sunt illa ausa? Porsonum de consilio cogitasse puto, quo exciderit Prometheus, qui se speraverit liberatum iri a Iove, cognoscere cupiente quomodo effugere posset regni amittendi periculum. At et obscurius hoc dictum esset, et, ut Mercurius non perspexerit mentem Promethei, certe quod ad spectatores attinet parum apte, qui supra audiverunt tertia demum post decimam ab Ione generationem exstiturum esse qui liberet Prometheum. Omitto scripturam violentius quam par erat mutatam. Quam reprehensionem dum vitare vult Bothius, fato suo tractus deteriora dedit, *εἰ τᾷδ᾽ ἀτυχεῖ, τί χαλᾷ μανιῶν;* Sensu non malam, sed iusto audaciorem coniecturam, quam ego in Observationibus criticis adolescens et nondum cognita Medicei libri scriptura protuli, *τί τάδ᾽ ἠτύχθη;* recepit Boissonadius. Wellauerus, sententia bona, sed forma dicendi in hoc genere insueta, coniecit *εἰ τῇδε τύχῃ τί χαλᾷ μανιῶν;* ut *τί* interrogativum idem sit quod *nihil.* Reisigius coniecit *ἔτι δὲ ψυχὴ τί χαλᾷ μανιῶν;* quod languidum est et certo non scriptum ab Aeschylo. Scholefieldius ex Butleri coniectura edidit *εἰ δ᾽ εὖ τάδ᾽ ἔχει, τί χαλᾷ μανιῶν;* quo sensu librorum nonnullorum *εἰ τάδ᾽ εὐτυχῇ* dictum esse scholiastae putarunt. Ineptam vero hanc sententiam esse sensit is qui in Ven. 2. scripsit *τί μὴ χαλᾷ μανίαν.* Dindorfius posuit *τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν ἢ τοῦδε τύχῃ;* ut diceretur nihil Promethei fortunae ad mentis alienationem deesse. At hac sententia nihil alienius est. Esset haec enim et miserescentis oratio, et non exprobrantis insaniam, sed re

vera mentis non compotem futurum credentis. Accedit quod sic perinutile additamentum est *τί χαλᾷ μανιῶν;* Blomfieldius in prima editione propius a vero abfuit, quum scriberet *εἰ γ' οὐδὲ τύχῃ τι χαλᾷ μανιῶν*, reprehensus ab Elmsleio ob soloecum *εἰ οὐ*. Perantiquum esse vitium ex scholiastarum adnotationibus intelligitur, qui vel *εἰ τάδ' ἀτυχῇ* vel *εἰ τὰ τοῦδ' ἀτυχῇ* legerunt. Ortum id est ex eo, quod quum per errorem *τυχῇ* scriptum fuisset, supra adscriptum *εὐ* non, uti debebat, pro emendatione primae illius vocabuli syllabae, sed pro omissa syllaba acceptum est. Emendato igitur illo *τυ* remanet antiqua scriptura *ἠτουδευχῇ* vel *εἰτουδευχῇ*, quae lenissima mutatione facta praebet

τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν,
εἴ γ' οὐδ' εὐχῇ τι χαλᾷ μανιῶν;

quid enim deest ad insaniam, si ne voto quidem quidquam de furore suo remittit? i. e. si eo furoris progreditur, ut etiam optet illa fieri quae minatus est Iuppiter? Id *εἴ γ' οὐδέ* dici debuit, non potuit *εἴ γε μηδέ*. Nam *εἰ μή* est *nisi:* ubi autem aliquid sumitur, quod re vera aut non fit aut non factum est aut non est futurum, *οὐ* sequitur particulam conditionalem, quia idem significatur quod his, *ἐπεὶ οὐ*. Exempla, sed ratione rei non perspecta, attulit Creuzerus in Melet. parte III. p. 21. Magis perspexit Matthiae in gramm. Gr. §. 608, 5, b. p. 1440. Adde Xenoph. Anab. I. 7, 18. VI. 6, 16.

1062. Huic versui Mercurii nomen apponunt Lips. Rob.

ὑμεῖς γε π. M. G. Lips. ceterique plerique et Ald. Rob. *ὑμεῖς δὲ π.* Vit. *ὑμεῖς γ' αἱ π.* restituit Turnebus.

1064. In Ven. 3. *οι* ad *πον* superscriptum est. *ποι* Iacobo Tatio obsequens scripsit Blomfieldius.

1065. *ὑμῖν* Vit.

1066. *μήκυμ'* Vit.

1067. *ἀλλ' ὅτι* a pr. manu habuisse videtur M.

παραμυθοῦ μοι G. Mosc. 2. *ἄλλο τι παραμυθοῦ καὶ φώνει μοι* Bess. *ἄλλοτι καὶ παραμυθοῦ* Ald.

1071. *θέλω* Vit. Par. E.

1072. *τοὺς προδότας γὰρ* libri. Blomfieldius Bothium secutus *τοὺς γὰρ προδότας* scripsit, quod non male factum iudicavit Elmsleius. Vt id ad numeros suavius sit, ad sententiam potior est librorum scriptura, praesertim si haec ita dicta sunt, ut non tantum ad Prometheum, sed etiam ad quendam eo tempore proditionis suspectum referuntur. Scholiastae ad v. 1070. Iphicratem quempiam respici volunt, qui pecunia corruptus exercitum hosti prodiderit. De eo Iphicrate nihil constat: clarum enim illum Iphicratem, qui res ab Olympiade XCVI. gessit, quo tempore pridem mortuus erat Aeschylus, intelligi non posse apertum est. Reisigio, ut quidem C. G. Hauptius in Aeschylearum quaestionum specimine primo p. 124. narrat, Pausaniae proditio, quae innotuerit Ol. LXXVII. 4. tangi visa est. Rectius, opinor, populi de Themistocle vel opinionem

vel iudicium significari censebimus. Nam Themistocles, ut Diodorus XI. 54. scribit, quum proditionis accusatus, sed insons iudicatus, multum polleret Athenis, mox Ol. LXXVII. 2. ostracismo in exsilium est missus, mox autem iterum eiusdem criminis per Lacedaemonios reus factus Argis ad Admetum regem Molossorum confugit. Sed iam ante exsilium Timocreon Rhodius eum, quod se, hospitem suum, prodidisset, ut proditorem perstrinxerat versibus, quos in vita eius cap. 21. servavit Plutarchus, appellans

ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, ὃς Τιμοκρέοντα ξεῖνον ἐόντ',
ἀργυρίοις σκυβαλικτοῖσι πεισθείς, οὐ κατᾶγεν
εἰς πάτραν Ἰάλυσον.

Cuiusmodi privati hominis proditio, quae deserendo amico fit, aptius hic notaretur quam proditio rei publicae: nec profecto mirandum esset, si sermonibus Atheniensium iactata ne scenicam quidem commemorationem effugisset.

1073. Post *νόσος* Lips. addit *χείρων*.

1075. Personae notam omittunt M. Lips.

ὅτ' ἐγώ Arund. quod erit fortasse qui defendendum putabit: sed ei exemplis opus erit, in quibus *μεμνῆσθαι ὅτε* cum praesente tempore constructum sit, qualia mihi quidem non sunt in promptu. *ἅττα ἐγώ* Rob. *ἅτ' ἐγώ* Bess. Ald. Vict. Cant. *ἅτ' ἐγώ* M. (sic M. non *ἅτ' ἐγώ*) G. Vit. Lips. Par. A. B. E. F. N. Ven. 3. *ἅ, τ' ἐγώ* Turn. *ἃ 'γώ* Porsonus, quem secutus est Blomfieldius, male ille reprehendens Parrium *ἅ γ' ἐγώ* coniicientem et qui huic assensus est Elmsleium, quia ne satis Graece quidem sic dici arbitrabatur: nam *γε* non posse nisi post *μέμνησθε* collocari. In quo non minus falli videtur, quam quum negavit in Sophoclis Antigona v. 207. scribi potuisse *κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ*. Exemplorum quae Elmsleius ad probandum *ἅ γ' ἐγώ* attulit, unum hoc aptum est Aiacis v. 535.

ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτό γ' ἀρκέσαι.

Ex quo intelligitur dicere potuisse Aeschylum *ἀλλ' οὖν μέμνησθε ταῦτά γε, ἃ προλέγω*. Atqui quum *ἅ* pro *ταῦτα ἅ* dicitur, non alius particulae locus assignari potest quam post *ἅ*. Quare *ἅ γ' ἐγὼ προλέγω* recepi. Nam *ἅτε* dici non potuisse certum est. V. praef. ad Soph. Oed. R. p. VI. Temere enim oblocutus est Wellauerus.

1076. *παραθεῖσαι*, sed superscripto primae syllabae *θη*, G.

1077. *πέμψοισθε* et *εἴποιθ'* G. et alii nonnulli.

1078. *ὁ* pro *ὡς* Lips. et alii nonnulli. *ἡμᾶς* G. et alii nonnulli. *ὑμᾶς*, superscripto *η*, Lips.

1079. *εἰσέβαλεν* M. Cantabr. 1. *εἰσέβαλε* G. Vit. Lips. edd. vett. *εἰσέβαλλεν* Colb. 2. *εἰσέβαλλε* Bess. *ὑπέβαλε* Mosc. 1.

μὴ δέ τ' G.

1080. *αὐτοὺς* G.

1081. *καὶ οὐκ* M. Vit. Lips. Rob. adnotatumque in Par. B. *οὐκ*,

omisso *καί*, G. Cantabr. 2. Par. B. C. Bess. Ald. *κοὐκ* Turn.

κρυφίως pro *λαθραίως* Par. F. K. L.

1082. *ἀπέρατον*, superscripto a rec. manu *ν*, M.

Versus 1084—1094. choro tribuit Vit.

1084. *τ' οὐκέτι* Rob. *κοὐ*, omisso *ἔτι*, Lips. Par. K. L. adnotatumque in Par. B.

1085. *σαλεύεται* Vit. aliique nonnulli. *ἠχὴ* ante correctionem Lips.

Βρυχία ἠχώ neque ea est quae a mari venit, neque vero, ut scholiastis et Blomfieldio placuit, *μεγάλη, ἠχητική, fremens* esse potest. Vbique enim hoc vocabulum et quae cum eo cognata sunt *ῡ* breve habentia a *βρέχειν* potius quam a *βρύχεσθαι* habent originem. Quo in genere et scholiastes Apollonii Rhodii ad I. 1310. et multi multis in veterum scriptorum locis errarunt. Iniiciat fortasse aliquam dubitationem illud Sophoclis in Antigona v. 336. ubi omnia tentans humani generis ausus dicitur per mare *περιβρυχίοισι περοῶν ὑπ' οἰδμασιν*. Sed ibi quoque non circum frementes, sed circum hiscentes undae intelligendae sunt. Quare si de sono tonitruum hic loqueretur Aeschylus, *βρυχῇ* dicere debebat. At non hoc ille, sed sonitum subterraneum isto nomine appellavit, quem *βροντήματα χθόνια* dixerat v. 996. Idque ostendunt etiam illa quae proxime praecedunt, *χθὼν σεσάλευται*. Ex quo intelligitur vocabulum illud eo hic significatu dictum esse, quo etiam *ὑποβρύχιος* interdum non id quod in aqua demersum est, sed omnino quod est aliqua re obrutum denotat. Sic Plato in Phaedro p. 248. A. animas curru vectas fingens, *αἱ δὲ δὴ ἄλλαι γλιχόμεναι μὲν ἅπασαι τοῦ ἄνω ἕπονται, ἀδυνατοῦσαι δὲ ὑποβρύχιαι συμπεριφέρονται, πατοῦσαι ἀλλήλας καὶ ἐπιβάλλουσαι, ἑτέρα πρὸ τῆς ἑτέρας πειρωμένη γενέσθαι*. Et Lucianus de Dipsadibus c. 3. *ἕρπετὰ γὰρ ποικίλα μεγέθει τε μέγιστα καὶ πλήθει πάμπολλα καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτα καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα ἐπινέμεται τὴν γῆν, τὰ μὲν ὑποβρύχια φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου, τὰ δὲ ἄνω ἐπιπολάζοντα*.

1088. *ἑλίσσουσιν* M. Colb. 1. *ἑλίσσουσι* G. Vit. Lips. ceterique plerique et Ald. Rob. *ἑλλίσσουσι* Cantabr. 2. *ἐλείσσουσι* Par. E. *εἱλισσουσι* Turn.

1090. *εἰσάλληλα* G.

1091. *ἀποδεικνύμενα* M. G. Vit. et plerique codd. et Ald. Turn. *ἐπιδεικνύμενα* Ven. 3. *ἀντιδεικνύμενα* Par. F. K. L. N. Rob. *ἀντιδεικνύμην* Par. E. *ἀντιδικούμενα* non male Lips.

ξυντέρακται Vit. *ξυντετάρεκται* Lips.

1092. *ὡς τοιάδ'* Vit.

1093. *φόνον* commemorat Stephanus, ex scholiis, nisi fallor. At is scribarum error est.

1094. 1095. *στείχειν* Lips.

In cod. Bigoti *Θέμις* pro *ἐμῆς* legi ait Blomfieldius. Cantabr. 1. 2. *θέμις* addunt post *πάντων*, item *θέμι* Par. E. *γρ. ὦ πάντων θέμις* in margine Lips. Sic legit etiam unus scholiastarum.

Quum hoc systema uno hemistichio brevius in libris nostris sit quam illud cui respondet, apertum est aut in illo aliquid male additum, aut omissum aliquid in hoc esse. Atqui in illo nihil est quod non videatur a poeta esse profectum, hic vero est aliqua neglectorum a librariis aliquot verborum suspicio. Eam ego quidem non promam ex illa quorundam librorum scriptura *ὦ πάντων θέμι*, neque ex scholiastarum adnotationibus, quorum unus illam ipsam scripturam interpretatur, alii autem *ὦ μῆτερ ἐμὴ Γῆ* et *ὦ Θέμις* vel *ὦ Γῆ ἢ ὦ Θέμι* adscripserunt. Patet enim haec omnia ab interpretibus profecta esse, qui quod supra Prometheus matrem suam et Themin et Tellurem appellasset, alterum horum numinum hic invocari intelligebant. Quorum ille rectius iudicavit, qui *Γῆ* adscripsit. Nam in huiusmodi obtestatione eos appellari deos convenit, quorum vis et potestas universam rerum naturam complectitur, i. e. caelum et terram, quo quidquid usquam testari insigne facinus possit uno complexu comprehendatur. Verum etsi dubitari non potest quin Prometheus, quum *ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας* dicit, Terram velit intelligi, tamen, si eam non ipso illo nomine invocat, et obscurior est illa appellatio, praesertim quum etiam Themin matrem eius perhiberi sciamus, et eam ob caussam etiam minus gravis omninoque minus apta. Neque vero hoc alterum nomen, Themis, non est huic loco accommodatissimum, quum, cuius rei caussa Prometheus caelum et terram antestatur, iniuria sit, qua eum summa affecit Iuppiter. Hinc coniici licet poetam, qui haec bene sentiret, utraque hic appellatione vocandam esse deam illam iudicasse. Itaque v. 1094. *ὦ Θέμις, ὦ Γῆ* inserui.

1096. *φῶς* G. Mosc. 2. *ἑλίσσων* M. G. Vit. Lips. et ceteri, ut videtur, codd. et Ald. Rob. *εἱλίσσων* Turn. *ἄδικα* G. Vit. Lips. aliique nonnulli.

In fine Cantabr. 1. 2. signum interrogandi habent, quod Turnebus quoque commemoravit. Posuit hoc signum Scholefieldius, recte, mea sententia, quod sic fortior est et vehementior de iniuria conquerentis oratio.

DE ERRORIBVS IONIS AESCHYLEAE.

De Ionis erroribus multi multa disputarunt, alii aliud recte perspicientes, sed, quod mirum est, de falsis facilius persuadentes quam de veris. Quin qui novissime de ea re integrum volumen primum Geographiae mythicae incredibili diligentia comportatisque omnis aevi scriptorum testimoniis conscripsit, C. H. Guil. Völckerus, non modo aliena multa atque haud facile probabilia, sed nonnulla etiam aperte errata verbisque poetae repugnantia in medium attulit. Nominavit ille p. 8. seq. ceteros qui se in eodem argumento exercuerunt, omissis tamen Ioanne Georgio Walthero, qui haec attigit in dissertatione de Catabathmo, quae est in eius Animadversionibus historicis et criticis, editis Weissenfelsae a. 1748. et Hermanno Reinganum, cuius disputatio inserta est Iahnii Annalibus a. 1828. vol. II. Eodem autem tempore fere, quo Völckerus, disseruit de illa materia R. H. Klausenius in Musei Rhenani vol. III.

Quemadmodum uniuscuiusque rei recte agendae certa quaedam ratio est, sic etiam in his poetarum fabulosis locorum descriptionibus regulae quaedam observandae sunt, sine quibus non potest recte procedere veri investigatio. Ac primo per se patet, omnem explicandi conatum inanem esse, qui non ab iusta interpretatione verborum proficiscatur. Atqui hoc in genere fere omnium, qui has et similes res expedire studuerunt, tantam deprehendimus vel levitatem vel imperitiam, ut non sit mirum, si alii, qui verba scriptorum recte expendere sciant, commenta nullo fundamento nixa probare nequeant. Deinde in locorum designationibus illud curandum est, ne vel minorem vel maiorem quam credi possit scientiam illis qui interpretandi sunt scriptoribus tribuamus. Nam quae ita sunt comparata, ut ridiculi fuissent aequalibus suis, si nescivissent quae omnes sciebant, ea stultum est iis imputare. Contra vero, in quam partem multo saepius peccatur, cautissime ea quae relata legimus ad veros locorum situs, aut ad eos, quos illorum scriptorum aevo probaverint geographi, exigenda sunt et iudicanda. Nam vix qui ipsi aliquam regionem adierunt eandem omnes eius imaginem animis impressam habent, nedum illi qui ex aliorum

sermonibus aliquam coniecturam capiunt. Denique poetae quum de eiusmodi rebus exponunt, poetas esse meminisse oportet, qui audiri cum admiratione narrationes, non quasi in tabula descriptas monstrari digito velint. Accedit quod plurima eorum quae antiquis fabulis tradita sunt, quoniam neque ubi invenirentur certo monstrari poterat et esse putabantur ubicumque aliquid simile memoraretur, vaga per terrarum oras fluctuabant, eoque liberum relinquebant poetis, quibus ea locis vellent assignare. In quo genere dignissimum est quod memoria teneant talium rerum interpretes iudicium Agatharchidis in libro de mari rubro apud Photium Biblioth. p. 1331. sive 722. Hoesch. 444, b. Bekk. *ὅτι αὐτός, φησίν, ἑαυτῷ αἴτιος καθίσταται ἐλέγχων ὁ τὴν τῶν μυθοποιῶν ἐξουσίαν εἰς πραγματικὴν μετάγων ἐνάργειαν· ἧς ἄν τις ἀφελῇ τὸν ἔλεγχον, οὐδὲν εὐτελέστερον καταλείψει γένος τῆς πίστεως ἠρμένης. ἐπεὶ διὰ τίνα αἰτίαν Ὅμηρον οὐκ εὐθύνω, Διὸς καὶ Ποσειδῶνος φράζοντα διαφοράν, ἀδύνατον ἀνθρώπῳ πίστιν παραδοῦναι· οὐδ' Ἡσιόδῳ μέμφομαι δηλοῦν τολμῶντι θεῶν γένεσιν· οὐδ' Αἰσχύλον ἐπιπλήττω πολλοῖς διεψευσμένον καὶ πολλὰ συγγράφοντα τῶν ἀσυγχωρήτων· οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τιμένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον· οὐδὲ τοὺς εἰς ἐπιτίμησιν ἄγω διασκευαῖς ἐν τοῖς δράμασι χρωμένους ἀδυνάτοις; ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής.*

Omnium quae prolatae sunt expediendi itineris, quo Io palata est, optima ratio est ea, quam sic, ut a me in Observationibus criticis explicata erat, in tabula descriptam exhibuit Schirlitzius in Manuali veteris geographiae, praemissa brevi explicatione. Nam neque verbis poetae usquam repugnat, neque continet quod incredibile aut absurdum esse appareat: vera autem sit necne dubitari eo tantum in loco potest, in quo quoniam aliqua pars narrationis interiit, incertum est utram duarum inter se oppositarum viam ingredi debeamus. At plerique quum perversis quibusdam opinionibus capti, tum quod iustas interpretandi leges aut non cognitas habuerunt aut spreverunt, illam quae a me monstrata erat explicationem deserendam iudicarunt.

Eorum statim illi, quibus Prometheus in Caucaso vinctus esse visus est, errarunt gravissime: mirumque quod Völckerus, qui hac in re ab illis discessit, a Welckero, qui in ista sententia fuit, veniam non errandi sibi precandam esse duxit. Quod quidam censuerunt non potuisse in unius trilogiae cohaerentium fabularum altera Prometheum in Scythia, in altera in Caucaso alligatum fingi, id et per se vanum est, et falsum esse quum ego in dissertatione quam scripsi de Soluto Prometheo monui, tum demonstravit Völckerus p. 197. seqq. In Vincto quidem Prometheo nihil certius est quam scenam non esse in Caucaso, sed in Scythia. Nam quum illud omnium primum et curaverint tragici et debuerint curare, ut spectatores statim ab initio cognoscerent quo in loco res age-

retur, id Aeschylus quoque fecit, qui Scythiam nominavit, non Caucasum, quo nobilissimo in monte si alligatum fecisset Prometheum, ineptus fuisset si id non dixisset ipso nomine montis commemorato. At eum neque in exordio nominavit, neque eius ulla alia in parte fabulae ita mentionem fecit, ibi ut res agi videretur, veluti v. 117. ubi *τερμόνιον πάγον*, non montis illius nomen posuit, et v. 303. ubi iterum Scythiam aperte solam designat, Oceanum *τὴν σιδηρομήτορα ἐς αἶαν* venire dicens. Quin in carmine chori v. 422. distinguit Caucasum ab eo loco in quo Prometheus est, adeoque v. 720. Prometheum Ioni dicentem facit *πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς·* quae verba qui sic interpretari conati sunt, ut ea conciliari cum Promethei in Caucaso alligatione posse arbitrarentur, manifesto fecerunt quod absurdum est neque homini sano in mentem venire debuit.

Prima pars itineris, quo Io orbem terrarum pervagata est, nihil habet obscuritatis. Argis ad Cenchream et Lernaeum litus profecta dicitur v. 677. 678. Hinc quo se verterit non indicat poeta, sed multa se omittere significat his verbis v. 828.

ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,
πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.

Iam igitur iis qui sequuntur versibus ad Molossos eam ac Dodonam pervenisse, inde autem postquam in litore progressa ad sinum Ionium accessisset, retro actam ad Prometheum venisse accipimus. Hinc se iubetur ad orientem vertere v. 707. quumque per loca deserta venerit ad Scythas Nomades, hos vitare et in aspera maris ora progredi, ad sinistram habens Chalybes, usque dum ad Araxen perveniat, v. 709—717. Apertum est, quas poeta v. 712. *ἁλιστόνους ῥαχίας* vocat, litus esse Ponti Euxini: quo efficitur locum in quo vinctus est Prometheus in ea parte Scythiae esse, quae regiones illas in tabula descriptas intuenti ad sinistram supra Pontum Euxinum est. Nunc quaesitum est, qui sit iste fluvius quem visus est Aeschylus ignoto aliis nomine Hybristen appellare. Eum quoniam et veteres interpretes Araxen esse monent et ipsa eius descriptio arguit, hoc nomine vocatum esse in versu qui exciderit ostensum est in adnotationibus. Sed rursum quaeritur, qui sit is fluvius quem Araxis nomine, non uni fluvio tribui solito, appellaverit. Quem quum dicat in Caucaso monte oriri, non cadit id in eos qui proximi occurrunt insigniores fluvii, Borysthenem, qui in Pontum Euxinum, et Tanain, qui in paludem Maeotidem effunditur; cadit autem in illum qui hodie Cuban vocatur, quod nomen non dubitandum est quin ex Hypani manserit. At etiam Hypanis vagum neque uni constans fluvio nomen est: sed illum quem dixi intelligendum esse recte monuit Völckerus p. 211. seqq. prorsus ille tamen male usus illa observatione p. 214. Apertissimum est enim, si Io Chalybes ab sinistra, Pontum Euxinum a dextra habens ad fluvium pervenit quem propter eius vehementiam tranatare nequeat, dextram ripam fluvii illius e Caucaso in mare illud ruentis intelligi. Ea igitur

in ripa pergere iubetur usque dum ad fontem fluvii in Caucaso perveniat, superatoque eo monte descendere versus meridiem ad Amazones, v. 719—725. quae supra v. 415. in Colchide habitare sunt dictae. Has eam porro perducturas narratur ad isthmum Cimmerium, ubi traiicere fretum debeat, quod inde habiturum sit nomen Bospori Cimmerii. Sic perventuram esse in continentem Asiae. Manifestum est haec cum vero locorum situ nulla ratione conciliari posse. Nam superato Caucaso Hypanin, quem Araxen vocat Aeschylus, ab dextra habet Io: quumque iste fluvius ad ipsum Bosporum Cimmerium illabatur in Pontum Euxinum, non posset Io, si sic ad fretum illud pervenisset, non rursus in Scythiam, atque adeo ex Asia potius in Europam quam contra, traiicere. Quod videns, opinor, Völckerus comminiscitur p. 225. rem prorsus incredibilem, ne quid gravius dicam, non haec ad ordinem narrationis pertinere, sed data opportunitate obiter adventum virginis in illis locis ut rem memorabilem adiici. Nimirum persuaserat ille sibi non potuisse poetam in eadem trilogia et Phasin et Bosporum Cimmerium terminum dicere Europae et Asiae: de qua re dixit p. 198. Quidni vero, quum nemo id vitio vertere potuerit eorum qui illa audirent? Repetit hoc argumentum Völckerus p. 226. ubi propter hanc ipsam caussam illa verba v. 735. *λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον, ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδα* ad Phasin referenda censet, iisque non continuari atque absolvi praegressam narrationem putat, sed traiectum Bospori in transcursu commemorari, quia Io iam ad Salmydessum pervenerit. At eo illa numquam pervenit, nititurque ista opinio et huius et illius loci interpretatione tam falsa, tam omni narrationis ordini contraria, tam a verborum et sermonis ratione abhorrente, ut mirum sit cogitare de ea potuisse eum qui ipse p. 199. hanc sibi legem scripserat, ut facillima quaeque et planissima sequeretur. Et hoc quidem ipsa luce clarius est, si poeta hic, ubi de Bospori Cimmerii traiectu exponit, statim illa quae attuli verba de adventu in Asia subiecit, prorsus absurdum esse alium intelligi ex Europa in Asiam transitum. Et quis haec audientium divinare potuisset iam non de Bosporo illo sermonem esse? quis perspicere Phasin dici, quem non nominaret poeta, quum praesertim alii alium putarent terminum esse continentium? Immo certissimum est omnique dubitatione exemptum, terminum Asiae et Europae hic esse Bosporum illum Cimmerium. Nam hoc quoque creditum esse gravissimus auctor testatur Herodotus IV. 45. *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι ἐπ' ὅτεν μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν, καὶ οὐρίσματα αὐτῇ. Νεῖλός τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη καὶ Φᾶσις ὁ Κόλχος (οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν τὸν Μαιήτην καὶ πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι), οὐδὲ τῶν διονομασάντων τὰ οὐνόματα πυθέσθαι, καὶ ὅθεν ἔθεντο τὰς ἐπωνυμίας.* Non minus perversa rectaeque loquendi rationi contraria est alterius loci, quo Völckerus suam sententiam communiri putavit, explicatio. Nam quae v. 724. seqq. leguntur, quoniam non tam imperitus fuerit Aeschylus, ut nesciverit ubi Salmydessus esset

situs, sic interpungi iubet,

ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν
ἵξει στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε
κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδοντ'. ἵνα
τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν,
αὗταί σ' ὁδηγήσουσι καὶ μάλ' ἀσμένως.

At isto modo nec tragicus poeta ullus umquam locutus est, neque omnino quisquam alius scriptor, qui verborum collocationem sententiae accommodare didicisset, loqui potuit. Quid est autem quod tantopere vituperat Völckerus in Salmydessi cum Thermodonte et Themiscyra consociatione? Scilicet in meridionali litore Ponti Euxini fere medio ad Thermodontem est Themiscyra, eiusdem autem in litoris parte ea quae ad occidentem assurgit supra Bosporum Thracium Salmydessus est. Haeccine tam accurate distinxisse censebimus Aeschylum, ut non viciniora quam sunt esse putaverit, praesertim quum non urbem Salmydessum, sed mare quod ad Salmydessium litus est descripserit? Id vero satis longe protendebatur. Xenophon Anab. VII. 5, 12. *καὶ ἀφικνοῦνται ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν Πόντον διὰ τῶν Μελανοφάγων καλουμένων Θρᾳκῶν εἰς τὸν Σαλμυδησσόν, ἔνθα τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νηῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι· τέναγος γάρ ἐστιν ἐπὶ πάμπολυ τῆς θαλάττης.* Strabo VII. p. 319. Salmydessum sic describit, *ἔστι δ' οὗτος ἔρημος αἰγιαλὸς πρὸς τοὺς βορέας σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων μέχρι Κυανέων τὸ μῆκος, πρὸς ὃν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀστῶν διαρπάζονται τῶν ὑπερκειμένων, Θρᾳκίου ἔθνους.* Scymnus Chius v. 723.

εἶτ' αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος
ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν
καὶ δυςπρόςορμος ἀλίμενός τε παντελῶς
παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος.

Stephanus Byzantius autem *Σαλμυδησσός, κόλπος τοῦ Πόντου.*

Quod si falsas esse illas Völckeri interpretationes apparet, ipse rerum ab Aeschylo expositarum ordo monet, ut relicto vero locorum situ videamus, quam ille imaginem regionum quae circa Pontum sunt animo infixam habuerit. Ac facile intelligitur, ex uno errore falsaque opinione quam de Araxe illo suo conceperat omnia posse expediri. Eum ille non qua parte vere Hypanis in Pontum Euxinum illabitur, quae est ad sinistram paludis Maeotidis ad Bosporum Cimmerium, sed superius, ita ut ipsi huic fluvio Maeotis ad sinistram esset, effundi putabat. Id vero cadit in Borysthenem, qui hodie Dniepr vocatur: unde patet Hypanin et Borysthenem ab Aeschylo esse confusos, ita ut Araxi suo ostium Borysthenis, fontem autem eum tribuerit, quem habet Hypanis. Hinc Io, uti ad Araxem, id est ad dextram eius ripam, accessit, pergere in ea ripa usque ad fontem fluvii in Caucaso, superatoque eo monte versus meridiem ad Amazones progredi iubetur, habitantes in Colchide: idque iam con-

gruit cum veris locorum populorumque sedibus, nisi quod Caucasum Aeschylus longius ad septemtrionem videtur removisse. Nunc vero Io, quoniam in illo ad Caucasum itinere trans Araxem ad dexteram habuerat paludem Maeotidem, ab Amazonibus deducitur per tractum qui supra Maeotidem est, quam nunc ad sinistram habet, ad Bosporum Cimmerium, quo traiecto patet eam recte dici iam esse in Asia.

Interruptam hic explicationem itineris pertexit poeta v. 791.

ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον,
πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς,

enarraturus quas iam Asiae partes peragrare Io debeat. Sed hic aliquid excidisse ex eo apparet, quod quae sequuntur nullo modo copulata sunt cum praegressis, statimque remotissima commemorantur et fabulosa loca, ad quae quomodo perveniat virgo non apparet,

πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης.

Hic totius descriptionis locus difficillimus explicatu est, quia desunt ea ex quibus cognoscamus dextrorsumne Io per Asiam in Libyam atque inde in Aegyptum veniat, an sinistrorsum per regiones septemtrionales acta superato freto Gaditano ad Canopum perducatur. Per Scythiam Asiaticam in Aethiopiam Asiaticam atque inde per fauces sinus Arabici in Africanam Aethiopiam ad Nilum, qui usque ad catarractam Aethiops dictus fuerit, ivisse visa est Ioanni Georgio Walthero in iis quae de Catabathmo scripsit; paullo aliter per Asiam profectam esse Hermannus Reinganum ea levitate demonstravit, ut, quod obiter monui in dissertatione de Prometheo soluto p. 22. 23. (Opusc. IV. p. 274. seqq.) falsa potius quam vera videri illa opinio debeat. Contrariam sententiam amplexus est Völckerus, quod Arimaspi ad septemtrionem pertineant: sed quam is rationem itineris p. 204. et 211. et 223. indicavit, ea nihil fingi perversius potest. Circumivisse enim ei visa est Io Pontum Euxinum, atque inde versus septemtrionem esse progressa. Quae descriptio itineris, ne quid dicam de verborum interpretationibus incredibilibus perturbatoque fictis ad omissa reversionibus ordine narrationis, vel eo inepta est, quod, quum isto modo Io non possit non transire per eam viam qua ad Prometheum venerat, non intelligitur, cur eam Prometheus per tantas ambages illuc mittat, quo brevissime eadem via qua venerat reverti usque eo ubi ad septemtrionem deflectendum esset potuerit, aut cur eam saltem non ita circum Pontum Euxinum ire iubeat, ut mare illud ad sinistram habeat, quod si fecisset, non erat virgini in pristinam viam redeundum.

Mihi quidem olim in Observationibus criticis videbatur illud *πόντου περῶσα φλοῖσβον* de mari Caspio dictum esse, eoque traiecto Io iuberi ad septemtrionem, atque inde per occidentis oras ad Aethiopes pergere: ad istumque modum iter descriptum est in tabula Schirlitzii. Sed fateor cur de mari Caspio cogitemus, quoniam excidit aliquid ante illa verba, non inveniri caussam idoneam. Priusquam vero quid hodie re amplius

considerata statuendum videatur exponam, paucis refutare volo Völckeri incredibile commentum. Is p. 227. illum versum, 791.

ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον,

de Bosporo Thracio intelligendum putat, quod quum ex omni de qua supra dictum est ratione itineris absonum esse patet, tum eo ineptius est, quod nemo quisquam, qui haec audiat legatve, de hoc Bosporo, nisi ille aperte nominetur, cogitare potest. Inde postquam peragraverit Io loca Europae quae sunt ad septemtrionem atque occidentem, ita vult eam in Libyam venire, ut lacunae signis post illum quem attuli versum positis sic legantur ea quae reliqua sunt,

πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς
πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κυρήνης.

Itaque illum *πόντου φλοῖσβον* fretum esse censet, quo ad Herculis columnas Europa ab Africa distinguitur, ita ut per illud mare in Libyam et ad Cyrenen, ubi Gorgonum sedem esse putat, Io devenerit. At primo si horum trium versuum qui primus est cum eo qui sequitur cohaereret, non fretum illud, sed medium mare mediterraneum ad Cyrenen tranatare diceretur Io: quod vix erit qui dixisse Aeschylum adducatur. Deinde vero non modo temere damnat p. 229. *Κισθήνης* ut rem vanam, sed ne vidit quidem plane absonum esse in media commemoratione locorum mirabilium et fabulosorum nominari Cyrenen, regionem Aeschyli tempore omnibus notissimam, habitatam a Graecis, multiplicique commercio cum Athenis omnique Graecia coniunctissimam. Praeterea unde illa scripturae fluctuatio, si *Κυρήνης* scripsisset poeta, in quo nomine celebratissimo quis tandem aberrasset librarius? Fugisse credat quis Völckerum acutam suspicionem Meinekii in praefatione Menandri p. 18. Cratini versum illum,

κἀνθένδ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει,

ad hunc ipsum Aeschyli locum spectare. At non fugerat: commemoravit enim p. 7. Denique quod gravissimum est, non cogitavit de illis quae de Phorcidibus praedicat Aeschylus,

ἃς οὔθ' ἥλιος προςδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔτε νύκτερος μήνη ποτέ,

quae plane absurda essent, si circa Cyrenen, quae vel maxime solis radiis exposita est, habitarent illae Phorci filiae. Neque enim quemquam eo perversitatis progressurum arbitror, ut illis verbis nihil nisi abominari solem et lunam dici adspectum Phorcidum putet. Nam hoc quoque absurde de sole et luna, quibus oculos claudere non licet, praedicaretur. Quare verba illa non possunt aliter accipi, quam ut sedes Phorcidum ea esse dicatur, ad quam nec solis radii nec lumen lunae penetret. Id vero ab Hesiodo accepit Aeschylus, qui sic in Theogonia v. 270.

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπαρῄους,
ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ Γραίας καλέουσιν

ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,
Πεφρηδώ τ' ἐΰπεπλον, Ἐννώ τε κροκόπεπλον·
Γοργοῦς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,
ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι,
Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε Μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.

Revertor iam ad illum locum in quo lacuna est. Ibi si aliquo modo cognosci posset quid excidisset, sciremus utrum per septentrionales oras Europae an per Asiam in Aegyptum venire Io diceretur. Et hoc quidem, quum transiisse in Asiam dicta sit Io, non potest non maxime videri probabile, praesertim quum etiam in Supplicibus Asia peragrata in Aegyptum venisse narretur. Eam sententiam, probatam Welckero, defendere studuerunt Hermannus Reinganum et R. H. Klausenius, hic quidem Strabone usus auctore, qui libro VII. p. 299. *κυνοκεφάλους* et *στερνοφθάλμους*, et, qui aperte iidem cum Arimaspis sint, *μονοφθάλμους* ex Aeschyli Prometheo commemoret, quos populos a Ctesia in Indicis c. 20—23. ex eoque a Plinio H. N. VII. 2. et Gellio IX. 4. Indis vicinos perhiberi. Speciosa haec profecto argumentatio esset, si fundamentum haberet firmius et fidei faciendae magis accommodatum. Sic enim Strabo, quid Apollodoro visum sit referens, *οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν ἡμίκυνας λέγοντα καὶ μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους, Ἀλκμᾶνα δὲ στεγανόποδας, Αἰσχύλον δὲ κυνοκεφάλους καὶ στερνοφθάλμους καὶ μονομμάτους ἐν τῷ Προμηθεῖ φησι, καὶ ἄλλα μυρία.* Eandem ille Apollodori sententiam iisdem verbis commemoraverat libro I. p. 43. non tamen nominata Aeschyli fabula, ut eam ne in altero quidem loco nominasse videatur, praesertim quum ipsa illa verba turbent perpetuitatem orationis, ita ut Heynius rectissime iudicaverit nihil hoc nisi interpretis adnotationem esse, qui quod *μυνῶπα στρατόν* in Prometheo dictum sciebat, id ad *μονομμάτους* adscripserit. Ita vero concidit illud argumentum, nisi quis, quod Arimaspos poeta *ἱπποβάμονα στρατόν* vocat, huc referat *ἱπποπροχώπους* aureae regioni quae dicebatur ad Gangem vicinos, quos commemoravit Arrianus in Periplo maris Erythraei p. 35. ed. Hudson. Sed tamen ut Scytharum potius moribus viventes ita vocasse Aeschylum Arimaspos monuit Völckerus p. 184. Itaque solum relinquitur hoc, quod simplicius per Asiam in Aegyptum adducatur Io, quam si eam iterum ac fortasse tertium in Europam redeuntem faciamus. Sed tamen his illa etiam in Supplicibus has continentes attigisse narratur his verbis v. 528.

διχῇ δ' ἀντίπορον
γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον
κυματίαν ὁρίζει.

Quibus uterque Bosporus significatur. Quid vero si Aeschylus ob id ipsum, quod ex Asia hic rursum in Europam deducturus esset vagam virginem, ne Europam ter peragrantem faceret, consulto in superioribus

vitavit Thracii Bospori, quem traiecisset, mentionem? Certe mirum est quod eam Argis ad Lernaeum litus profectam dicit, quasi mare debeat transnatare, et tum abrumpit narrationem, eiusque postea magnam partem se omittere indicat v. 828.

ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,

quo videtur cavisse ne obiici posset neglectio Bospori Thracii. Augent hanc suspicionem quae Hyginus refert fab. 145. *at Iuno formidinem ei immisit, cuius timore exagitatam coegit eam ut se in mare praecipitaret: quod mare Ionium est appellatum. Inde in Scythiam transnavit, unde Bospori fauces* (sic scribendum videtur, non *fines*) *sunt dictae.* Obstare autem illorum opinioni, qui iter statim ex Asia in Libyam perducunt, rem gravissimam, Arimaspos, apparet, qui quomodo in orientem transferri contra omnis antiquitatis fidem possint, ipsi non habent dicere defensores illius sententiae, si a Klausenii illo de quo dictum est e Strabone advocato auxilio discesseris. Itaque Welckerus in Trilogia p. 144. eo confugit, ut redire Aeschylum, ubi Arimaspos memorat, ad omissam partem narrationis statuat. Hoc quidem modo veteres scriptores interpretari non licet. Arripuit tamen hoc artificium Völckerus, eoque, quum Gorgones ad Cyrenam habitare ei placeat, multo mirabiliorem in modum usus est p. 227. Quid? ubi in ipsis maxime meridianis locis est Io, Prometheus ei dicat quid in extremo septemtrione vitari oporteat? Haec quidem monstra se ipsa interficiunt. Aut orienti sunt admovendi Arimaspi una cum Gorgonibus, aut Gorgones transferendae ad Arimaspos? Et de Gorgonibus quidem pugnantia traduntur. De quarum sedibus quae prolixissime disputavit Völckerus comprehendemus verbis scholiastae Pindari ad Pyth. X. 72. *αἱ δὲ Γοργόνες κατὰ μέν τινας ἐν τοῖς Ἐρυθραίοις μέρεσι καὶ τοῖς Αἰθιοπικοῖς, ἅ ἐστι πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν, κατὰ δέ τινας ἐπὶ τῶν περάτων τῆς Λιβύης, ἅ ἐστι πρὸς δύσιν. ὅτι δὲ αἱ Γοργόνες οὐκ εἰσὶ πρὸς ἄρκτους δῆλον· οὐδεὶς γὰρ ἱστόρησεν.* Atqui aut hoc quoque falsum est, ab nullo scriptore ad septemtrionem collocatas esse Gorgones, si Arimaspi, quos iis consociat Aeschylus, illinc removeri nequeant, aut Arimaspos transferre cogimur eo ubi Gorgones istae habitant. Id miro quodam modo fecit O. Müllerus in Doriensium vol. I. p. 276. seq. Damasten apud Stephanum Byzantium in v. *Ὑπερβόρεοι*, cuius verba infra afferemus, sine dubio Arimaspos in septemtrione Ponti Euxini et quidem paullum orientem versus posuisse censens, in quam rem Vkertum de Damaste p. 48. auctorem adhibere videtur; Issedones autem et Arimaspos et griphos negans occidenti admoveri posse, quod ex testimoniis a Vossio allatis patere; Hyperboreos contra ad occidentem migrare potuisse avulsos ab Arimaspis: nihilque in contrariam partem valere Antimachi et Pherenici auctoritatem. Mihi haec imperiosius dicta videntur: neque aut apud Vossium invenio quod ait, et Vkertus, quam exigua fides Damastis sit, ex Strabone I. p. 47. docet.

Non negaverim ego quidem, concedi hoc fortasse Aeschylo posse,

ut, quoniam griphi etiam in orientis oris memorantur, Arimaspos quoque illuc admovere sibi licitum putaverit. Sed difficilius tamen hoc ad credendum est, quam ut non illa eum praetulisse censeamus, quae minus a communi fama abhorrerent. Quare si quid in hac rerum ambiguitate, in quam versibus illis qui interierunt coniecti sumus, licet dispicere, probabilius videtur reflecti iter ad septemtrionem in Europam, proferrique per occidentem Libyae ad Aegyptum. Et quis sciat an simili quodam invento, ut Hercules apud Pherecydem in fabuloso illo poculo Solis per Oceanum circumvectus ad Prometheum venit, etiam Io ad Hyperboreos fuerit delata? Sed de his nihil constat: illud videndum est, quid pro isto itineris ad septemtrionem cursu afferri possit. Galenus in comm. prima ad Hippocratis Epidem. VI. p. 454. vel V. ed. Bas. sive XVII. p. 879. ed. Lips. quid *πέμφιξ* significet declarans, haec scripsit, *Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ*

εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
δυςχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄφνω.

Et paullo post, *ἐπὶ δὲ τῆς ῥαπίδος ὁ αὐτός φησιν ἐν Προμηθεῖ*

ἐξευλαβοῦ δὲ μή σε προςβάλῃ στόμα
πέμφιξ· πικρὰ γάρ, κοὐ διὰ ζωῆς ἀτμιοί.

Hi versus quod in superstite fabula non legerentur, a viris doctis tributi sunt Soluto Prometheo: in quo etsi potuerunt scripti esse, quum ventos vehementissimos flare in illis locis, ubi cum Liguribus pugnaturus esse Hercules in illa fabula dictus est, Strabo tradiderit, tamen nondum satis iusta inventa est caussa, qua errasse aut Galenum aut librarios in Vincti Promethei nomine doceremur. Videtur autem etiam alterum fragmentum ex eadem qua prius tragoedia sumptum esse, primum quia simpliciter ex Prometheo affertur, ut consentaneum sit intelligi eum qui erat indicatus, tum quia nomen illud *πέμφιξ* in utroque est, cuiusmodi vocabulorum repetitiones Aeschylo sunt usitatissimae.

Gorgoneos campos ubi quaerere oporteat, si communem famam secutus est Aeschylus, non potest obscurum esse. Hesiodum Gorgones ante Hesperides, *πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός*, collocare constat. Plerique in Libya ad extremum occidentem ponunt, quorum testimonia congessit Völckerus. Quod si his eas in locis Aeschylus quoque habitare voluit, haec verba, *πόντον περῶσα φλοῖσβον*, ad illud mare spectare necesse est, quo Libya ab Europa separatur. Non est id autem fretum Gaditanum, sed longe extra columnas Hercules. Erythia enim aliaeque multae eaeque non prorsus ignotae atque inaccessae regiones extra illas columnas esse putabantur: de qua re exposuit Valckenarius ad Herod. IV. 8. Itaque si in Libya sedem Gorgonum esse putavit Aeschylus, recte dictum esse patet v. 808.

τηλουρὸν δὲ γῆν

ἥξεις κελαινὸν φῦλον,

nec mirari debemus, quomodo ad Aethiopes in Libya venerit Io non traiecto freto Gaditano: quippe iam erat in illa parte orbis. Teneamus igitur sic, in extremo occidente Libyae, et fortasse, propter illud Hesiodi ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, in locis aliquantum ad septemtrionem vergentibus, campos illos Gorgoneos Cisthenamque esse, quam τέρματα γῆς vocavit Cratinus. Ita conciliari potest illud, quod Harpocratio adnotavit, Thraciae montem esse Cisthenam, cum Aeschyli scholiastarum opinione, qui Libyae vel Aethiopiae esse dicunt. Aethiopiae quidem dicta esse videtur Cisthena quod mox Aethiopes memoravit Aeschylus: Libyae autem certo est, si sunt Gorgones. Hae vero si inter occidentem et septemtrionem, quum ex Thracia Boreas flaret, videri potuit pro itineris quod Cratinus describebat ratione Thraciae mons esse Cisthena. Aeschylus quidem quae de Phorcidibus praedicat,

ἃς οὔθ' ἥλιος προςδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔτε νύκτερος μήνη ποτέ,

ita sunt illi caeli plagae accommodata, quam Homerus πρὸς ζόφον appellat, ut maxime in loca media inter occidentem et septemtrionem expetant, quibus opposita sunt illa, quae sunt πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. Nec profecto est quod aliquem moretur illud, quod supra e scholiasta Pindari est allatum, qui Gorgones negat a quoquam ad septemtrionem collocari. Nam diserte id facere prohibebat vetustissima fama, quae earum sedem ante Hesperides ponebat aut in Libya, cuius ipsum nomen de meridianis oris cogitare iubet. At Hesperides quoque Apollodorus apud Hyperboreos esse iudicavit. Cuius opinionis Völckerus p. 149. praeter hunc duos alios testes excitavit, Pherecydem et Tzetzam. Sed Tzetzes quidem, qui haud dubie Apollodorum secutus est, quum in Chil. II. 357. scripsit

ἐξ Ἑσπερίδων ἀγαγεῖν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων,

non alium potest usum praebere, quam ut prodat eadem se quae nos hodie apud Apollodorum legisse, II. 5, 11. §. 2. de pomis Hesperidum ita scribentem, ταῦτα δὲ ἦν οὐχ ὥς τινες εἶπον ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις. Nescio tamen an ille hoc non tam auctoris cuiuspiam fide quam sua ex coniectura dixerit, quod apud Pherecydem videret Herculem peragrata Libya Aegyptoque per orientalem Oceanum circumvectum, postquam ad Prometheum venisset, huius monitu ad Atlantem accedere, ut ab illo poma Hesperidum acciperet, Atlantem autem, Hercule interea caelum sustinente, abire ad Hesperides, reversumque inde Herculi poma tradere. Sic enim haec ex Pherecyde refert scholiastes Apollonii ad IV. 1396. in quibus prorsus nihil est, unde Pherecydem Hesperides cum Hyperboreis coniunxisse appareat. Sed ne indigemus quidem his auctoribus. Non est enim cur magnopere conturbemur Arimaspis, qui quod coniungi cum Hyperboreis soleant, Hyperborei autem ad solum septemtrionem pertineant, non sunt visi cum Gorgonum ad occidentem situ posse conciliari. Völckeri de his rebus disputatio

nec rite iacto fundamento nititur, et ipsa secum pugnat. Hyperboreos ille p. 149. et 168. praefracte negat usque ad occidentem inveniri. Recte illud quidem, et tamen etiam non recte. Nimirum quis Hyperboreos non dicat supra Boream habitare? Ipsa enim cogit vis nominis. Et ita, ut alios praeteream, Pherenicus apud scholiastam Pindari ad Olymp. III. 28. cuius versus, quorum duo etiam a Tzetza Chil. VII. 681. sunt allati, ita scribendi videntur,

ἀμφί θ' Ὑπερβορέων, οἵτ' ἔσχατα ναιετάουσιν,
νηῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμιοιο·
τοὺς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνέουσιν
Τιτήνων βλάστοντας ὑπὲρ δρόμον αἰθρήεντα
νάσσασθαι Βορέαο, ἔχειν τ' Ἀριμασπὸν ἄνακτα.

At aliud est habitare supra Boream, quod numquam non potest cadere in Hyperboreos, aliud videre, qui terrarum tractus creditus fuerit supra Boream esse. Atqui idem ille Völckerus, qui tam fortiter septemtrioni vindicat Hyperboreos, latissime eorum sedes patere atque adeo ad occidentem usque extendi non uno loco est confessus, ut p. 149. 152. seq. testaturque satis diserte Strabo XI. p. 507. *ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβόρρους κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν· οἱ δ' ἔτι πορρωτέρω* (sic scribendum videtur pro *πρότερον*) *διελόντες τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου καὶ Ἴστρον καὶ Ἀδρίου κατοικοῦντας Ὑπερβορέους ἔλεγον καὶ Σαυρομάτας καὶ Ἀριμασπούς.* Alia in hanc sententiam I. H. Vossius in Epistolis mythologicis, quamquam solita cum obstinatione, disputavit. Nobis satis est adiicere quae apud Stephanum Byzantium leguntur: *Ὑπερβόρεοι, ἔθνος. Πρώταρχος δὲ τὰς Ἄλπεις Ῥίπαια ὄρη οὕτω προσηγορεῖσθαι, καὶ τοὺς ὑπὸ τὰ Ἄλπεια ὄρη κατοικοῦντας πάντας Ὑπερβορέους ὀνομάζεσθαι. Ἀντίμαχος δὲ τοὺς αὐτούς φησιν εἶναι τοῖς Ἀριμασποῖς. Δαμαστὴς δ' ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν ἄνω Σκυθῶν Ἰσσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δ' ἀνωτέρω Ἀριμασπούς· ἄνω δ' Ἀριμασπῶν τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἐξ ὧν τὸν Βορέαν πνεῖν, χιόνα δ' αὐτὰ μήποτε ἐκλείπειν· ὑπὲρ δὲ τὰ ὄρη ταῦτα Ὑπερβορέους καθήκειν εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν. καὶ ἄλλοι ἄλλως.* Vt Posidonius, de quo scholiastes Apollonii Rhodii ad II. 675. *Ποσειδώνιος δὲ εἶναί φησι τοὺς Ὑπερβορέους, κατοικεῖν δὲ περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας.* Recentiorum qui de Hyperboreis scripserunt libros nominavit Sturzius ad fragmenta Hellanici p. 145. Antiquissimos tamen auctores in ipso septemtrione ponere Hyperboreos sat validis argumentis docuit C. O. Müllerus in Prolegomenis mythologicis p. 419. seq.

Redeunt haec eo, ut fateri debeamus Aeschylum ipsum iuxta cum aliis nescivisse qua certa in sede collocaret Arimaspos et griphos. Itaque postquam Io ad campos Gorgoneos trans mare in occidentem Libyae est adducta, aliud in illorum locorum vicinia periculum commemorat, Arimaspos, quique prope eos sunt auri custodes griphi, confundens am-

nem Plutonem cum iis quae de Tartesso metallifero fluvio acceperat. Eadem fere I. H. Vossii sententia est. Sive enim Aeschylus quem Plutonem vocat ex illa fama hausit, quae a Vibio Sequestre p. 15. his verbis est prodita, *Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum Scythae legunt,* sive aliunde petiit, is amnis re, non opinione Aeschyli, si Gorgones ad occidentem sunt, Tartessus est, de quo Stesichorus apud Strabonem III. p. 148.

σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥύτους.

Ibi certe Gorgones posuit Tzetzes ad Lycophr. 633. p. 721. *ὥσπερ καὶ αἱ Γοργόνες ἐν Ταρτησσῷ τῆς Ἰβηρίας, κἄν τινες ἐν Ταρσῷ ταύτας εἶναι λέγωσι·* et ad v. 838. p. 825. de Perseo, *πετόμενος ἦλθεν ἐπ' αὐτὰς τὰς Γοργόνας ἐπ' Ὠκεανὸν οὔσας περὶ πόλιν Ἰβηρίας τὴν Ταρτησσόν.* Quod ut ille sua ex coniectura dixerit, tamen ipse Völckerus, qui eum non recte sic coniecisse p. 46. contendit, iisdem in locis apud Hesiodum sedes Gorgonum esse concedit p. 19. Spanhemio quidem nemo assentietur ad Aristophanis Plut. v. 727. et ad Callimachi h. Deli v. 291. Plutonem deum dici putanti, quod *τὸν ᾅδου ποταμὸν Ἀχέροντα* habeat scholiastes Apollonii ad II. 353. quamquam alio modo ista huc rettulit I. H. Vossius. Quod si campos Gorgoneos Aeschylus in confiniis septemtrionis et occidentis esse voluit, moneri putanda est Io, ut, ubi traiiciendum sit fretum Oceani, trans fretum illud Phorcidum et Gorgonum adspectum fugiat, cis autem auri custodes griphos atque Arimaspos declinet. Griphi illi, quos quum alii, tum Herodotus III. 116. IV. 13. 27. cum Arimaspis coniungit, ab Romanis *pici* dicebantur: vide Nonium p. 152. Turnebum Advers. XXIII. 26. XXIV. 23. Plautus Aulularia IV. 8, 1.

pici divitiis qui aureos montes colunt
ego solus supero.

Brevi deinde praecidit Aeschylus, quumque, si Gorgones trans Oceanum in Libya sunt, iam sit ea in terra Io, pergit v. 808.

τηλουρὸν δὲ γῆν
ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.

Hac quoque in parte itineris, sive ab oriente per Asiam, sive ab occidente Libyae venientem fecit vagam virginem, non veram illarum regionum formam, sed quam ipse ex diversis neque inter se cohaerentibus finxerat auditionibus imaginem est secutus. Quod si illorum vera est opinio, quibus per Asiam venire traiecto sinu Arabico visa est Io, aut locum in quo sol oritur putandus est *ἡλίου πηγάς* vocasse, aut transtulisse illuc quae de fonte solis inaudivisset, Aethiopes autem esse illos quos in Supplicibus v. 271. seqq. Indos vicinos dixit. Nam quod Klausenius p. 312. suspicatur, fontes illos esse Aethiopis fluvii, commentum est plane ventosum. Nec magis verum esse potest, quod idem pagina praecedente

multoque ante eum Waltherus putabat, Aethiopem illum fluvium Nilum esse superiorem usque ad cataractam: id enim si credidisset Aeschylus, v. 812. seq. non *ἔνθα Νεῖλος*, sed *ἔνθα ποταμὸς ἵησι ῥέος* dixisset: sed haud dubie ille alium intelligebat fluvium, qui cum Nilo confluereret. Expeditior tamen res in hac quoque itineris parte videtur, si ab occidente Libyae venisse Io statuitur. Nam et Aethiopes illa regione sunt, et fluvius ibi est, Aethiopes a ceteris populis disterminans, quem Nigrim vocant geographi. De eo fluvio quum scribat Solinus cap. 25. *ultraque adhuc amnis qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quae torrente perpetuo sole et nimio plus quam ignito numquam ab aestu vindicantur*, vehementer reprehensus est a Salmasio p. 215. b. quod ista male intellecto Plinio confinxerit: non iniuria fortasse, sed tamen non incredibile est talia propter locorum naturam a quibusdam esse excogitata, mireque conspirat hoc nomen *Αἰθίοψ* cum illa opinione, si quidem aliquid de isto Nigri inaudivit Aeschylus. Fons solis autem, qui est ad Ammonis oraculum, de quo videndi Diodorus Siculus XVII. 50. Pomponius Mela I. 8. interpretes ad Q. Curtii librum IV. 7, 22. una cum catabathmo ex septemtrionali Africa sumptus est. Est is catabathmus maior, quem solum ante Augusti tempora eo nomine dictum esse docuit Waltherus in dissertatione quam de eo scripsit. Eum significationis similitudine deceptus poeta confudit cum cataracta Nili. Qua culpa eum sic liberare studuit Waltherus, ut cataractam ab eo *καταβασμόν* appellatum esse contenderet. At eo ipso arguitur facta confusio. Montes Byblini illa in regione non sunt ab aliis memorati: sed Byblus, oppidum munitissimum, fuit in Aegypto. Ctesias Pers. cap. 33. *φεύγει δὲ πρὸς τὴν Βύβλον Ἴναρος· πόλις ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὕτη.* Stephanus *ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ, πόλις ἀσφαλεστάτη.* Et quum edito in loco exstructa urbs ab ipso situ multum praesidii habeat, facile credi potest montes aliquos Byblinos aut fuisse aut ab Aeschylo esse fictos: nisi tamen ille famam longe alio spectantem immiscuit. Nam Athenaeus I. p. 31. ubi de vino Biblino disserit, de quo aliae aliorum opiniones fuerunt, commemoratae illae a Mazochio ad tabulas Heracleenses p. 200. seqq. cui addendus est Blomfieldius ad Prom. v. 836. sic scribit, *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπό τινων ὀρῶν Βιμβλίνων φησὶν αὐτὸν ὠνομάσθαι.* Id paullo disertius tradit Hesychius, cuius codex in v. *Βίμβλινος* haec habet, *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ ῥοιῶν Βιμβλίνων. ἔστι δὲ Θράκης.* Emendate edidit Bekkerus in Anecdotis p. 225, 31. *Βίβλινος. εἶδος οἴνου καὶ γένος ἀμπέλου ἐν Θρᾴκῃ. καὶ ὁ παλαιὸς οἶνος. Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ ὀρῶν Βιβλίνων. ἔστι δὲ Θρᾴκης.* Sed ibi quoque *ῥοιῶν* in codice est.

ADNOTATIONES AD PERSAS.

2. *πίστα* M. Vit. Ald. Rob. *πιστά* Lips. *πιστὰ* G. Turn.

3. *ἀφνεῶν* M. Vit. Lips. edd. vett. et *ει* superscripto Par. B. *ἀφνειῶν* G. Ven. B. aliique. *τῶν* pro *καὶ* Lips. Rob.

4. 5. Verba *ἑδράνων φύλακες κατὰ πρεσβείαν* in Vit. omissa, sed a pr. manu in fine paginae post verba *ὅ τε τοξοδάμας ἐσθλὸς* v. 31. scripta sunt, signo addito, quo error corrigatur, et adiecta hac adnotatione, *λήθη γέγονε καὶ οὐκ ἐτέθη ὁ τοιοῦτος στίχος εἰς τὴν τάξιν τούτου.*

6. *δαρειογενὴς δαρείου υἱὸς* M. Vit. Lips. Ven. A. aliique et Ald. *δαρειογενὴς υἱὸς δαρείου* G. *δαρειογενὴς υἱὸς* Par. F.

8. *νώστω τῶ βασιλείου*, superscripto ultimis litteris *ω*, Lips.

9. *πολυχρύσους στρατιὰς* M. Par. L.

10. *ὀρσολοπεῖται* M. et inde Victorius. *ὀρσοπολεῖται* G. Vit. Ven. A. B. aliique et Ald. Rob. Turn. In G. ad *εῖ* superscriptum *η*. Hesychius *ὀρσολοπεῖται, διαπολεμεῖται, ταράσσεται. Αἰσχύλος.* Cognatum videtur *ὀρσόλοπος* cum vocabulis *ὀλόπτειν* ex *λέπω* facto et *ὀλοφώϊος* et excitatorem vellicationis ac proinde turbae et tumultus significare.

11. *ἔσωσεν* Lips. Omittit Vit. *δὲ βαΰζει* hic non habent libri.

12. *ἀσιατιγενὴς* Turn. *Ἀσιητιγενὴς* Blomfieldius. Repugnare hanc formam analogiae monuit Lobeckius ad Phryn. p. 646.

13. *οἴχωκε,ν ἑον δ'* M. *οἴχωκε νέον δ'* G. Rob. *οἴχωκεν νέον δ'* Lips. *ᾤχωκε νέον*, sine particula, Vit. *ᾤχωκε νέον δ'* Ald. Turn. V. de hoc verbo Lobeckium ad Soph. Ai. v. 896.

Scholiastes *γράφεται καὶ ἑόν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα.*

Post *νέον δ'*, vel, ut Vit. habet, *νέον*, omnes libri addunt *ἄνδρα βαΰζει.* In explicandis his verbis iam antiqui interpretes in diversa abierunt. Alii enim *θυμός*, alii *Ἀσία* ad *βαΰζει* intelligendum putarunt. Audaciorem manum, sed parum feliciter, admovit Valckenarius, cuius ipsa verba cognoscere operae pretium est. Sic igitur ille ad Eur. Phoen. v.

1489. *In Aeschyli Persis sic vulgatur v.* 12. *et* 13.

πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
οἴχωκε· νέον δ' ἄνδρα βαΐζει.

In his dum clauditur sententia, versus requiritur paroemiacus, quo sponte ducit in ultimis modulus — ὄρα βαΐζει. Sed quis obsecro vel quae regio βαΐζει; ἡ Ἀσία respondet scholiastes, huiusque vestigiis insistens Stanleius. Quid illa latratu requirit? νέον ἄνδρα· sic iuventutem appellasset Aeschylus. Quantivis pretii lectionem servavit scholiastes: γράφεται, inquit, καὶ ἑόν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα. Hoc ita placet, ut alterum tamen νέον non reiecerim: hanc vocem, in antiquis exemplaribus hoc in loco lectam, suspicor oculos fefellisse describentis, ut duas intermedias praetermiserit, quarum altera desierit in easdem litteras: has utinam nobis vir clarissimus Antonius Askewius ex codd. vetustis revocaret. Interim lubet hariolari. Suspicor basin anapaesticam hic praecessisse versum paroemiacum, atque ita scripsisse tragicum:

πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
ᾤχωκε νέον,
[Περσὶς δ' ἑὸν] ἄνδρα βαΐζει.

Quae vulgatis esse meliora non diffitebitur in tragicis exercitatissimus Anglus: reliqui, si qui Persida sic mirabuntur ab Asia distinctam, legant ex eodem dramate v. 249. 250. ὦ γῆς ἁπάσης Ἀσιάδος πολίσματα, ὦ Περσὶς αἶα καὶ πολὺς λιμήν, *et seqq. conf. v.* 59. *et seqq.* 512. 548. 925. — *Illud* Ὤιχωκε (*nam si quis Aeschyleam veterem praeoptaret scripturam,* ΟΙΧΟΚΕ *foret reponendum*) νέον, *id est* νεωστί, *peropportunum est et Aeschyleum; in huius Prom. v.* 954. Νέον νέοι κρατεῖτε· *Schol. recte,* Νέον, *inquit,* νεωστί· οὐ γὰρ ἀρχαία ὑμῶν ἡ βασιλεία. *Bacchum, cuius adspernabatur sacra,* τὸν νεωστὶ δαίμονα *vocat Pentheus in Eurip. Bacch. v.* 219. *et in his Phoen.* 1637. *novellum Regem exosa Antigone* τὸν νεωστὶ κοίραν*ον. frequens* ἥκω νεωστί, *Aeschylus Agam. v.* 1634. ἥκοντας ἐκ μάχης νέον. *est illud Homericum, Sophocli nusquam, in Euripideis semel adhibitum.* Doleas hic, ut alibi non semel, obrutum doctrinae copia iudicium viri praestantissimi. Nam ne quid dicam de paroemiaco, qui hic ne placere quidem potest, quum vis sententiae in sequentibus verbis insit, quis credat poetam ᾤχωκε νέον scripsisse, quum, si nuper abiisset exercitus, ridiculum foret sollicitos esse qui domi manserant. Immo iam diu abesse exercitum necesse erat, si illi metuerent, idque ipse poeta, ut par erat, indicavit non modo his verbis, κοὔτε τις ἄγγελος, οὔτε τις ἱππεὺς ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται, sed apertius etiam infra v. 64. τοκέες δ' ἄλοχοί θ' ἡμεροκεγδὸν τείνοντα χρόνον τρομέονται. Verum in vulgata scriptura explicanda et illud perdurum atque adeo ineptum est, θυμός ad βαΐζει intelligere, nec probari potest illorum sententia, qui Ἀσία ex Ἀσιατογενής repetunt. Quod nego fieri posse servato νέον ἄνδρα. Nam quum in adiectivo latet genitivus nominis, quod ad sequentia intelligen-

dum est, ita oportet conformatam esse orationem, ut quid intelligendum sit vel ex pronomine aliquo vel alio modo appareat. Sic in illo Euripidis Hec. 22.

πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ,

ubi alia exempla attulit Porsonus, e pronomine cognoscimus sermonem esse de Priamo: omisso pronomine uterque versus non posset non de domo Priami intelligi. Quae in scholiis commemoratur scriptura, *ἐὸν δ' ἄνδρα βαΰζει*, correctio esse videtur alicuius grammatici, qui quod vulgatae scripturae sensum hunc esse animadverteret, *exercitus novum militem requirit*, ineptum id esse videns, verba illa in hanc sententiam accipienda putavit, *omnis Asiae potentia periit, suamque requirit iuventutem.* At ita poeta verbis usus esset ineptissimis. *Βαΰζει* scholiastae per *ἀνακαλεῖται* reddunt. Sed nec demonstrata est ea significatio, et, si haec esset sententia, non solum repeteretur quod modo dictum est, verum etiam interpellaretur explicatio caussae cur mala praesagiat animus. Videtur error ex eo ortus esse, quod omissum antea et deinde in margine adscriptum erat *δὲ βαΰζει*: tum librarius aliquis, quo loco reponenda essent, nesciens, post *ΝΕΟΝ*, quod non vidit esse *νέων*, ea addidit adiecitque explicandi caussa *ἄνδρα*. Aeschylum credibile est scripsisse

ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ
κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται
θυμός, ἔσωθεν δὲ βαΰζει.

Similiter dixit in Agam. v. 429. *τὰ δὲ σῆγά τις βαΰζει.* Sic igitur hos versus conformavi.

14. *κ' οὐτέ τις* et *οὐτέ τις* M.

15. *τὸ*, non *τῷ*, etiam M. habere videtur.

16. *ἢ δ'* M. *ἠδ'* Lips. Libri omnes *ἐκβατάνων*, nisi quod Lips. *ἐκβάταν*.. habet. Brunckius *Ἀγβατάνων* dedit, ut antiquiorem formam, auctore Wesselingio ad Herod. I. 98. Sed Stephanus Byzantius in *Ἀγβάτανα*, ubi pluribus disserit de diversa huius nominis scriptura, *παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις*, inquit, *διὰ τοῦ ε̄ τὸ Περσικόν, ὡς δειχθήσεται.*

17. *εἰς* pro *καὶ* Rob. *κίσσιον* a pr. manu Vit. a sec. ante *ο* insertum *ν*. Blomfieldius ex coniectura *Κίσσιον*. Non recte, etsi laudandus est quod haesitavit in perrara terminatione adiectivi a nomine gentili derivati. Ex analogia enim dici debebat *Κισσιακόν*. Sed ita etiam in Prom. v. 812. *Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο.* Ceterum quod *Κίσσινον ἔρκος* appellat Aeschylus, re vera non diversum erat a Susis, licet illi ita visum sit. V. Herod. V. 49. et 52. Strabo XIV. p. 728. A. *λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι.* Stanleius, qui Cissiam urbem a Ptolemaeo commemorari ait, fallitur. Regionem ille, non urbem dicit, distinguens tamen ut partem a Susiana.

18. *ἔβαν*, superscripto posteriori vocali *η*, Lips.

19. Verba *οἱ δ' ἐπὶ ναῶν*, usque ad *Μεγαβάζης* v. 23. affert Triclinius ad Soph. El. 157. *οἵδ'* G. Vit. Ald. Rob. *οἱ δ'* M. Lips. Turn. *νηῶν* M. Vit. *ναῶν*, superscripto *η*, Lips. *νηῶν τε* Mosc.

20. Post *πεζοί τε βάδην* aliquid excidisse cogitari potest. Certe egregie huc quadraret, quod apud Hesychium sine auctore legitur, *πολλὴ φαρέτρα*, addita explicatione *πολλοὶ τοξόται*. Vtique *βάδην* ad sequentia referendum, neque, ut Blomfieldius fecit, *πεζοὶ βάδην* iungenda.

21. *στῖφος* M. *στίφος* G. Vit. Lips. edd. ante Brunckium.

22. *οἶος* a sec. manu, nam antea videtur fuisse *οἶ*, Vit.

ἀμνίστρης Vit. Ven. A. *ἀμνήστρης* Ald. *ἀμήστρης* Rob. *ἀμίστρης* M. G. Lips. Turn. Apud Herodotum *Ἀμηστρις* nomen est uxoris Xerxis. In hac Aeschyli fabula infra v. 315. nomen viri est et fortasse eiusdem de quo hic agitur. Vt ibi plerique libri *ἄμιστρις* habent, ita hoc loco idem legitur in editionibus veteribus scholiastae Sophoclis.

ἢ δ' M. *ἤδ'* Lips.

ἀρταφρένης, cum unius litterae litura post *ε*, M. *ἀρταφρένης*, superscripto ad secundam syllabam *ϊ*, Mosc. *ἀρταφέρνης* G. Lips. aliique.

23. *μεγαβάτης* M. Vit. Ven. A. B. *μεταβάτης* Mosc. Ald. *μεγαβάζης* G. Lips. Rob. Turn. et sic apud Triclinium. Ab Herodoto VII. 97. commemoratur *Μεγάβαζος ὁ Μεγαβάτεω*. *ἢ δ* M. *ἤδ'* Lips.

ἀστάσπης M. G. Lips. Par. B. Turn. *ἀστάπης* Ven. A. Mosc. aliique et Ald. Rob. et a sec. manu Vit. *ἀτάτης* a pr. manu Vit. *ἀστάτης* Par. C. *γρ. καὶ ἀστάσπις* Par. B. *Ἀσπάσπης* varia lectio apud Turnebum. Non inepte quaerit Stanleius idemne sit hic qui ad Herodoto VII. 64. *Ὑστάσπης* vocetur.

25. *βασιλῆς* M. G. Turn. *βασιλεῖς* Vit. Lips. aliique et Ald. Rob. *βασιλέων*, superscripto *ς*, Lips.

26. *σοῦντον* Lips.

27. *τοξοδάμαντον* Mosc. *τ'* omittunt G. Vit. *δ'* pro *ἢδ'* Mosc. *ἢ δ'* M. *ἤδ'*, priore littera a sec. manu in litura, Vit. *ἤδ'* Lips.

29. *ἐν τλήμονι* M. Vit. Lips. Ven. A. B. Ald. Turn. *εὐτλήμονι* Par. A. B. et e corr. pr. manus G. quum antea fuisset *ἀτλήμονι*, quod est in Rob.

30. *ἀρτιμβάρης* G. *ἀρτεμβάρης*, superscripto *ο* ad *ε*, Lips. *ἀρτεμβάρης* M. Vit. et reliqui. Sic hoc nomen scribitur v. 297. 945. et apud Herodotum I. 114. 115. 116. IX. 122. *ἱπποχάρμης* Lips.

31. Infra v. 944. libri meliores et plerique *μασίστρας*. Apud Herodotum *Μασίστης* nomen est VII. 82. IX. 107. 113. *Μασίστιος* VII. 79. IX. 20. 24.

32. *ἵμαῖος* M. *ἱμαῖος* G. Lips. *ἰμαῖος* Vit. edd. *φαρανδάκης* libri etiam v. 932. Apud Herodotum aliosque invenitur *Φαρανδάτης*: v. Wesselingium ad Her. p. 726, 86.

33. *ἵππων ἐλατὴρ* Colb. 1. Ox. Par. C. Ald. Turn. *θ' σωσθά-*

νης Ald. *καὶ σωσθάνης* Turn. *σοσθάνης* M. Cantabr. 2. Mosc. *σοισθάνης* Vit. *σοσθένης* Ven. B. *σωσθένης* G. Cantabr. 1. Par. L. *σωσθάνης* Lips. Rob. Guil. Kieserus coniecit *τ' Ὀστάνης*, afferens Diogenem Laertium prooem. 2. Plinium H. N. XXX. 1. Suidam in *Ὀστᾶναι* et in *ἀστρονομία*.

35. *ἔπεμψεν* M. Rob. *ἔπεμψε* G. Vit. Lips. Ald. Turn.

Schol. *τινὲς διαιροῦσι τὸ σουσισκάνης καὶ πηγὰς καὶ ταγών.*

36. *πηγαστάγων* M. *πηγασταγὼν* G. Lips. Par. B. Ald. Turn. *πηγάσταγὼν*, priore accentu postea expuncto, Vit. *πηγὰς τ' ἀγὼν* Rob. *γρ. πηγάς τ' ἄγων ἄρχων* adnotatum in G. *γρ. πηγὰς τ' ἀγὼν* margo Lips. *γρ. πηγᾶς ταγῶν* Par. B. *πηγᾶς ταγὼν* Cantabr. 1. Etiam in scholiis, ut vidimus, adnotatum est a nonnullis divisim scribi *πηγὰς ταγών*.

αἰγυπτογενὴς M. Lips. Ven. A. Mosc. Ox. Par. L. Ald. Turn. *αἰγυπτιογενὴς* G. Vit. Ven. B. Rob.

37. Hunc versum et sequentis verba duo priora habet Photius p. 258, 4.

μεμφίδος G. Turn. *μέμφικος* Vit.

38. *μέγας τ'* Lips. Mosc. *Ἀρσάκης* apud Photium. Sed *Ἀρσάμης* legitur etiam v. 303. et apud Herodotum VII. 69. *ὠγυγίους* M. G. Lips. Ven. B. Par. A. B. C. *ὠγυγίας* Vit. Ald. Turn. *ὠγυγίου* Rob.

40. *ἐλειοβάται* Vit. Lips.

41. *ἀνάριθμον* Ven. B. Colb. 1. Par. C. Turn. *ἀνήριθμον* Cantabr. 2. *πλῆθος τ' ἀνάριθμοι. γρ. πλῆθος καὶ τ' ἀνάριθμον* Par. B.

42. *ἁβραδιαίτων* Lips. *ἕσπεται* Vit. Ald. Rob.

43. *ἐπί παν*, ut ante lituram *πᾶν* scriptum fuisse videatur, M. De mensura vocis *ἐπίπαν*, de qua etiam Blomfieldius dixit, videndus est in primis Boeckhius in dissertatione quam Germanice scripsit de critica tractatione Pindari p. 82. seqq.

ἠπειρογενεῖς ante sec. manus correctionem Vit.

Blomfieldium, qui recte observavit noluisse Aeschylum Ionum mentionem facere, sed comprehendere eos nomine Lydorum, quorum intra fines sex urbes Ionicas sitas esse dixerit Herodotus I. 142. miror in constructione verborum haesisse. Nam ex illa ipsa observatione patet sensum esse *Lydi, qui omnes continentis incolas comprehendunt*, i. e. etiam eos qui non sunt Lydi, Ionas.

44. *μητρογαθὴς* M. G. Cantabr. 1. Par. C. *μητραγαθῆς* Vit. *μητραγαθὴς* Ven. A. Ald. Rob. Turn. et primae syllabae *ι*, alteri *ο* superscriptis, Par. B. *μιθρογαθὴς* Par. L. *μιτρογαθὴς* Lips. Par. A. Hoc cum Brunckio praeferendum videtur. Persica nomina apud Herodotum sunt *Μιτραδάτης* I. 121. et *Μιτροβάτης* III. 120. 126. 127.

45. *ἀρκτεύς* M. Lips. Ven. A. aliique et ex corr. G. quum antea *ἀρκτός* fuisset. *ἀρητεὺς* Rob. *ἀρκεὺς* Vit. Ald. Turn. *ἀρτεύς*, supra scripto *ο*, Par. C. *βασιλῆς* M. *βασιλεῖς* Vit. Mosc. edd. vett. *βασιλῆες* G. *βασιλεῖες* Lips.

δίοποι M. Turn. *δίοπτοι* G. Vit. Lips. Ven. A. B. aliique et Ald. Rob. Dicit de Aeschyleo vocabulo *δίοποι* Eustathius p. 98, 46. 203, 11. Idem p. 1705, 53. alium Aeschyli locum spectare videtur. V. fragm. 244.

46. *καὶ* libri. *χαὶ* Blomfieldius. Hoc recepi: nam in consociatione rerum diversarum rectius adest quam abest articulus.

47. *ἐξορμῶσιν* M. *ἐξορμῶσι* G. Vit. Lips. et edd. ante Brunckium.

48. *τίρρυμα* pro *τρίρρυμα* M.

50. Hic versus deest in Ox. Posterius additus est in Ven. A. Post sequentem versum collocatus est in Ald. Rob.

στεῦνται, sed *ν* littera puncto notata, M. *στεῦται* Mosc. Explicat singularem scholion in M. Ceteri *στεῦνται*.

51. *δούλειον* libri. *δούλιον* scribendum esse monuit ante Stanleium Scaliger. *ἐλάδι* Lips.

52. *θάρυβις. γρ. θάρβις* G. *θάρυμβις. γρ. βάρβις* Lips. *θάρυθις* Ven. B. *τ' Ἄρυβις* Turn.

53. *δὲ* plene Vit.

55. *πέμπει σύρδην. ἴσθι δέ. γρ. σύδην ἀντὶ τοῦ ὁρμητικῶς, οὗ ἡ χρῆσις ἐν τοῖς ἑξῆς* Par. B. Aliter quam hic *σύρδην* dictum est in Rheso v. 56.

> *ὦ δαῖμον, ὅστις μ' εὐτυχοῦντ' ἐνόσφισας*
> *θοίνης λέοντα, πρὶν τὸν Ἀργείων στρατὸν*
> *σύρδην ἅπαντα τῷδ' ἀναλῶσαι δορί.*

Ibi enim haec est sententia, *priusquam ruens omnem Argivorum exercitum perderem.* Magis proprie Aeschylus *σύρδην* de longo tractu magnisque catervis dicit, quibus incedentes Babylonii vias impleverint. Nam *σύρεσθαι* de fluviis et maribus frequens est apud Dionysium periegeten. Comparari potest cum nostro verbo *schwemmen*, ut apud eundem Dionysium legitur v. 1076.

> *κείμενον, οἷα κύλινδρον ἐπὶ χθονός, ὅν ῥ' ἀπὸ πέτρης*
> *χειμερίου ποταμοῖο κάτω σύρουσι χαράδραι.*

Est ergo *σύρδην* de magnis copiis dictum, quae longis tractibus quasi inundant vias, ut nos *überschwemmen* etiam in communi sermone de numeroso exercitu dicimus, qua metaphora Aeschylus v. 89. seqq. utitur, *μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν* dicens et *ἅμαχον κῦμα θαλάσσης.*

ναῶν, superscripto *η* ad *α*, Lips.

56. *καὶ* omittit G. *λήμματι* Vit. Lips. aliique et Rob.

58. Post *ἕπεται* Ox. Ven. A. Ald. addunt *προτροπαῖς*. Ea voce in scholiis sequente versu *ὑποπομπαῖς* explicatur.

59. Libri *ὑποπομπαῖς*, nisi forte Veneti habent *ὑπὸ πομπαῖς*. Ita scribendum esse Abreschius vidit.

60. *γαίας* Vit. *αἴης* Par. A. B. et ut videtur Veneti. *αἴας* (non *αἴης*) M. G. Lips. edd. vett.

61. *οἴχετ'* Vit.

62. *οὓς περὶ* M.

64. δ' ex scholiastae adnotatione Blomfieldius. Libri τ'.

ἡμερόλεκτον G. e correctione. Antea fuerat ἡμερόλεγδον, ut in ceteris libris. Proparoxytonon est hoc adverbium apud Lucianum Lexiph. c. 9. apud Etymologum p. 429, 40. apud Photium, apud Suidam. Recte vero oxytonon apud Aristotelem Hist. An. VI. 21. Et sic volebat apud Lucianum Guyetus.

65. τρομαίονται G. et ante sec. manus correctionem Vit. τρομέοντα Lips.

66. πεπέρακε μὲν ὁ codd. Ald. Rob. πεπέρακεν ὁ Turn. Correxit Porsonus.

68. 69. γείτονα χώραν omittit Ven. B. χώρας, superscripto ν, M. χθόνα pro χώραν G. Lips. aliique et Rob.

71. ἕλλας M. Vit. Ven. A. B. Par. A. B. ἕλλης G. Lips. edd. ante Brunckium.

72. ὅδησμα Lips. γρ. ἔρεισμα margo Lips. γρ. ἔρεισμα τὴν ναῦν adscriptum ad ὅδισμα in M. ἔρεισμα Rob. ὅδισμα vocabulo explicationes πορειάν. ἔρεισμα. ὁδόν supra adscriptae in G.

74. ἀσίης ante correctionem G.

76. χώραν pro χθόνα G. Lips. aliique et Rob.

Eustathius p. 212, 42. τὸ δὲ ποιμὴν λαῶν, ταὐτὸν ὂν τῷ ἀνδρῶν ποιμάνωρ, συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε, καὶ τὸ τοιοῦτον ποιμνιον ποιμανόριον.

θεῖ' pro θεῖον Lips.

77. ἐλαύνοι δειχόθεν G.

78. θαλάσσας Blomfieldius. Idem recte sustulit comma quod vulgo post hanc vocem ponebatur, coniungens ἐχυροῖς ἐκ θαλάσσης στυφελοῖς ἐφέταις.

79. ἐχυροῖσι Cantabr. 1. Par. B. L. N. et ο ad primam syllabam superscripto M. γρ. ὀχυροῖσι Par. B. ὀχυροῖσι ceteri.

80. στυφέλοις libri. στυφελοῖς Blomfieldius.

ἀφέταις Colb. 1. Rob. Hesychius ἐφέτας, τοὺς ἡγεμόνας τῶν Περσῶν, καταχρηστικῶς.

χρυσονόμου M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. aliique et Ald. Turn. χρυσογόνου. γρ. καὶ χρυσονόμου Par. B. χρυσογόνου Rob. Vtramque scripturam commemorant scholia. Qui χρυσονόμου praeoptat, sic explicare debebit, ut idem sit quod χρυσεᾶς, neglecto significatu terminationis. Sed in compositis ex νέμω hoc fieri non videtur exemplis posse demonstrari. Praestat χρυσογόνου.

81. γεναιᾶς G. γεννεᾶς Lips.

ἰσόθεον φώς M. ἰσόθεον φῶς, ultima prioris vocabuli littera in ς mutata, G. γρ. ἰσόθεον φῶς Par. B.

82. Scribendum videri potest κυανόν. Sed videtur haec forma recentiorum scriptorum propria esse. Male Blomfieldius κυανοῦν, quod vulgaris linguae est. Peius etiam Wellauerus κυάνεον vocabuli non ulti-

mas, sed primas duas syllabas contrahendas esse putavit. λεύσων M. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. βλέπων Vit. sed antiquae sunt tantum litterae λε, ceterae a recentiore manu scriptae.

83. φοινίου M. G. Vit. Lips. Ven. B. aliique et Ald. Rob. φονίου Turn. δέρμα M. Lips. aliique nonnulli.

84. πολυναύτας Vit. Cantabr. 2.

85. σύριόν θ' M. ed. Vict. ἀσύριόν θ' Vit. Lips. Ven. A. aliique et Ald. ἀσσύριόν θ' G. Ven. B. aliique et Rob. Turn.

Alludi ad oraculum de pugna Salaminia Atheniensibus datum, quod est apud Herodotum VII. 140. in quo erat Συριγγενὲς ἅρμα διώκων viderunt et Blomfieldius et Suevernius in diss. Berolini a. 1824. hoc titulo edita, *Ueber einige historische und politische anspielungen in der alten tragoedie*, p. 4.

86. δουρικλύτοις M. Rob. Turn. δουρικλυτοῖς G. Ald. δορικλυτοῖς Lips. δορυκλύτοις Vit.

87. τοξόδαμιν Vit. ἄρη M. in quo ν supra versum ab alia manu additum, Par. C. Rob. ἄρην. γρ. ἄρη. κοινῶς. Par. B. ἄρην G. Vit. Lips. Ald. Turn.

88. ὑποστάς. γρ. ἐπιστὰς ἤγουν ἐναντιαθεὶς μαχεσάμενος (sic apud Fachsium) ἀντιστάς Par. B. Sensus est *nemo adeo probatus est, ut, si id in se recipiat, magna multitudine virorum ut valido munimento arcere possit invictum maris fluctum.* Audacter κῦμα θαλάσσης dicit copias navales, quas Graeci quamvis magno virorum numero non possint ab se propellere.

89. Post φωτῶν Vit. addit τάξεσιν οὐδ' ἄρα ἔρη ἴσχει, quorum ea quae post τάξεσιν leguntur, expuncta sunt. Colb. 1. addit τάξεσι, οὐδ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει. Quae ex notissimo Homeri versu sumpta esse vidit Vauvillersius. Eadem vero verba, sic scripta τάξεσιν οὐτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει, ut scholion adscripta sunt in M.

90. ἐχυροῖς M. G. aliique et Rob. ἐχυροῖσιν Ven. B. ὀχυροῖς Vit. Lips. Ven. A. aliique et Ald. Turn. ἕρκοισιν Ven. B. εἴργεις Lips.

93. λαός M. G. Vit. Lips. aliique et Ald. λεὼς Rob. Turn.

94. δολόμητην δ' ἀπάτην G. et ἀπάτην etiam Vit. ἅπάταν, ultimo α superscripto η, Lips.

95. θνητὸς Vit. θνατὸς, superscripto η, Lips.

96. 97. πηδήματος libri omnes. Tum, post hoc ipsum vocabulum, εὐπετέος M. G. Vit. aliique et Ald. Rob. Turn. εὐπατέος Lips. εὐπετέως Mosc. Par. L. εὐπετοῖς Porsonus. In Vit. post hanc vocem εὐπετέος, qua in eo libro versus finitur, a sec. manu additum est ἄτης, superne quidem hoc modo εὐπετέ$^{\text{ος ἄτης}}$, sed initiali ductu α litterae usque ad praegressum έ descendente, ut non videatur dubitandum esse quin, qui adscripsit ἄτης, id Aeschyli verbum esse putaverit, praesertim quum in versu qui infra hunc scriptus est simile quid factum sit in vocabulo ἀρ-

κύστατα, cuius primae quattuor litterae ab antiqua manu sunt, *'στατα* autem ab eadem illa manu, quae *ἄτης* scripsit, adiecta. Non deerit fortasse qui suspicetur scriptum alicubi fuisse *πήματος*, eiusque vocabuli explicationem esse *ἄτης*. Sed scholiastes in Vit. coniunxit *πηδήματος τῆς ἄτης ἀνάσσων καὶ κρατῶν*. Porro *ἀνάσσων* M. G. Vit. Lips. ceterique, ut videtur, codd. omnes et Ald. Rob. *ἀναίσσων* Turn. *ἀνάΐσσων* Vict. unde Brunckius et qui eum secuti sunt *ἀνάσσων* dederunt. Scholiastae *ἀνάσσων* sequuntur, genitivo *πηδήματος* moti. Sed haud dubie verum est *ἀνάσσων*. Brunckius genitivum illum *ποδί* constructum esse putavit. Nimirum, ut dubium illud *εὐπετέος* mittamus, *ποὺς κραιπνὸς πηδήματος* esset *ποὺς κραιπνῶς πηδῶν*. Verum tamen ista loquendi ratio a gravi simplicitate Aeschyli alienior est quam ut videatur probari posse. Scripsit ille, nisi fallor,

τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πήδημ'
ἅλις εὐπετῶς ἀνάσσων;

Sic infra v. 300.

πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο.

Et in Agam. v. 792.

ἵππου νεοσσός, ἀσπιδηφόρος λεώς,
πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν.

Apud Euripidem Iph. Taur. v. 315 (308.).

ἔμφρων δ' ἀνάξας ὁ ξένος πεσήματος.

98. Libri *σαίνουσα*. Scholiastes *ἡ γὰρ ἐκ θεοῦ, φησίν, ἀμαύρωσις καὶ δόλωσις ἀφυκτός ἐστιν. ἅμα γὰρ δολοῖ καὶ προσαίνει* (f. *προςσαίνει*) *καὶ κακοποιεῖ*. Scripsi *ποτισαίνουσα*. Lenius hoc quam ingeniosae coniecturae quibus Seidlerus in libro de versibus dochm. p. 407. metra restituere conatus est. Non est autem haec epodus in stropham et antistropham mutanda. *παράγε* Lips.

100. *βροτῶν* Ven. B. et *ο* ad *ῶ* superscripto Lips.

εἰς ἀρκύστατα libri praeter Rob. in qua est Turnebo memorata scriptura *ἀρκύσακτα*. Diu iam est quum scribendum vidi *εἰς ἄρκυας ἄτα*. Nam scholiastas nomen *ἄτη* in his versibus invenisse ex eo apparet, quod Homericos de *Ἄτῃ* versus afferunt.

101. *ὑπὲρ θνατὸν* M. G. Vit. et ceteri plerique. *ὕπερ θνατὸν* Ald. *ὑπερθνατὸν* Lips. *ὕπερθεν*, omisso *θνατὸν*, Rob. *ὕπερθεν τὸν* adnotavit Stephanus.. Ex scholio codicis Vit. in quo est *διὸ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον ὑπεκδραμόντα τὴν ἄτην φυγεῖν*, optimam et elegantissimam lectionem nanciscimur, *ὑπὲκ θνατόν*.

102. *ἀλύξατα* Lips. *φυγεῖν* omittit Ven. B.

103. *κατὰ* libri. *ἐκράτησεν* M. *ἐκράτησε* G. Vit. Lips. et edd. ante Brunckium.

104. *καὶ* pro *τὸ* Vit.

106. *ἱπποχάρμας* Ald. *ἱππιοχάρμους* Cantabr. 1. *ἱππειοχάρμους* Ven. B. *ἱππιοχάρμονας* Vit. Mosc.

107. πόλεων δ' ἀναστάσεις M. (non ἀνστάσεις) Vit. Lips. Ven. A. aliique et Ald. δ' omittit Ven. B. πόλεών τ' ἀνασιάσεις G. aliique et Rob. πόλεων τε ἀνστάσεις Turn.

108. 109. θαλάσσης πολιαινομένης M. G. Lips. Ald. Turn. In Lips. ς participii a recentiore manu est. θαλάσσις (superscripto ας) πολιαινομένας Vit. θαλάσσας πολιαινομένας Par. A. B. Rob. et, ut videtur, Ven. A. B.

λαύρῳ G. Ald. Rob.

110. ἐσόρᾶν M. ἐσ ὁρᾶν Vit. Ald. ἐσορῶν Lips. γρ. ἄλγος Par. B. Suppl. 834. δι' ἁλίρρυτον ἄλσος.

111. πίσσυνοι Ald. Rob. πισύνος G.

112. τε omittit Vit.

Scholiastae de solis navibus hic agi putant, Schützius λεπτοδόμοις πείσμασι ad naves, λαοπόροις μηχαναῖς ad pontes refert. In Schützii explicatione hoc displicet, quod ista navium et pontium distinctio, tam ambigue significata, exilis videtur ideoque indigna Aeschylo. Mihi quidem omnia de pontibus videntur intelligenda esse. Nam si haec de navibus accipiantur, non satis verum est, ideoque ne satis aptum quidem, Persas dici navibus assuefactos esse. Navibus enim non tam ipsi Persae quam socii eorum utebantur, quod recte monuerunt scholiastae. Atqui de his, ut maritimis et pridem deditis navigationi, non recte diceretur nunc eos didicisse artem navigandi. Illud vero ut novum et insolens et quod sollicitudinem, ut statim dicit chorus, afferret commemorari poterat, quod per pontes parum firmos agitatum fluctibus mare transgredi essent ausi. Et sic supra, omninoque saepius in hac fabula pontes illos, ut rem periculi temeritatisque plenam, memorari videmus. Egregie verba quoque cum hac explicatione congruunt, quum non modo λαόποροι μηχαναί planius ad pontium fabricationem quam ad navium vehicula ducant, sed etiam λεπτόδομα πείσματα de navibus multo minus apte quam de pontibus dicantur, in quibus hoc ipsum maxime temerarium videri debuit, quod machinae istae rudentibus, nimium tenuibus pro tanti operis mole, retinerentur. Inde supra v. 69. poeta dixerat λινοδέσμῳ σχεδίᾳ, eadem verborum vi. Prorsus enim reicienda est eorum sententia, qui πείσματα putant λεπτόδομα vocari quod ex pluribus tenuibus filis facta sint. Immo nihil aliud, quam quod simplicius λεπτά dici poterat, significatur. Describit hos rudentes Herodotus VII. 36.

113. μου M. G. aliique nonnulli.

114. ἀμύσεται M. Idem mox Ὀ ᾶ.

117. Post τοῦδε comma posuit Turnebus, et sic recentiores editores omnes praeter Schützium in minore editione τοῦδε in τοῦτο male mutantem. Iungebant autem δὰ Περσικοῦ στρατεύματος τοῦδε. Peius etiam Brunckius hos genitivos ad φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ rettulit. Vsus tragicorum monere poterat nullam esse posse post τοῦδε interpunctionem. Sic enim iungenda sunt verba, μὴ πόλις πύθηται ἄστυ Σούσιδος

κέναυδρον Περσικοῦ στρατεύματος τοῦδε, ne civitas audiat urbem Susidis hoc Persarum exercitu orbatam. Ita *θεοὶ πολισσοῦχοι χθονός* et alia huiusmodi millena.

119. *κισσίων* M. Par. C. L. N. *κασσίων* Ven. B. *κισσίνων* Vit. Lips. Mosc. Rob. *κισσινῶν* G. *κίσσινον* Ald. ceteraeque editiones.

120. *ἔσεται* M. Vit. Par. C. N. Nihil ineptius perversiusve fingi potuit quam C. Burneii *ᾄσεται*, ne scilicet *ἔσσεται* duplicato σ̄ diceret scriptor Atticus. Quin ut omnis loci virtus periret Blomfieldius recepta Burneii coniectura verba *ἀντίδουπον — ἀπύων* ut parenthesin ab reliquis separavit. Neque in Wellaueri adnotatione quidquam sani est. Hoc dicit chorus, *propterea mihi nigro obscuratum velo cor laceratur metu, hei, ne hoc Persico exercitu orbatam civitas audiat magnam urbem Susidis, et Cissiorum arces, hei clamitans turba feminarum, resonent, byssinaeque vestes rumpantur.*

121. *ὀᾶ* M.

122. *τοῦτ' ἔπος* omittunt Ald. Turn. *γυναικοπληθὺς* Lips. et ante correctionem Vit. *γυναικοπληθὴς ἔσται* ex scholio Rob.

Hi nominativi non sunt absoluti, sed inserviunt explicandis verbis *τὸ Κισσίων πόλισμα.*

123. *δ'* omittunt Ald. Rob.

124. *πέσηι λακίς*, quum prius omissa essent, inter versus adscripta sunt in M.

125. *ἱππηλάτης*, ultimae vocali superscripto *η*, M. *ἱππηλάτας*, superscripto *ι*, Lips. Post hanc vocem *τε* addit non M. sed Turnebus et qui hunc secuti sunt Vict. Cant. Stanl.

126. *καὶ προδοστηβάς λεὼς*, ad *ά* superscripto *η*, Lips. *καὶ πεδοστιβὴς λεὼς. γρ. πεδοτριβὴς, τοῦτ' ἔστι πεζός* Par. B.

127. *ὃς* pro *ὡς* ante correctionem Vit. *ἐκλέλοιπεν* M. Par. L. Rob. Ceteri *ἐκλέλοιπε.* *μέλισσα* M. Par. L. *μελισσάων* G. Ven. B. et adscripto, ut Faehsius ait, *μελισσῶν* Par. B. *μελισσῶν* Vit. Lips. Ald. Turn. *μελισσᾶν* Cantabr. 1. Rob.

128. *ὀρχάμονι* adnotatum in Par. B.

129. *ἀμείψας* Vit.

Fluctuant interpretes, quem dicat Aeschylus *τὸν ἀμφίξενκτον ἀμφοτέρας ἅλιον πρῶνα κοινὸν αἴας.* Dicit vero *iunctum utriusque continentis socium litus.* Litoris significatione *πρών* vocabulum usurpatum est v. 870.

νασοί θ' αἳ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι
τᾶδε γᾶ προσήμεναι.

Pariterque in Agam. v. 291.

Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
φλέγουσαν.

Sic enim, quae aliter in singulis horum locorum difficultas foret, sponte

evanescit. *Κοινόν*, ex quo vocabulo ortae sunt dubitationes, sic dicitur, ut id ipsum effectum esse iungendis litoribus indicetur.

133. *πίμπλαται* M. Vit. Par. L. N. aliique. *πίμπλανται* G. Lips. Ven. A. edd. ante Brunckium.

δακρύμασιν M. Par. L. Ceteri *δακρύμασι*.

134. *ἑκάστα* M. (in quo post ultimam litteram litura est scriptumque prius fuisse videtur *ἑκάσταν*) G. Vit. Par. A. B. aliique. *ἑκάστη* Lips. et edd. ante Brunckium.

136. *αἰχμήεντα* M. Vit. Lips. Par. L. Rob. Turn. *αἰχμητάεντα* Ox. Ald. *εὐναιάεντα* Ven. B. *αἰχμάεντα* G. Par. A. N.

136. 137. *εὐνατῆρα προπεμψαμένα* Cantabr. 1. et Par. A. in quo *ἀπο* ad *προ* supra adscriptum est. Hoc Brunckius restituit. *εὐνατῆρ' προπεμψαμένα* Rob. *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένη* M. *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένη* G. *εὐνατῆρα ἀποπεμψαμένη* Lips. *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένη*, supra adscripto ad ultimam vocalem *α*, Vit. *εὐνητῆρ' ἀποπεμψαμένα* Ven. A. *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένα* Ven. B. Par. L. Ald. ceteraeque ante Brunckium editiones.

139. *ἀλλ' ἄγετε πέρσαι* Vit. *ἀλλ' ἄγετ' ὦ π.* Lips. Rob.

140. *τὸ δὲνεζόμενοι στέος* M.

142. *θώμεθ' α. χρεία* M. *προσήκοι* Cantabr. 2. Colb. 2.

143. *ἆρα* M. *πράξει* Lips.

145. *πρωνύμιον* G. *πατρώνυμιον* Vit. Mosc. *Genus*, inquiunt, *a Perseo ductum, unde nos nomen habemus, ideoque nobis cognatum.* Formam vocabuli tuetur Pindaricum *ἐπωνύμιος*.

ἁμέτερον, superscripto primae litterae *ῆ*, Lips.

146. *πότερ ον* cum litura inter *ρ* et *ο* M. *νικὼν* Vit.

147. *δορικράνου* G. Lips. Ven. A. Par. C. Ald. Rob. *δορυκράνου* M. Vit. Turn. Recte, ut videtur.

148. *κεκράτηκε* Vit.

149. Prodit regina splendido ornatu et curru vecta, ut ex v. 610. intelligitur.

ἴσον M. G. Lips. Turn. *ἶσον* Vit. Ald. Rob.

150. *φῶς* Lips. aliique pauci et Ald. *ὁρᾶται* Ven. B. et adscripto *ὁρμᾶται* Par. B.

151. Libri *β. δ' ἐμὴ*, *προσπιτνῶ*, nisi quod *προσπιτνῶ* (*προσπίτνω* M.) *προσκυνῶ* habent M. Par. L. N. explicatione in textum admissa, quae in Vit. Lips. supra scripta est. Putavi scribendum esse *προπίτνω*, *προπίτνω*. Sic v. 591. *ἐς γᾶν προπίτνοντες*. Sophocles El. 1380.

αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι.

Euripides Suppl. 93.

ὁσίως οὔχ, ὑπ' ἀνάγκας
δὲ προπίπτουσα, προσαιτοῦσ'
ἔμολον.

152. *πρὸς φθόγγοις* G. *προσφθόγκοις* Lips. *χερῶν* Lips.

154. Hunc et sequentem versum affert Maximus Planudas in Bachmanni Anecd. II. p. 99, 27. *δαιμόνων* pro *Περσίδων* Ven. B.

155. *ἡ* omittit Lips. *γηραιὰ* Lips. Ald. Rob.

156. *εὐνήτειρα* M. Vit. Lips. *εὐνέτειρα* Tzetzes. *εὐνάτειρα*, secundae syllabae *ι* superscripto, Par. B. *εὐνάτηρα* Ald. *εὐνάτειρα* G. Rob. Turn. Doricae formae hic nullus usus est.

καὶ omittunt Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 2. Ald. Rob.

Sensum huius loci non videntur satis perspexisse qui *εὐνήτειρα* pro nominativo habuerunt, quod haud scio an fecerit etiam Tzetzes Chil. VII. v. 358.

Ἀσσύριοι καὶ Πέρσαι γὰρ τοὺς βασιλεῖς θεοῦσιν,
ὡς καὶ Αἰσχύλος δράματι Πέρσαις δεικνύει τοῦτο.
Ἄτοσσαν θέλων γὰρ εἰπεῖν σύζυγον βασιλέως,
μητέρα βασιλέως τε ὁμοίως, εἶπεν οὕτω,
"θεοῦ Περσῶν εὐνέτειρα, θεοῦ τε μήτηρ ἔφυς."

Neque enim senes aliud quam salvere reginam iubent: qui, si *εὐνήτειρα* nominativus esset, quasi obiter eam salutantes hoc ut primarium afferrent, *tu et coniux Persarum dei et mater es.* Quamobrem *εὐνήτειρα* vocativus est, cui quum alter deberet addi vocativus, *θεοῦ δὲ καὶ μῆτερ*, mutatur forma orationis, quia hac tantum conditione mater Persarum dei vocari potest Atossa, si Xerxes eadem qua Darius fortuna utatur.

157. *γρ. ἐφέστηκε, ἠναντιώθη, ὑπεχώρησε* Par. B.

στρατῷ M. Vit. Ven. A. Par. B. (Faehsio teste) Turn. *στρατοῦ* G. Lips. Par. A. C. aliique et Rob. *ἀπὸ τοῦ στρατοῦ* margo Par. B.

158. *λιποῦσι κεννῶ* G. *λιποῦσα, δ', ἱκάνω* Lips.

χρυσεοστόλμους M. Vit. et adnotatum in Par. B. *χρυσεοστόλβους* Ven. A. Ald. *χρυσεοστίλβους* G. Ven. B. Par. C. F. L. Turn. et hoc quoque adnotatum in Par. B. et in margine Lips. *χρυσεοστόλους* Par. B. Rob. *χρυσεοστόλοις* Lips. *δόμοις* Lips.

159. *τε* omittit Cantabr. 1. Par. C. *κάμὸν* M. G. Vit. Par. A. B. C. Ven. A. B. Cantabr. 1. Ald. Rob. *κάμοῦ* Lips. Turn.

εὐνατήριον M. Vit. Lips. Ven. A. edd. vett. *εὐναστήριον* G. Ven. B. Par. L. N. Id recte restituit Blomfieldius.

160. *καί μου* Lips. Ald. *καί μοι* Vit. *φορτὶς* Lips.

161. *ἐμαυτῆς οὐδαμῶς* G. Rob. *οὖσα* Lips. *ἀδείματος* Cantabr. 1. Turn. Quod apud Photium p. 8, 10. legitur *ἀδείματα, ἄφοβα*, melius et plenius scriptum exstat apud Zonaram p. 45. *ἀδείμαντα, ἄφοβα, ἀπὸ τοῦ δειμαίνω τὸ φοβοῦμαι.*

162. *καὶ μὴ* Lips. *κονίσσας* M. aliique et Rob. *κονίσας* G. Vit. Par. A. B. C. Ald. Turn. *τ' οὖδας* Lips. *ἀντρέψῃ* M. Turn. *ἀτρέψν* Ald. *ἀνατρέψῃ* G. Ven. B. aliique et Rob. et ex corr. Vit. *ἀνατρέψει* Mosc. et ante corr. Vit.

163. *εἷλεν* pro *ἧρεν* Ald. *θεοῦ* Vit. sed *οῦ* a sec. manu supra positum, quum prima tantum *θε* dedisset.

164. Libri omnes *ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσί*, nisi quod *ἄφραστος ἐστὶν* habent Vit. Lips. Ald. Rob. eaedemque duae edd. *φρεσίν*. In Vit. ad *ἄφραστος* supra adscriptum *πῶς*. Corruptum esse hunc versum vidit Porsonus in supplemento praefationis ad Hecubam p. XLIII. Sed dum in metro occupatus traiectione verborum caesuram, quae in librorum scriptura intolerabili sane modo neglecta est, restituere conatur, de sensu loci quaerere omisit. Verba si spectas, nihil ea aliud significare possunt quam quod Stanleius expressit, *propter hoc duplex est mihi in mente cura ineffabilis, neque pecuniarum sine viris multitudinem honore prosequi, neque pecunia carentibus splendere lumen. quantumcumque adsit robur*, in qua interpretatione postrema tantum, *ὅσον σθένος πάρα*, male reddita sunt, neque pecuniae nomen debebat usurpari, nexus vero sententiarum recte indicatus est. Atqui quis non videt, hoc, neque opes sine viro neque virum sine opibus magni faciendum esse, non posse curam ac sollicitudinem, multoque minus ineffabilem curam vocari, sed nihil esse aliud quam sententiam vel consilium, quod cur ineffabile vocetur nulla inveniri ratio potest. Quod si *μέριμνα* hic sententiam significat, ut quum alibi, tum in simili Euripidis loco, Or. 631.

Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς,
διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς;

planum esse arbitror non mutato ordine verborum scribendum esse

ταῦτά μοι διπλῆ μέριμνα φραστός ἐστιν ἐν φρεσίν,
μήτε χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος ἐν τιμῇ σέβειν,
μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς ὅσον σθένος πάρα.

Sic nihil in his versibus obscuritatis est et omnia aptissime cohaerent. *Metuo*, inquit, *ne nimiae opes rapido pede proruant felicitatem non sine diis a Dario partam. Vnde gemina mihi certa est sententia, neque opum sine viris magnitudinem multi facere, neque carenti opibus affulgere tantum lucis quantum ei roboris est* (h. e. non aeque eum felicem esse ut potens est). *Etenim ab opibus quidem tuti sumus, sed oculis offusus est metus, quod absente moderatore nihil prosunt divitiae.*

167. Non dicit opulentiam non deberi contemni, sed esse Persis opes non contemnendas.

ἀφὶ Lips. *ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος* proprie intelligendum est, de oculis, sine metaphora. Nam de eo quod earum est *ὀφθαλμός* singulari tantum numero dicitur. Seidlerus in censura editionis Blomfieldianae comparavit Eur. Iph. in Aul. v. 1133.

τί δ' ἔστιν; ὡς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων.

168. *δόμον* Par. L. *νομίζον* Vit. Ven. A.

169. *ὡς* omittit Vit.

170. *γένεσθε* M. Par. N. *γίνεσθε* ceteri, sed in Vit. primae syllabae *ε*, ultimae *αι* superscriptum est.

173. *δυνάμεις* M. *ἡγῆσθαι* Lips.

174. *εὐμενεῖς δ' ἡμᾶς καλεῖς* affert Thomas M. p. 162, 7.

175. *ἀεὶ* M. G. Vit. Lips. Par. A. B. Ald. Rob. *αἰεὶ* Ven. B. Turn. *ὀνείρασιν* M. Cantabr. 1. Ceteri *ὀνείρασι.*

176. *περ* omittit G. *στείχας* Lips.

178. *ἐν ἀργὲς* ex corr. Vit. Antea *ἐν ἀργῆς*, cum litura post *γ*, fuisse videtur.

180. *μοι* omittit M. *γυναῖκες εὐείμονες* Vit. *γυναῖκ' εὐείμονες* Ald. Turn. *γυναῖκ' εὐήμονε* Lips.

182. *ἠδ' αὔτε* G. Vit. Lips. Ald. Rob. *περσικοῖσιν*, quamvis etiam in praecedente versu *περσικοῖς* habeat, G.

183. *μέγεθος*, omisso *τε*, Lips. *ἐκπεπρεστάτα* M. aliique et Rob. *εὐπρεπεστάτα* G. aliique et Ald. Turn. *εὐπρεπεσάτα* sic Lips. *εὐπρεπεστάτω* Ven. B. et *ω* ex *α* a correctore facto Vit.

184. *κάλει τ'* Lips. *ἀμώμω* G. Vit. Lips. Par. A. B. Turn. Sed *ἀμώμῳ* M. Ald. Rob. *κασιγνήτω* Vit. Par. N.

185. *τ' αὐτοῦ* M. Ald. Rob. *ταὐτοῦ* G. Lips. Turn. *αὐτοῦ* Mosc. ut Schützius refert, nisi Vit. nominare voluit, in quo sic est, sed *τ'* in fine praecedentis versus a secunda, ut videtur, manu posito.

πέτραν Lips.

187. *ἐγὼ 'δόκουν* M. Lips. Turn. *ἐγὼ δόκουν* Vit. Ald. Rob. *ἐγὼ ἐδόκουν* G. et supra adscriptum est a sec. manu augmentum in Vit.

188. *ἐν ἀλλήλαισι* Blomfieldius. *ἐν ἀλλήλῃσι* M. G. aliique et Turn. *ἐν ἀλλήλοισι* Vit. Lips. aliique et *ἐν* omisso Rob. *ἀλλήλαιν*, omisso *ἐν*, Ald.

In infinitivo consentiunt libri, nisi quod ex Par. B. Faehsius affert *τεύχειν ἐν ἀλλήλῃσι. γρ. τεῦχον. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἐδοξάτην μοι.* V. ad Soph. Ant. 702. 736.

λαθὼν, supra scripto *γρ. μαθὼν*, Vit.

189. 190. *ἅρμασιν δ' ὕπο ζεύγνυσιν* M. *ἅρμασι δ' ὕπο ζεύγυσιν* G. Turn. et commate post *ὕπο* addito Ald. Rob. *ἅρμασι δ' ὑποζεύγνυσιν* Vit. *ἅρματι δ' ὑποζεύγνυσιν* Lips. *αὐτῶ* G. et ante corr. M. *αὐτῷ* Ald. Rob. *ὑπαυχένων* M. *ὑπ' αὐχένων* affertur ex Par. L.

192. *ἐν ἡνίαισιν εἶχεν* M. Vit. Par. C. L. atque ita scribendum esse coniecit Schaeferus Melet. crit. p. 94. At hoc non est Aeschyleum. *ἐν δ' ἡνίαισιν εἶχεν* Lips. Ceteri *ἐν ἡνίαισι δ' εἶχεν.*

193. *ἐντῆ δίφρου* M. et *δίφρου* habet etiam Lambethanus Blomfieldii, adscriptumque est in Par. B. In margine M. adnotatum *ἐν τῇ βίαι δίφρου χαλινὰ ῥήσσει.* G. Vit. Lips. Ven. A. *ἐν τῇ, δίφρον.* Editiones ante Brunckium *ἐν τῇ δίφρον.* Praeclaram emendationem, *ἔντη δίφρου*, Scaligero surripuit Stanleius.

194. *διασπαράσσει* Cantabr. 2. et, ut videtur, Ven. A. *διασπαρέτνει* M. Ceteri *διασπαράττει.*

197. *οὔπως* G.

200. *καλλιρόου* M. Vit.

201. *παγῆς* Lips. *γῆς*, addito a sec. manu *πη*, Vit. *θυηπόλην* ante sec. manus corr. Vit. *χειρὶ* Vit. Lips.

Non pignore contenderim genuinam nunc exstare scripturam. Vereor enim ne *δέ* in apodosi post *ἐπεί* positum librarios ad mutationem faciendam compulerit. Certe melius, nisi fallor, omnia hoc modo procederent,

ἐπεὶ δ' ἀνέστην καὶ χεροῖν καλλιρρόου
ψαύσασα πηγῆς σὺν θυηπόλῳ χερὶ
βωμὸν προςέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσιν
θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε·
δρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἐσχάραν
Φοίβου.

202. *βωμὸν* M. G. Lips. Ven. B. Colb. 2. Par. C. L. *βωμῷ* ceteri libri, sed Vit. addita a sec. manu correctione *βωμὸν* et supra scripto *ἐς τόν*. *ἀποτρόποις* G. *δαίμοσιν* M. Par. L. Ceteri *δαίμοσι*.

205. *φόβῳ δ'* omittit Lips. *φίλου* Ven. B.

206. *μεθ' ὕστερον* M. edd. vett. *κέρκον* Vit.

207. *τὸ κάρα* Vit.

208. *ὅδ'* Vit. Lips. Ald. Rob. *γ'* omittunt Ven. A. Ald. Rob.

Inter *δέμας* et *παρεῖχε* Ven. A. Ox. Ald. inserunt *τῷ κίρκῳ τύπτεσθαι.*

209. *δειματεσιδεῖν* M.

210. *ὑμῖν τ'* G. Par. L.

In vitii suspicionem adducta sunt quae sequuntur. Verum si modo haec verba, *ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν, ὑμῖν δ' ἀκούειν*, recte intelliguntur, in reliquis non est quod laboremus. Dicit autem Atossa illud hoc sensu, *haec mihi, quae vidi, et vobis, qui audistis, metuenda sunt, quorsum spectent.* De eo enim sollicita est, quid dicat isto somnio ostentoque portendi. Itaque subiicit *nam de regno filii scitis non esse quod metuam, quem, si prospera fortuna admirandum reddere potest, at adversa certe regno non exuet, si quidem ille salvus redibit.* His igitur verbis indicat non habere se quomodo visa illa interpretetur, nisi de morte filii, quam apertius nominare reformidat.

211. *τάξας* Lips.

214. *βουλόμεθα* G. Vit. Lips. Ald. *φυγεῖν* pro *φοβεῖν* Ven. B.

215. *θρασύνειν* M. Vit. aliique et Turn. *προτροπαῖς* Lips. aliique et Ald. *ἱκανουμένη* Vit. *ἱκνομένη* Lips.

216. *εἶδος* Rob. *εἶδος* Lips. Sic etiam Vit. ex correctione. Antea *εἶδες*, ut ceteri.

ἀποτροπεῖν ante corr. M. Ad *ἀποτροπὴν* in Lips. supra adscriptum *γρ. ἀπροτροπήν*, si recte lego compendium.

λαβεῖν G. Ven. A. Par. B. Ald. Turn. In Par. B. supra scriptum *γρ*

τελεῖν. καὶ δοῖναί σοι. Ac *τελεῖν* habent M. Vit. Lips. Ven. B. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. A. K. Rob.

217. *ταδ' αγαθὰ δ' ἐκτελῇ* M. *τὰ δ' ἀγαθὰ, ἐκτελῇ* ex corr. G. Antea *ἐκτελεῖ* fuerat. *τὰ ἀγαθά δ' ἐκτελεῖ* Vit. *τἀγαθὰ δ' ἐκτελῇ* Lips. Ven. A. Cantabr. 2. Ex Par. B. *τὰ δ' ἀγαθά γ' ἐκτελεῖν. γρ. τ' ἀγαθὰ δ' ἐκτελῇ* Faehsius affert. *τὰ γαθά τ' ἐκτελῇ* Ald. *τάδ' ἀγαθ' ἐκτελῇ* Rob. *τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελῇ* Turn. et edd. reliquae omnes. Immo scribendum erat *τἀγάθ' ἐκτελῇ γενέσθαι*, i. e. *quo tibi bona eventum habeant.*

καὶ τέκνοισί τε, omisso *σέθεν*, Vit.

218. *δεύτερος δὲ χρὴ χοαὶ* Lips.

219. *χέεσθαι* Vit. Lips. Par. N. sed Vit. supra scripto *ασ.*

πρευμενῶς M. G. Lips. Ven. B. Par. A. B. Rob. et plerique, ut videtur, reliqui codices. *πρευμενῆ* Ven. A. Ox. Lambeth. Turn. et adscriptum in Par. A. B. Idem ex corr. Vit. in quo antea fuerat *πρευμενῶς*: supra *νης* adscriptum. *πρευμενῆν* Ald. Haud scio an *πρευμενής* et *πρευμενῆ* interpretibus debeatur, dubitantibus utrum *πρευμενῶς* ad Atossam, an ad Darium spectaret. Quare *πρευμενῶς* servandum duxi, quod iungendum est cum verbo *πέμπειν.*

220. *κατ' εὐφροσύνην* Lips. et bis quidem scriptis his verbis.

221. *σος* pro *σοι* Lips. *τέκνω τ' ἐγῆς* G.

222. *τοὔμπαλιν* Vit. aliique nonnulli et Ald. Rob. *γαίᾳ* M. Par. H. L. *γαίᾳ. γρ. γαίαν* ex Par. B. Faehsius affert. *γαῖα* Vit. *γαία* G. Lips. Ven. A. B. aliique et Ald. Rob. *γὰν* Par. C. *γαίας* Turn.

κάτοχος ἀμαυροῦσθαι Ven. B. *κάτοχ' ἀμαυροῦ* Ald. *κάτοχ' ἀμαυροῦσθαι* ceteri. Correxit Blomfieldius gloss. ad Sept. ad Th. v. 47.

223. *ὧν σοι* a pr. manu, *ὧν σοι* a sec. M. *ὧν σοι*, sed mutatum in *ὧν σοι*, Vit. *ὧν σοι* Lips. et cum commate post *σοι* G. Ald. Rob. *ὧν, σοὶ* male Turn.

προσευμένως Lips. sed in marg. *γρ. πρευμενῶς.*

225. *ἀλλαμὴν* M. *γ'* omittunt Vit. Lips. *τῶν δ'* M.

226. *παισὶ* Lips. Cantabr. 2. Par. H. K. L. *τὴν δ'* M. *ἐκύρωσε* vel Faehsio teste *ἐκύρωσεν* Par. L. *ἔκυρσας* Rob. *φάτην* Lips. Ald.

227. *ἐξιλεοῖτο* Mosc. et erasa priore scriptura Vit. idemque adscriptum in Par. B. *εἴθε δὲ ἡ ἐξιλέωσις εἰς ἀγαθὸν ἀποβαίη* scholiastes. Ceteri *ἐκτελοῖτο.*

δὲ τὰ M. G. Vit. Lips. Ven. A. Par. C. Ald. Rob. *δὴ*, omisso *τὰ*, Turn.

228. *θήσομαι* Ven. B. Rob. *θεοῖσιν* M. *τοῖς δ'* Vit.

ἔνερθεν G. Vit. Lips. Ald. *γῆς* omittunt Ven. A. Ox. Ald.

229. *ἐς* G. Lips. *κεῖνα* Lips.

230. *φησὶν* Lips. *ἱδρῦσθαι* Vit. Ceteri pravo accentu *ἱδρύσθαι.*

231. Brunckius ex Par. A. dedit *δυσμάς*, idque habet etiam Lambeth. adscriptumque est in Par. B. Idem *δυσμὰς* ex corr. Vit. in quo antea fuerat *δυσμαῖς*, quae est ceterorum librorum lectio. Praeferendum iudicavi *δυσμάς*.

Vulgatum *φθινασμάτων* contra Pauwii Schützíique coniecturam, *φθινάσμασιν*, satis superque tuentur quae Erfurdtius attulit ad Soph. Ant. v. 422. *Ἡλίου φθίνασμα* vel *φθινάσματα* ex hoc loco memorat Eustathius p. 698, 24. 832, 45.

232. *ἀλλαμὴν* M. *ἱμείρ᾽* G. *ἵμειρ᾽* Lips. *θηρᾶσαι* Lips. Ceteri male *θηράσαι*.

233. *πᾶσα γὰρ ἂν γένοιτ᾽ ἂν* Lips. *πᾶσα γένοιτ᾽ ἂν* Ald.

235. *ἔρξας* Lips. *μήδεους* Vit. *ἔρξας δὴ μήδους πλεῖστα κακά* Rob.

236. *τούτοις* Ven. A. Ald. Rob. *τούτοις σιν* G. *γρ. καὶ ἐξαρκεῖ* ex Par. B. Faehsius affert. *δόμοις*, superscripto *ων*, Lips. *δόμων* G. Par. L. Id exquisitius esse videri potest.

237. *αὐτοῖς ἐστιν αὐτοῖς* Ald. *αὐτοῖς ἐστιν* Rob. *αὐτοῖς ἔστι* G. Vit. *αὐτοῖς ἐστὶ* M. Lips. Turn. *ἐστιν αὐτοῖς* Ven. A. Ox. Ex Par. B. Faehsius affert *ἀργύρου πηγή τις ἐστιν αὐτοῖς θησαυρὸς χθονός. γρ. καὶ αὐτοῖς ἐστι.*

238. *διὰ χερὸς ἀντ* M. *διὰ χερὸς αὐτοῖς* G. Vit. Ven. A. Cantabr. 1. 2. Mosc. Ox. Par. A. B. C. K. N. Ald. *διὰ χειρὸς αὐτοῖς* Lips. *διὰ χερὸς*, omisso *αὐτοῖς*, Rob. Tum *πρέπει* M. G. ceterique, ut videtur, plerique et Ald. *πίπτει* Lips. Par. F. K. Rob. *πέμπει*, sed expuncto postea *μ*, Vit. *διὰ χερός γ᾽ αὐτοῖς πρέπει* Turn. *πότερα γὰρ τοξουλκὸς αὐτοῖς αἰχμὴ διὰ χερὸς πρέπει* Ven. B. Particulae *γε*, quam Turnebus ex coniectura addidit, hic non est locus. Neque probari potest quod Brunckius scripsit, *διὰ χερῶν αὐτοῖς πρέπει*, vel quod Elmsleius ad Med. p. 286. coniecit, *διὰ χεροῖν αὐτοῖς πρέπει*. Scholiastes qui sic interpretatur, *ἆρα, φησί, διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῖς πρέπει ἢ βολὴ ἢ τοξική*; non videtur *διὰ χερῶν* vel *διὰ χεροῖν* legisse, sed explicare *διὰ χερός*, quod librorum consensus tuetur, per pluralem. Sed in his scholiastae verbis Vit. non *πρέπει* habet, sed *ἐμπρέπει*, quod in codice Monacensi corruptum est in *ἐπρέπει*. Hoc probabilem huius versus emendationem aperit,

πότερα γὰρ τοξουλκὸς αἰχμὴ διὰ χερός σφιν ἐμπρέπει;

239. *σαγαί* libri. Pro eo vocabulo *χέρες* Rob. in qua antea *ἔχει* est pro *ἔγχη*.

240. *ποιμάντωρ* G. Lips. Ald. Turn. Hesychius *ποιμάνωρ, ποιμήν, ἢ βασιλεύς*. Eustathii huc respicientis verba allata sunt ad v. 76.

στρατῷ M. Vit. Ven. B. Mosc. Par. N. Rob. *στρατῶ*, superscripto ultimae litterae *ον*, Lips. Ceteri *στρατοῖ*, quod suspiceris etiam habuisse Eustathium, qui *ἀνδρῶν ποιμάνωρ* afferat. Praeferendus esse videtur genitivus, quae exquisitior constructio est, ut interdum in verbo *ἐπιστατεῖν*.

241. *οὔτινος* G. *δοῦλος* Lips.

242. *μενοῖ* G.

243. *ὥστε δαρείου τε πολύν τε* Lips.

244. *δεινά τι* G. Cantabr. 2. *τεκοῦσιν* M.

245. *δοκεῖ* Vit. Ven. A. Cantabr. 1. Ox. Mosc. Par. N. *δοκεῖν* Lips. cum ceteris, sed *ν* lineola tramissa deleri iubetur.

εἴσῃ πάντα, omisso *τάχ'*, Rob. *πάντ' εἴσῃ τάχα* G. Lips. et aliquot alii. *εἴσῃ* omnes libri.

νημερτεῖ λόγῳ adscriptum in Par. B. Sic volebat scribere librarius in Vit. in quo est *νημερτῆ λόγῳ*, cum interpretatione *ἀληθεῖ*. Ceteri *νημερτῆ λόγον*, nisi quod in M. prius scriptum fuisse videtur *νημαρτῆ*. Doricam formam *ναμερτῆ* restituit Porsonus. V. ad Soph. Trach. v. 173.

246. *δράμημα* M. G. Lips. et reliqui, ut videtur, plerique atque edd. vett. *δρόμημα* Vit. Lambeth. Mosc. Par. N. et *α* superscripto Cantabr. 2. V. Lob. ad Phryn. p. 618.

247. *κλύειν* omittit Rob. Pro eo habet *ἀκούειν* Par. N. *κλύεις* Ven. B.

248. *γρ. καὶ γῆς ἁπάσης* vulgato superscriptum in Lips.

ἀσιάτιδος Ven. A. Ald. *Ἀσίδος* Blomfieldius. *πτολίσματα* Ven. B.

249. *ἄνα* pro *αἶα* Lips. *γαῖα* Rob.

Imitatur hunc versum Euripides Or. v. 1083.

καὶ δῶμα πατρὸς καὶ μέγας πλούτου λιμήν.

Ceterum animadvertat lector artem poetae, qui partim ut magnitudinem cladis apte demonstraret, partim ut a Persa haec dici spectatoribus indicaret, nuntium fecit non, ut solent fere nuntii, referre tantum quae gesta essent, sed cum magno motu et vociferatione accurrentem, priusquam rem enarret, deplorare sortem Persarum.

251. *τὸ δὲ περσῶν* Ven. A. Ald. Rob. *τὸ περσικὸν δ'* Vit. Lips. Colb. 2. sed in Vit. a sec. manu *περσικὸν* mutatum in *περσῶν*, et in Lips. supra scriptum *γρ. τὸ περσῶν*. Ex Par. B. Faehsius affert *ὄλβος, τὸ Περσῶν. γρ. καὶ Πέρσαις.*

252. *ὤμοι* libri, etiam G. Solus Cantabr. 2. *ἰώ μοί μοί.*

ἀγγέλειν Vit. Lips.

Post hunc versum G. Lips. Par. N. hunc inserunt,

στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν

(*κακακῶν ἐπῶν* Lips.), qui versus est 277. Antigonae Sophocleae. Adscriptus est hic versus, sic quidem ut prius *εἰπόν* fuerit, in margine M. Post sequentem versum eadem Sophoclis verba habet Rob.

253. *ἀνάγκα* Ald. Rob. Eaedem et Ven. A. *ἀναπτύσαι.* Post *πάθος* Ald. addit *πέρσας.*

254. *πέρσαι* M. G. Vit. Ven. A. B. edd. ante Brunckium. Merito hoc revocavit Porsonus. Neque enim iam nuntius haec secum ipse loquitur, sed Persas compellat. Atque egregie, ut in tanto malo, non re-

ginam ab eo salutari, sed, quo est animi motu, simul omnes qui adsunt comprehendi facit poeta. Brunckius ex Par. B. receperat *Πέρσαις*, quod habet etiam Lips. Atque in Vit. quoque a sec. manu σ supra scriptum est. Neque quod Aldina, quae hic *πέρσαι* exhibet, in fine praecedentis versus habet, *πέρσας*, aliud est quam vitiose scripta varia lectio *πέρσαις*.

255. *ἄνι᾽ ἄνια κακὰ* M. Lips. *ἄνι᾽ ἄνια καὶ* Vit. *ἄνια, ἄνια κακὰ* G. Turn. *ἄνια, ἄνια, κακὰ λυπηρὰ, λυπηρὰ* Ven. A. Ox. Ald. Rob.

Ante *νεόκοτα* litura aliquot litterarum in M. *νεότοκα* Rob. *γρ. νεοτόκα* superscriptum vulgato *νεόκοτα* in Lips. *καὶ δάϊ᾽ αἰ αἰ* M. *καὶ δάϊ᾽ αἰ αἰ* Vit. Lips. *δάϊ αἰ αἰ*, omisso *καὶ*, G. *καὶ δάϊα. αἰ αἰ* edd. vett. Patet *λυπηρὰ, λυπηρὰ* explicationis caussa adscriptum esse. Sed *κακὰ* non minus interpretis est. Scribendum

ἄνι᾽ ἄνια νεόκοτα καὶ δάϊ᾽, αἰαῖ.

Constat versus ex dochmio et dochmio hypercatalecto.

256. *διαίνεσθαι* G. Ald. *σιαίνεσθαι*, superscripto ultimis litteris ε, Mosc. *διαίνεσθαι δάκουσι*, inserta vitiose scripta interpretatione *δάκρυσι*, Rob.

257. *ὡς πάντα γ᾽ ἔσται κεῖνα* Vit. Mosc. In Vit. recentior manus *᾽κεῖνα* fecit. *ὡς πάντα γ᾽ ἔσ᾽ ἐκεῖνα* Lips. *ὡς πάντ᾽ ἔστ᾽ ἐκεῖνα* Ald. Rob. In *ὡς* particula errat scholiastes: significat ea hic *nam*.

258. Hunc versum omittit Lips. *αὐτὸς δ᾽* Porsonus, *καὐτός γ᾽* cum Cantabr. 2. Blomfieldius, ne scilicet *καί* et *δέ* in uno enuntiato coniungerentur. *δ᾽* secunda manus addidit in Vit.

259. *μακροβίωτος* Lips. *ὁ δέ γέ τις αἰὼν* M. *ὧδε γέ τις αἰὼν* Ald. *αἰὼν ὅδε γε τις* Cantabr. 2. *ὅδε γέ τις αἰὼν* ceteri.

ἐφάνη G. Vit. Cantabr. 2. Par. A. N. aliique nonnulli. *ἐφαάνθη* Ven. A. Cantabr. 1. Par. B. C. Ox. Ald. Turn. idque supra scriptum in G. *ἐφάνθη* recte M. Lips. Rob.

Metrum unam syllabam deleri postulat, quod quum fieri possit scribendo *μακρόβιος*, tamen *γε* potius delendum est, quod hic rectius omittitur.

260. *γηραιοῖς* Ven. A. Ald. Rob. *γεραιοῖς δ᾽* Lips.

261. *παρών τε* M. G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Mosc. Par. N. *παρών γε* edd.

262. *πέρσαις*, Rob. Ceteri *πέρσαι*, in iisque Lips. in quo supra scriptum *γρ. πέρσαις*. *φράζαιμ᾽ ἂν οἷα* G.

263. *ὁ το τοῖ τοῖ* M. *ὀττοτοτοῖ* G. *ὀττοτοὶ* Vit. *ὀττοτοῖ* Lips. *ὀττοτοτοίτοι* Ven. A. *ὀτοτοτοὶ τοὶ* Ald. *ὁτοτοιτοῖ τοὶ* Rob. *Οττοττοὶ* Turn. *ὀττοττοτοῖ* Ven. B. Vict. ceteraeque edd. ante Porsonum, qui *ὀτοτοτοῖ* restituit. *μάτην* Vit.

264. *τὰ πολλὰ* libri. Scripsi *τὰ πολέα*. Eodem modo Lachmannus. V. ad v. 270.

265. *γᾶς*, superscripto *η*, Lips. *γῆς* Ald. *ἀπ᾽ ἀσιάδος* G. Lips. aliique nonnulli et Rob. *ἐπ᾽ ἀσιάδος* Vit. *ἦλθεν* Vit. Lips.

266. *δίαν* Vit. edd. *δῖαν* M. G. *δῖα* Lips. *δαΐαν* codex Lambethanus, unde *δάαν* Blomfieldius. *ἑλλδα* Lips.

267. *πλήθοισι* Vit.

268. *πρόχωρος* Lips. Ven. A. Mosc. Ox. Ald. quo spectat interpretatio *εὐρύχωρος* in Vit.

269. *ὀτοτοτοῖ* hic recte M. *ὀττοτοῖ* G. Lips. *ὀττοτοὶ* Vit. *ὀττοτοτοὶ* Ven. A. Ald. *ὀττοτοιτοὶ* Rob. *ὀττοττοὶ* Turn. *ὀττοττοτοῖ* Ven. B. Vict. ceteraeque ante Porsonum editiones.

270. Libri omnes *ἁλίδονα σώματα*, nisi quod Par. C. habet *ἁλίδον' ἀσώματον*, in Par. B. autem, etiam Bekkero teste, *ἁλιδνὰ* adscriptum est. Hoc si verum putatur, servandum in strophico versu *τὰ πολλά*. V. Epit. doctr. metr. §. 253. et 271. ed. alt.

271. *καταθανόντα* Vit.

272. *πλακτοῖς* Vit. Lips. Lambeth. et Lips. quidem cum hac adnotatione, *γρ. πολυπλάκτοις, ἢ ἐν αἷς ταῦτα πλανῶνται.*

διπλάκεσιν G. Vit. Lips. Ven. B. Ald. Rob. *διπλάκεσσιν* edd. inde a Turn. et sic M. In explicando hoc vocabulo laborant scholiastae. Quorum qui hanc explicationem adscripsit, *ὡς ἂν εἴποι τις διαύλοις· τὰ γὰρ κύματα ἐκχεῖται καὶ ὑπονοστεῖ*, in mente habuit hoc Euripidis Hec. v. 29.

πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορουμένας.

Stanleius auctor fuit, ut de tabulis navium haec vox acciperetur. Sed haec quoque interpretatio fundamento caret. Solus Sanravius de vestibus mersorum in mari fluctuantibus cogitavit, vertit enim *in errabundis diploidibus.* Δίπλαξ quum proprie adiectivum esset, tamen etiam pro substantivo usurpari solitum est, sic quidem ut pallium significaret. Pallium autem quum grammatici duobus modis *δίπλακα* dici tradant, vel quod ex duplicato filo contextum sit, quod etiam *δίμιτον* vocetur, vel quod ob latitudinem in gestando duplicetur, haec posterior explicatio et ipsa per se probabilior videtur et valde confirmatur similium nominum comparatione. Hesychius *δίπλακα, διπλῆν, μεγάλην διπλοΐδα, ὥςτε διπλῇ χρῆσθαι.* Idem *διπλοΐδα, διπλουμένην χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι.* Idem *διπλῆν, διπλασίονα, καὶ μεγάλην*, quod pertinet ad Il. X. 134. ubi poeta *χλαῖναν* commemorat *διπλῆν, ἐκταδίην.* Idem Hesychius *δίβολον φάρος, διπλοῦν*, et *διβόλους χλαίνας, οἳ μὲν διμίτους, οἳ δὲ διπλᾶς.* In primis ea quam praetulimus explicatio eo confirmatur quod notam illam Cynicorum duplicem vestem Antipater Sidonius epigr. 61. *ἔσθος διπλάδιον*, epigr. autem 82. *δίπλακα* vocat. Plura in hanc rem collegerunt Salmasius ad Tertull. de pallio p. 396. seqq. Iungermannus ad Poll. VII. 47. Iacobsius Anthol. vol. II. p. I. p. 57. seqq. Videtur igitur Aeschylus *πλαγκτοὺς δίπλακας* amplas Persarum vestes dicere, quae in mari nantibus mortuis late expansae huc illuc ferebantur. Ita Rufinus epigr. 38. comas fluitantes dicit *τρίχας τὰς ἐπὶ τοῖς σοβαροῖς αὐχέσι πλαζομένας.*

273. δ' ἀπόλλυτο, ad υ supra adscripto οι, Vit. δὲ ἀπώλλετο Lips. ἀπώλετο adscriptum in Par. B.

274. λεὼς G. Par. K. In G. στρατός tamquam explicatio supra scriptum. Lips. vulgatum στρατὸς habet, sed supra adscriptum γρ. λεώς.

ναΐοισιν M. Vit. Lips. Ven. B. Par. B. edd. vett. Sed in Lips. penultimae syllabae η superscriptum. ναΐοισι Ven. A. ναΐῃσιν G. Par. A. N. et adscriptum in Par. B. ut ex Brunckii adnotatione colligas. ναΐαισιν Cantabr. 1.

ἐν βολαῖς M.

275—278. Libri ἴϋζ' ἄποτμον βοὰν δυσαιανῆ πέρσαις δαΐοις, ὡς πάντα παγκάκως ἔθεσαν, αἶ αἶ στρατοῦ φθαρέντος, nisi quod in paucis variant. ἴϋζε M. Lips. Par. C. N. Ald. Turn. ἴϋζε Vit. Tum βοὰν, superscripto η ad ὰ, Lips. Deinde Faehsius ex Par. B. affert γρ. καὶ δυσεανῆ ἤγουν πολυποίκιλον. Tum πέρσαισῶν, duabus scripturis, πέρσαις et περσῶν coniunctis, Par. N. Deinde ὡς πάντα παγκάκως M. Vit. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. F. H. I. N. Ald. Rob. Sic etiam, ut Bekkerus adnotavit, Par. B. ex quo Faehsius p. 182. ὡς παγκάκως πάντα affert, quod est in edd. Turn. et Vict. ὡς πάντα κακῶς G. ὡς πάνπαγκάκως Lips. Deinde ἔθεαν Ald. Denique αἶ αἶ M. αἰ αἰ G. Vit. Lips. edd. vett.

Hae lectiones omnes quum nihil contineant quo metra, quae in antistropha valde diversa sunt, exaequentur, apertum est maiorem corruptelam aut hic aut in antistropha latere. Accedit quod dubitari non potest, quin, ut particula ὡς utrobique eundem in numeris locum obtinet, ita idem observatum fuerit in nomine δαΐοις. Id igitur aut in stropha aut in antistropha ex sede sua dimovendum est. In antistropha id non videtur probabili ratione fieri posse. In stropha igitur vitium quaerendum est. Ac diu est quum Πέρσαις eiiciendum esse suspicatus sum, in qua coniectura confirmavit me illud quod in Par. N. scriptum est πέρσαισῶν, quod indicio esse videtur dubitasse interpretes utrum δαΐοις de hostibus Persarum, an de ipsis Persis, clade bellica afflictis, intelligendum esset. Vicit tamen posterior explicatio, quae sane probanda est, ita ut, quum in margine adscriptum ab interprete esset Πέρσαις δαΐοις, id pro emendata lectione habitum alieno loco in ipsa poetae verba illatum sit. Itaque Πέρσαις delevi. Praeterea verba βοὰν δυσαιανῆ inverso ordine collocanda esse antistropha docuit. Deinde sequenti versui aliquid ad integritatem deest. Atque hic quoque duae proditae sunt ab interpretibus explicationes verbi ἔθεσαν, quum in G. οἱ Πέρσαι, in Vit. οἱ θεοὶ adscriptum sit. Si de diis haec intelligenda sunt, nominari deos oportuit. Ac restituitur metrum, si ante ἔθεσαν hoc ipsum nomen θεοί inseritur praetereaque πάντα in πάντα mutatur. Scripsi igitur

ἴϋζ' ἄποτμον δαΐοις
δυσαιανῆ βοάν,
ὡς πάντα παγκάκως θεοὶ

ἔθεσαν, αἰαῖ, στρατοῦ φθαρέντος.

279. *ἄχθος* ad *ἔχθος* adscriptum in Par. B.

280. Post *Ἀθηνῶν* comma habent Ald. Rob. Turn. Omittunt interpunctionem Vict. et reliquae editiones, male, si quid video. Inficetum enim videtur nuntium de eo loqui, quam ipse ingemiscat. Gravis autem est sententia, si dicit *nam ingemisco, quum recordor,* quo indicat vel recordationem mali tantam vim habere ut a gemitibus temperare sibi nequeat, ex quo colligi posse quantum praesentibus videri istud malum debuerit.

281. Brunckius dedit *στυγναί γ' Ἀθᾶναι.* Et habet M. *στυγναί γ' ἀθῆναι.* Ex Par. B. *γ'*, superscripto *τ'*, ex Par. C. *τ'*, superscripto *γ'*, ex Ven. A. et Ox. *θ'* adnotatum est. *στυγναὶ δ' ἀθάναι* G. Ald. Rob. *στυγναὶ δ' ἀθᾶναι* Vit. Lips. *στυγναὶ δ' Ἀθῆναι* Turn. *στύγν' ἀθᾶναι* Ven. B. Et *ἀθᾶναι* quidem habent etiam Par. B. F. I. N. Acquiescendum erat in plerorumque librorum lectione. Nam *δέ* particula continuat orationem iis quae chorus postrema dixerat ut v. 297. 475. Ceterum Lips. Ald. Rob. interpungunt post *Ἀθᾶναι*, nomine *δαΐοις* ad sequentia relato. Recte inde a Turn. post *δαΐοις* interpunctum est.

282. *μεμνῆσθαί τι* Vit. Lips. Ven. A. Mosc. Par. N. *παρεὶς* pro *πάρα* Ven. A. quod natum ex interpretatione *πάρεισι.*

283. *τῶν περσίδων* Vit. Lips. Mosc.

284. *ἠδ' ἀνάνδρους* omittit Lips.

Boeckhius in praefatione lectionum aestivarum a. 1827. p. 12. scribendum esse coniecit *εὔνιδας ἔκτισσαν ἠδ' ἀνάνδρους.*

285. Praeclare Atossa regiam maiestatem et huc usque silentio conservavit et nunc gravitate orationis tuetur.

286. *κακοῖσιν* Lips. *ὑπερβάλλοι* Vit.

288. *βροτοὺς* Lips. Rob. sed in Lips. *οῖς* supra scriptum. *βροτοῖς* M. G. aliique et Ald. Turn. Idem ex corr. Vit. quum antea *βροτοὺς* scriptum fuisset. Propter exquisitiorem structuram praeferendum videtur *βροτοῖς.* Nam ne quis putet traiectionem verborum indicio esse potius *βροτοὺς* scriptum fuisse a poeta, hoc argumentum nihil probare moneo. Etenim *βροτοῖς* ideo ante *φέρειν* collocatum est, quia non *φέρειν*, sed *βροτοῖς* primariam notionem esse poeta voluit, quod idem est ac *τοῖς οὖσι βροτοῖς*, quoniam mortales sumus.

290. *καὶ εἶ*, superscripto ad *καὶ* a sec. manu *κ*, M. *εἶ* Rob.

στένοις Par. N. Ald. Rob.

292. *ἀρχελειων*, sic, supra scripta glossa *λαῶν ἀρχόντων*, M. *ἀρχελείων* G. Vit. Lips. et ceteri, ut videtur, omnes praeter ed. Rob. in qua *ἀρχελάων* est. *Ἀρχέλειος* pariter ac Minervae nomen *ἀγελεία* a voce *λεία* deductum est, quod etsi praedam ex armentorum gregibus constantem plerumque significat, tamen etiam simpliciter de gregibus dicitur, ut apud Sophoclem Ai. v. 26. Hesychius *λείη, ἡ τῶν θρεμμάτων ἀγέλη.* Eodem pertinent apud eundem *ληΐα, κτήνη*, et *ληΐη, προνομία, οἰκονο-*

μία, βοσκήματα. Intelligendi sunt igitur ductores gregum, quemadmodum Apollonius in lexico Homerico scribit, *ἀγελείην, λείας ἄγουσαν, οἷον λάφυρα. ἔνιοι δέ, ἄγουσαν τοὺς ἐπὶ πόλεμον ὄχλους*, recte ille de hoc quidem nomine addens *βέλτιον δὲ τὸ πρότερον.*

ἐπὶ σκηπτουχίᾳ ταχθεὶς aut praefectum eunuchorum aut aliquem ex illis corporis custodibus significat. Hoc posterius probabilius videtur, quod omnes isti eunuchi *σκηπτοῦχοι* appellabantur: v. Xenoph. Cyrop. VII. 3, 16. VIII. 1, 38. 3, 15.

293. *ἄναρχον* sola ed. Rob. Ceteri libri, quod sciam, omnes recte *ἄνανδρον.* Dictum hoc est de eo quod deserta a morientibus acie consequitur. Similiter Sophocles Oed. R. v. 58.

ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

ἠρήμα Lips. Idem et Mosc. *θανεῖν*, uterque supra scripto *ών.*

294. Scholiastes Aristophanis ad Ran. v. 1060. hunc versum afferens habet *βλέπει φάος*, quam scripturam lectioni librorum Aeschyli omnium *φάος βλέπει* praeferendam iudicavi, quod hic aperte melior est ordo verborum, vocabulo *βλέπει*, in quo primaria vis est, primarium locum obtinente. Et quum saepissime *φάος* ultimum in versu locum occupet, tum in formula *βλέπειν φάος* id fieri videmus. Supra v. 258.

καὐτὸς δ' ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος.

Scriptor Rhesi v. 971.

ἀνθρωποδαίμων κείσεται βλέπων φάος.

Ceterum magna est ars poetae in iis quae nuntius dicit: qui consternatus adhuc clade primo id quod summum erat, regem salvum esse, paucis verbis profligat; deinde, ut solent qui in re nova magnaque initium narrandi invenire nequeunt, plurima raptim et confuse comprehendit; tum denique, tranquillior factus, rem omnem ordine exponit.

295. *δόμοισι* G. aliique nonnulli. *δώμοισι*, mutato *ω* in *ο*, Vit. *δώμασι* Lips. Ald. Rob. Turn. In Lips. *γρ. δόμοισι* supra scriptum. *δώμασιν* M.

296. *ἧμαρ* M. Rob. *μελαγχείμου* Ven. A. Ald. Rob.

297. Post *ἵππου* unius litterae litura in M.

298. Libri *στύφλους.* Brunckius *στυφλούς.* V. ad v. 80. *παρ ἀκταῖς* Lips. *παρακταῖς* Mosc. *σιληνιῶν* M. *ληνίων* Mosc. Ceteri *σιληνίων.* Scholiastes *Σιληνίαι αἰγιαλὸς Σαλαμῖνος τῆς λεγομένης Τροπαίου ἄκρας, ὡς Τιμόξενος ἐν τῷ περὶ λιμένων φησί.* Sic M. Hesychius *Σιληνίαι, τῆς Σαλαμῖνος, πλησίον τοῦ λεγομένου Τροπαίου.*

299. In *χιλίαρχος* lituram post *χι* habet M. *χιλιάρχης* ex corr. G. antea *χιλίαρχος.* *δαρδάκης* Lambeth. Par. K. *πληγεὶς* Par. N. et Vit. sed Vit. supra scripto *η.*

300. *ἀφήλλατο* Vit. Lips. paucique alii et Ald.

301. *τανάγων* Ven. A. Ox. Ald. *τενέγων* Rob.

ἀριστεὺς Blomfieldius. Libri *ἄριστος.*

βακτηρίων Lips. *ἰθαγενὴς* M. Ven. B. Rob. Ceteri *ἰθαγενής.*

302. *θαλασσόπληκτον*, supra adscripto ad penultimam syllabam *αγ*, Ven. B. *θαλασσόπλακτον* Ven. A. et aliquot alii. *θαλασσόπλαγκτον* Par. C. H. *ος νῆσος* Par. C. *πόλει* G. Adolphus Emperius in Actis soc. Graecae I. p. 363. scribendum coniecit *σποδεῖ*. Non probo.

303. *καργήστης* M. *κἀργήστρης* G. *κἀργίστης* Vit. *κἀργιστὴς* Lips.

304. *οἳ δ'* M. *οἰδ'* Lips.

Ad finem versus *γρ. σαλαμῖνα* supra scriptum in Lips. Intelligit Salaminem scholiastes. Hesychius *πελειοθρέμμονα νῆσον* in lexico suo posuit, cui addita est aliena ab his verbis adnotatio *Ἀριστοτέλης φησὶ διαφέρειν περιστερὰς καὶ πελειάς*. Sed referendum huc est quod mox corrupte apud eum scriptum est *πελειοτόθρην νῆσον, τὴν Σαλαμῖνα*. Salaminem anates potius quam columbas aluisse Butlerus ex Eustathio p. 284, 44. colligit. Stanleius quod columbas summa cura ibi nutritas existimavit, quum ex Homero discatur eam insulam Veneri sacram fuisse, negligenter inspexerat hymnum minorem Veneris (X), in quo Cypriam Salaminem respici apertum est,

χαῖρε θεὰ Σαλαμῖνος ἐϋκτιμένης μεδέουσα
καὶ πάσης Κύπρου.

Equidem apud Aeschylum, praesertim praegressa modo mentione Salaminis, unam ex adiacentibus parvis insulis intelligendam puto.

305. *'κύρισσον* cum coronide Brunckius. V. praef. ad Eur. Bacchas p. XIII.

306. *γειτόνων* Ald. Rob. et ante correctionem M. Vit. *γείτονες*, sed adscripto *γρ. ῶν*, Cantabr. 1.

αἰγυπτία, ad ultimam litteram supra adscripto *ου*, Lips. Mosc. *αἰγυπτίων* Par. N. et adscriptum in Par. B.

307. *ἀδεύης* ut ceteri Lips. sed supra scriptum *γρ. ἀδάης*. Eo pertinere videtur quod in G. supra scriptum est, *ἐπίθετον*, quamquam hic quoque codex *ἀδεύης* habet.

φερεσσεύης Cantabr. 1. Lambeth. Par. A. B. C. N. *φερεσέυης* Cantabr. 2. *φερεσεύης ὁ* Ven. B. *φεσεσσεύης* G. *φαρεσσεύης* Par. K. *φερεσέβης* Ald. *Φερεσσέβης* Turn. *φρεσεύης* M. Mosc. *φρεσσεύης* Vit. *φρεσίβης*, *ι* mediae syllabae in *ε* vel contra mutato, Lips. *γρ. φερεσκεύης* supra adscriptum in Lips. *φρεδεύης* Rob.

308. *καὶ φαρνοῦχος* Ven. A. Ox. Par. C. Ald. *καὶ φανοῦρχος* Rob.

οἵ τε M. Vit. Lips. Par. C. N. aliique et Rob. Ex Par. B. *οἵγ' ἐκ*, supra scripto ad prius vocabulum *γρ. οἵτε*, notavit Bekkerus. *οἵγ' ἐκ* Cantabr. 1. Par. H. *οἵδε* G. Ald. Tum *ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον* libri, nisi quod *νηὸς* habet Par. H. et Turn. *ναὸς* supra scripto *η* Vit. Cantabr. 1. *νεὼς* Ald. Rob. *πέσαν* G. Par. C. *πεσὸν* ante corr. M. Vauvillersius ad Soph. Phil. 374. vol. II. p. 47. scribendum coniecit *οἵδε ναὸς ἔπεσον ἐκ μιᾶς*, idque Porsono aliisque placuit. Sed hoc ingrato verborum ordine corrumpuntur numeri. Scribendum putavi *οἵδε ναὸς ἐν μιᾶς πέσος*,

hi unius navis iactura fuerunt.

309. *μάταλλος* M. Vit. *μάταλος* Lips. Mosc. *μάτταλος* Ald. *μέταλος* G. *μέταλλος* Ven. B. Par. C. L. Rob. Turn.

311. *πυρσὴν* Porsonus. *πυρρὰν* M. et plerique, ut videtur, codices et Turn. *πυρὰν* G. Vit. Lips. Cantabr. 1. Mosc. Par. C. Ald. Rob.

δάσκειον M. G. Lips. Mosc.

312. *ἔταγ'* Lips. *πορφυρέα* M. Ceteri *πορφυρέᾳ*. Porsonus *πορφυρᾷ*. Sed videntur tragici a forma *πορφυροῦς*, ut vulgaris sermonis propria, abstinuisse, ideoque contractionem praetulisse eam in qua leviter audiretur ε, ita ut non efficeret syllabam. Non obstant versus ex Stheneboea Euripidis ab Athenaeo p. 421. F. allati, ubi *βιὸς δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος* valde torsit criticos. Scribendum est enim *βίος δὲ πορφυρεὺς θαλάσσιος*. Loquitur, ut reliqua ostendunt, piscator, quem quo minus dubites unum ex illis intelligendum esse, qui *πορφυρεῖς*, captores purpurarum, vocabantur, facit alius Euripidis locus in Iph. Taur. v. 262.

ἦν τις διαρρῶξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ
κοιλωτὸς ἀγμός, πορφυρευτικαὶ στέγαι.

313. *μάγος* M. G. Vit. Lips. Ven. A. Rob. Accentum correxit Turn. *μέγος* Ald. Magos gentem esse circa Mediam Stanleius docuit ex Herodoto I. 101. et Stephano Byzantio in v. *Μαγία*. Addi poterat Plinius H. N. VI. 26 (29).

ἄραβος M. Vit. Lips. Ven. B. Turn. *ἄρραβος* Ven. A. Ox. Ald. Rob. *ἄραθος* G. Par. B.

ἀρτάμης Lips. Ald. Turn. sed in Lips. *γρ. ἀρσάβης* supra adscriptum. *ἀρσάβης* Rob. *ἀρτάβης* M. G. Vit. Par. K. L. sed in Vit. *β* a sec. manu in litura scriptum, in M. puncto notatum. *ἀρσάμης* Cantabr. 1.

314. Hunc versum post sequentem collocant Vit. Lips. sed in Vit. error additis numeris correctus.

σκληρᾶς, sed supra *γρ. σκληρᾶς*, Vit. *ἔποικος* G. Lips. aliique nonnulli. *κατέφθειτο*, supra scripto *ι*, Lips.

315. *Ἄμιστρις* Brunckius. *ἄμιστρις* M. Par. A. B. edd. ante Brunckium. *ἀμίστρις* Vit. Lips. *ἀμίστρης* G. Ven. A. Par. L. V. ad v. 22.

ἀμιστρεύς Lips. *ἀμφιτρεύς* Par. C.

316. *σάρδεσιν* M. Lips. *δάρδεσι* G. Vulgo *Σάρδεσι*.

Hunc versum, quod quartam a fine syllabam in vocabuli exitu longam habet, depravatum esse existimavit Porsonus in supplemento praefationis ad Hecubam p. XXXV. simulque eam suspicionem alio firmare studuit argumento. *Ariomardus*, inquit, *supra* 38. *Thebarum praefectus erat. Cur igitur Sardibus luctuosa esset eius mors? Hoc, ut opinor, sentiens scholiastes addit, πατρὶς γὰρ αἱ Σάρδεις αὐτῷ. Sed potius existimo versum unum vel plures excidisse, ubi Sardium praefectus, fortasse Mitragathes vel Arceus, nominaretur.*

νωμῶν, ὅ, τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος . . . . .

. . . . . *Σάρδεσι*
πένθος παρασχών.

Expleat hiatum, si potest, sagax lector; sed id simul curet, ut verbum Ἀριόμαρδος vocalis sequatur. Ipse postea sic explevit,

*νωμῶν, ὅ,τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος *ἀρδέων*
βολαῖσι πιστός, Μιτραγάθης τε Σάρδεσι*
πένθος παρασχών.

Sed nomen proprium, ut aliis in rebus, ita hoc quoque in genere idoneam excusationem suppeditat. Repugnantia autem illa circa patriam Ariomardi nulla prorsus est, si scholiastam, recte et prudenter monentem, audire voles. Nam, ut satis ex Herodoto intelligi potest, non suis quisque popularibus erat praefectus, nisi qui inferioris ordinis duces erant, uti VII. 96. 97. narrat, sed ut quisque apud regem vel generis propinquitate vel gratia dignissimus censebatur, ita ei alia atque alia committebatur provincia. Quamobrem etsi Herodotus VII. 67. 68. duos in exercitu Persarum memorat Ariomardos, tamen Aeschylum, qui nullo eos nomine distinguit, sed semper ut de uno loquitur, unum eundemque ubique in mente habuisse certissimum est. Qui si Sardibus natus Aegyptiis praefuit, tantum abest ut non recte dicatur Sardibus luctuosus obisse, ut, si haec esset repugnantia, simul duo alii loci in eandem vitii suspicionem incederent. Nam ipse ille quem Porsonus commemorat Arceus vel Arcteus, qui v. 45. dux vocatur Lydorum qui Sardibus advenerant, v. 306. dicitur *πηγαῖς Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου.* Non videtur enim dubitari posse quin utroque loco de eodem viro sermo sit. Susiscanes autem, ab Nilo secundum v. 35. profectus, infra v. 934. Batana dicitur reliquisse. Quare maneat posthac Aeschyli Ariomardo et imperium Aegyptiorum et patria Sardes.

317. *σεισάμης* M. Par. B. et ut videtur Par. A. *σησάμης* Vit. Par. N. et sic Brunckius ex v. 956. *σισάμης* G. *εἰσάμης* Ven. B. *σισάρμης* Lips. Cantabr. 2. Par. K. L. *σεισάρμης* Ven. A. Ox. et adscriptum in Par. B. *σεισάρκης* Ald. Rob. Turn.

Post hoc nomen *θ'* addunt G. Par. A. B. K. Non addunt M. Vit. Lips. Ven. A. Ald. Rob. Turn.

318. *θαρυβίς τε* G. *θάρυβις τε* Ald. *θάβυρίς τε* adscriptum in Par. B. *θάρμις τε* Ven. B. Rob. *πεντηκοντοπεντάκις* ante sec. manus correctionem Vit.

319. Stephanus Byzantius *Λυρνησσός, πόλις Τρωϊκή, μία τῶν ἕνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρῳάδι. τὸ ἐθνικὸν Λυρνήσσιος. Αἰσχύλος δὲ Πέρσαις ὡς ἀπὸ τοῦ Λύρνα ἢ Λύρνη Λυρναῖος.*

320. *κεῖται* et *εὐτυχῶν* Rob. *εὐτυχὴς*, sed correctum in *εὐτυχῶς*, G.

321. *σύννεσίς τε* M. Par. H. K. N. *σύνεσίς τε* G. Lips. Ven. B. Cantabr. 1. Mosc. Ox. Par. C. L. Ald. Rob. *συνέσιά τε* a pr. manu, *συνέσις τε* a sec. manu Vit. *Συέννεσίς τε* Turn. Apud Herodotum VII. 98. *Κίλιξ Συέννεσις Ὠρομέδοντος* commemoratur.

πρῶτος αὐτὸς εἰς εὐψυχίαν G. Lips. Ven. B. Cantabr. 1. 2. Par. C. K. L. nisi quod ἀψυχίαν habet G. Est haec haud dubie grammatici alicuius mutatio, propter falsum nomen Σύνεσις facta, ut versus constaret.

322. ἀκιλικίων Ald. ἄπαρχος sic M. ἀπαρχὸς Vit. a pr. manu et Lips. Ven. A. Ald. Turn. ἄπαρχος Rob. et reliquae ante Brunckium editiones. ἄρχος Par. L. ἔπαρχος Ven. B. Par. N. et adscriptum in Par. B. Id Brunckius posuit. In Vit. quod a prima manu est ἀπαρχὸς, a secunda ita mutatum est, ut nescias utrum ἔπαρχος an ἔπαρχος legi debeat. Praestat fortasse ἔπαρχος, vocabulum Herodoto, Xenophonti, aliis de satrapa usitatissimum, de quo dixerunt Wesselingius ad Herod. V. 20. Dorvillius ad Charit. p. 407. seqq. sive p. 448. ed. Lips.

323. Vulgata lectio est εὐκλεῶς. Sed ἀνηλεῶς habent G. Cantabr. 1. et in Par. B. adscriptum est γρ. νηλεῶς, quod non dubitavi recipere, ut multo magis accommodatum huic narrationi.

324. τοιῶνδ' ἀρχόντων νῦν M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Ox. Mosc. Par. A. B. C. F. K. L. N. Ald. sed in M. νῦν ab alia manu supra versum additum est. γρ. καὶ ἐπαρχόντων Faehsio teste adscriptum in Par. B. τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων νῦν Rob. τοιῶνδ' ἄρ' ὄντων νῦν Turn. ex coniectura, ut videtur. τοιῶνδέ γ' ἀρχόντων, omisso νῦν, Brunckius, parum considerate. Videtur potius ἀρχόντων interpretatio esse. Poterat Aeschylus dicere τοιῶνδε ταγῶν, poterat τοιῶνδ' ἀνάκτων. Hesychius ταγοί, προστάται, ἄρχοντες, ἡγεμόνες, et ἄναξ, βασιλεύς, ἄρχων, δεσπότης. Et ναῶν ἄνακτες legitur infra v. 378. Sed probabiliter Canterus scribendum coniecit τοιῶνδέ γ' ἀρχῶν, etsi Homericum hoc vocabulum apud tragicos alibi non invenitur.

325. δ' omittit M. ἀπαγγελῶ Ald. Rob. ἀπαγγέλω Lips. Cantabr. 2. ἀναγγέλλω G.

326. αἳ αἳ M. G. Ceteri αἳ αἳ, nisi quod αἳ decies repetit Cantabr. 1.

327. λιγέα, ad ι supra adscripto υ, Lips. λυγέα Ald.

328. αὐτὰρ Lips. Mosc. et ex corr. primae manus Vit. in quo antea, ut in ceteris, ἀτὰρ erat.

τοῦτ' M. G. Vit. Lips. et ceteri, ut videtur, codices. ταῦτ' Ald. Rob. Turn. ἀνατρέψας Ven. A.

329. πόσον δὴ πλῆθος M. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 2. Ox. Ald. Rob. πόσον δὲ πλ. G. Cantabr. 1. Par. A. B. C. πῶς δὴ πλ. ex Par. L. adnotavit Faehsius. πόσον τι πλ. Turn. ex coniectura, ut videtur. Non dubitandum est quin Aeschylus scripserit πόσον δὲ πλῆθος. Recepit hoc Brunckius, qui probasse videtur quod in Par. B. adscriptum est ἀντὶ τοῦ δή. Sed falluntur grammatici qui, ut Gregorius Cor. p. 33. (78. ed. Schaef.) δέ ab Atticis pro δή dici tradunt: quod illi si de Homero dixissent, aliquid in ea re veri esse videretur. Thucydidis quidem locus quem Gregorius affert, in quo ille interpretando multum fallitur, valde diversus est ab Aeschyli loco, quamquam Aeschylus non magis quam Thucydides δέ pro δή posuit. Pertinet enim hoc δέ ad illam ser-

monis Graeci proprietatem, qua post eas formulas, quibus dictum quid iri vel dici debere indicatur, particula, quae nectendae orationi inserviat, ita adiicitur, tamquam si non praecessisset talis formula. Veluti quum γάρ post verba σημεῖον δέ, et quae similes formulae sunt, usurpatur. Quae proprietas, latius extensa, complectitur etiam talia, ut λέγω ὅτι ἐγώ εἰμι ἐκεῖνος, et ἐλθούσης ἐπιστολῆς, ὡς ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἥκουσι, multaque alia. Eodem igitur modo post interrogationis quasdam formulas, quasi eae formulae omnino non adessent, δέ nectendae orationis caussa infertur.

ἢ νεῶν Ald.

330. ἐξιῶσαι ante sec. manus corr. Vit. περσικῶν Ven. B.

331. ναΐοισιν ἐμβολαῖς M. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. et, ut videtur, 2. Lambeth. Ox. Turn. ναΐῃσιν ἐμβολαῖς G. Par. H. N. Ald. Rob. et supra scriptum in Cantabr. 2. ναΐοισι συμβολαῖς Ven. B. et a sec. manu Vit. δαΐοισι συμβολαῖς Mosc. et a pr. manu Vit. In Lips. alteri in ναΐοισιν syllabae η superscriptum. Conf. v. 274.

332. ἂν omittunt Lips. et pauci alii. Suprascriptum est a sec. manu in Vit. ἦν pro ἂν Par. F. L. ἴσθι Rob. ἔσθ' ante corr. Lips.

In fine versus βαρβάρων M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Mosc. Ox. Par. C. F. H. K. N. Ald. Rob. βαρβάρους Turn. ex coniectura, ut videtur, qua expeditissima fit constructio. Sed antiquitus non fuisse scriptum βαρβάρους quum codicum fortasse omnium in voce βαρβάρων consensus docet, tum quod tollendae difficultatis caussa ἂν a nonnullis in ἦν mutatum est, ut in Vit. ἦν ad βαρβάρων adscriptum est et in margine M. λείπει τὸ ἦν. Neque tamen ἦν intelligi debet: non enim opponi recte potest ἀλλ' οὐκ ἦν, sed ἀλλ' οὐκ ἐκράτησαν. Wakefieldius, qui in Del. trag. I. p. 16. μὲν οὖν pro μὲν ἂν scribendum esse coniecit, protulisset quod probabile videri posset, si simul proximo versu ναυσίν mutasset in ναῦς ἦν. Lenissima mutatione scripsi βάρβαρον. In idem inciderunt Blomfieldius et Halmius.

333. ναυσὶν Porsonus. ναυσὶ libri. Ἕλλησιν Brunckius. Libri ἕλλησι. De numero navium aliter ab aliis, ut fit in huiusmodi rebus, indicato, dixerunt Valckenarius ad Herod. VII. 89. Wesselingius ad Diod. XI. 3. Spanhemius ad Iulianum p. 280. Siebelis in diatriba de Aeschyli Persis p. 61.

335. νεῶν Brunckius, contra libros, ut videtur, omnes.

336. ξέρξης γάρ, omissis particulis δέ et καί, Lips.

Hunc versum cum duobus sequentibus affert Plutarchus in vita Themistoclis c. 14.

337. νεῶν τὸ πλῆθος pro ὧν ἦγε πλῆθος Plutarchus scripsit.

αἴδ' Vit. Lips. Ald. Rob. ὑπέρκοποι Wakefieldius in Del. trag. I. p. 107. et Blomfieldius, qui in adn. ad Sept. ad Th. v. 387. ὑπέρκομπος tragicis omnino abiudicavit. Dixit contra hanc opinionem Lobeckius ad Soph. Ai. v. 127.

339. Quod Brunckius et Schützius ex Heathii coniectura dederunt, *δοκῶμεν*, id habet G. In ceteris omnibus, nominatim in M. Vit. Lips. Ven. A. B. et edd. ante Brunckium, est *δοκοῦμεν*. Deinde *ληφθῆναι* M. Vit. Mosc. *λειφθῆναι*, ad *ει* supra adscripto *η*, Lips. Scholiastes utrum *δοκοῦμεν* an *δοκῶμεν* legerit, ex eius interpretatione *μὴ δόκει* non potest perspici. Illud vero planum est, si duo sequentes versus nuntio continuantur, ut fit in libris omnibus, non posse *δοκοῦμεν* legi, quod sic mirum in modum abrupta et inconcinna fieret oratio, sed legendum esse *δοκῶμεν*, quo haec commode et cum praecedentibus et cum sequentibus cohaereant: *ita se habet ratio, ne nos hac ex parte putes in pugna inferiores fuisse: sed deus aliquis exercitum perdidit, non aequa lance sortem ponderans.* At vero uti tantus librorum in indicativo consensus suspicionem facit, coniunctivum in codice Guelferbytano emendationem esse vel critici vel librarii, sentientis quam male conveniret indicativus in illo quem indicavi orationis decursu, ita multo magis haec suspicio eo augetur et confirmatur, quod oratione nuntii usque ad verba *οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ* producta, quae deinceps sequuntur prorsus perturbata et perversa sunt. Quae quum vulgo sic personis divisa sint,

ΑΤ. *θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.*
ΑΓΓ. *ἔστ' ἄρ' Ἀθηνῶν, ἔστ' ἀπόρθητος πόλις,*
ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές,

primus sensit Schützius versum, qui in his medius est, Atossae tribuendum esse: etsi illud non recte fecit, quod in commentario ad maiores editiones illam personarum distinctionem, quae est in editione Robortelli, adsciscendam iudicavit, qua duo priores versus Atossae, extremus nuntio tribuitur. Neque enim hoc modo multum tollitur de inconcinnitate orationis. Rectius in minore editione primum versum nuntio, secundum Atossae, tertium rursus nuntio adscripsit, quam rationem iure probavit Iacobsius in iis quae de Aeschyli Persis scripsit in Wielandii Museo Attico vol. IV. p. I. sive in Opusculis suis vol. V. sed rursus ille rectius Schützio de hoc loco sentiens. Nam quum Schützius primum versum cum praecedente nuntii oratione coniunxisset, audaciore facta mutatione, nulloque prorsus stabilita fundamento,

θεὸς πόλιν δ' ἔσωσε Παλλάδος θεᾶς,

vidit Iacobsius servandam esse vulgatam lectionem, sed praecedere huic versui debuisse dictum aliquod Atossae. Quod ille quum nullum reperiret, ut qui orationem nuntii putaret verbis *οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ* finiri, excidisse versum Atossae post illam orationem nuntii credidit. At nihil excidit, sed illa ipsa lectio, *μή σοι δοκοῦμεν*, ita est comparata ut sequentes versus ab nuntii oratione seiungi postulet. Quos duo versus si Atossae tribueris, non solum haec, sed reliqua quoque ex illa Iacobsii personarum divisione rectissime procedent. Nuntius igitur sic finit orationem suam, *numquid hac ex parte tibi videmur inferiores fuisse?* Iam dicenti Atossae *at ergo deus quispiam classem, iniqua lance fortu-*

nam dispensans, afflixit, ita ille respondet, *dii Palladis urbem servant.* Atque eodem modo deinceps amplius interroganti respondet.

340. *ὧδε* hic non significat *tantopere*, sed potius *ergo*, i. e. *in hoc rerum statu, quum haec ita sint.* Vt in Prometheo v. 514.

μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω.

In prosa oratione plerumque *οὕτως* invenitur, cuius exempla vide apud Taylorum ad Demosthenis or. in Midiam p. 627. Adde quos nominat Schaeferus ad Dion. Hal. de struct. verb. p. 414. et quae ego dixi ad Vigerum p. 933. Herodotus saepe sic *ὧδε* quoque usurpat. Sensit vim particulae scholiastes qui adscripsit, licet obscurius, *ἐνταῦθα, ἤγουν εἰς τὸ πλῆθος.* Debebat sic explicare, *quum haec ita sint, ut Persae tanto navium numero Graecis superiores essent, deus aliquis exercitum prodiderit necesse est.*

341. *τάλαντ' ὑβρίσας* Lips. *ἰσσορόπων*, expuncto postea *ν*, Vit. *ἰσορρόπων* Ven. B. *εἰσορρόπωι* a pr. manu M.

342. De personarum distributione vide ad v. 339. *παλλάδας* Lips.

343. *ἔστ' ἄρ'* M. *ἔστ' ἄρ* Ald. *ἔστ' ἄρ'* Turn. *ἔτ' ἄρ* Rob. *ἔτ' ἄρ'* G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. Ox. Par. L. N. quod Schützius *ἄρ'* in *ἆρ'* mutato in editionem minorem merito recepit.

Recte monuit Iacobsius fidem historicam Aeschyli, quam Siebelis p. 63. propter hunc versum graviter vituperavit, non meruisse hanc reprehensionem: nam neque negare voluisse poetam captas eo bello a Persis Athenas esse, nec sequente versu aliud contineri quam Athenienses ipsos in pugna non succubuisse. Poterat, opinor, longius progredi. Tantum abest enim ut reprehendi ob hos versus Aeschylus debeat, ut etiam laudandus esse videatur. Nam quum constaret inter omnes, captas esse vastatasque Athenas brevi ante pugnam Salaminiam, maluit poeta subindicare hanc rem, sed cum laude Atheniensium, quam non attingenda dissimulasse cladem videri. In qua re magnam artem et sagacissimum prodidit iudicium. Nam quum Atossam faceret interrogantem, ut consentaneum erat, de illa ipsa re, quam minime iucundam auditu esse Atheniensibus sciebat, fieri non potuit quin exspectatione quadam et metu commoverentur spectatores, ne referentem audirent nuntium quod factum esse graviter ferebant. Sed hunc metum tam callide et cogitate dispellit poeta, ut illa nuntii responsio etiam laudem et gloriam afferat Atheniensibus. Apte comparat cum hoc versu Iacobsius responsum a Themistocle, testibus Herodoto VIII. 61. et Plutarcho in Themistocle c. 11. Adimanto datum, urbem non esse in moenibus ac domibus, sed in CC triremibus positam. Quod dictum quis dubitabit pervulgatum apud Athenienses fuisse, ita ut iure credi possit allusisse eo hic Aeschylum.

344. *ἀνδρῶν ὄντων, eorum qui viri sunt.* *ἔρκος* a pr. manu M.

345. *δὲ* omittunt Vit. Par. N. Pro eo *τε* habet Ven. A. *ναυσὶν*

M. *συμβολαῖς ἵν τις* Lips. *συμβολῇ* affertur ex Par. C. *ἵν* omittit Colb. 2.

347. *πλήθη* G. *κατακαυχήσας* Ox. Par. C. Ald. Turn. et adscriptum in Par. B.

348. *ἦρξε μὲν* G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. Turn. *ἦρξεν* Rob. omisso *μέν*.

350. Sicinnum dicit, vernam Themistoclis et eius liberorum paedagogum, de quo Herodotus VIII. 75. Diodorus Siculus XI. 17.

352. *ἵξεται* Lips.

353. Libri *μένοιεν* et mox v. 355. *ἐκσωσαίατο*. Correxit a Monkio monitus Blomfieldius. V. Elmsl. ad Oed. Col. v. 945.

σέλμασιν M. Ald. Rob. Ceteri litteram paragogicam negligunt. *σέλματι* Cantabr. 2.

354. *ναῶν* M. G. Vit. Lips. Ven. B. Cantabr. 2. Par. L. *νεῶν* Ald. Rob. Turn. *νῦν* Mosc. *ἐπενθορόντες* G. Ven. A. B. Turn. *ἐπενθορῶντες* Ald. *ἐπανθορόντες* M. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. C. L. N. Rob. *ἐπανθορῶντες* Vit. Lambeth. et supra scripto ad secundam syllabam *εν*, ad quartam *ό*, Lips.

355. *βίον* Vit. et aliquot alii. *ἐκσωσαίατο* libri. V. ad v. 353.

356. *ὃ δ'* M. *ὅδ'* Vit. Lips. Ald. Rob. Vulgo *ὁ δ'*.

357. *τῶν* pro *τὸν* Lips. Par. L. et ante correctionem M. *τὸν θεοῦ* Par. N.

358. *πᾶσιν* Porsonus, et sic M. Ceteri *πᾶσι*. *προσφωνεῖ* Vit. Lips. Ven. A. aliique nonnulli et Ald. Rob. *τοιόνδε* Ven. A. *ναυάρχαις* Ald. et *οις* minio supra scripto G.

359. *φλόγα* pro *χθόνα* Par. C. K. L. Rob. *γρ. φλόγα* adscriptum in Lips. Par. B. *χθονός* adscriptum in Par. C.

360. *λέξῃ* Ven. A.

361. *στῖφος μὲν* M. G. Turn. *στίφος μὲν* Vit. Ald. Rob. *μὲν στῖφος* Brunckius, nullo, ut videtur, auctore.

στοίχοις M. Cantabr. 2. Colb. 1. 2. Hoc fuerat etiam in Vit. sed in *στίχοις* mutatum est. *στίχαις*, ad *αι* supra scripto *οι*, Lips. Mosc. Ceteri *στίχοις*. Sed huic vocabulo, quod in re militari dubiae fidei est et omnino apud tragicos non invenitur, praeferendum est *στοίχοις*.

362. *ἁλιρόθους* Ald. Rob.

363. *κύκλων* Ven. B. *νήσων* Ald. et ante sec. manus correctionem Vit. *νοῦσον* Rob. *πέρι*, eraso *ξ*, Vit.

364. *ὡσεὶ* e correctione Lips. Antea recte *ὡς εἰ*.

365. *ναυσὶν* Porsonus. *νηυσὶν* M. *ναυσὶ* vulgo. *εὑρόντα* Ven. B.

366. *πᾶσιν* M. *στερίσκεσθαι* Vit. Lips. Mosc. Par. N. Sed *γρ. στέρεσθαι* adscriptum in Vit. Lips. *κράτος* G. et ex sec. manus correctione M. quam lectionem imperite praefert scholiastes.

Melius constaret temporum ratio, si scriptum esset *ὃν προκείμενον*. Nam si *ἵν* scripsit Aeschylus, accuratius ante dixisset *εἰ ἔφυγον*.

367. *τοιαῦτ'* edidit Brunckius, nullo, ut videtur, auctore.

ὑπερθύμου G. Lips. Ven. A. B. Mosc. Ox. Par. C. L. N. Rob. *ὑπὲρ θύμου* Colb. 2. *ὑπεὐθύμου* M. et hinc *ὑπ' εὐθύμου* Victorius. *ὑπ' ἐκθύμου* Ald. Turn. et videtur hoc prius fuisse in Vit. qui nunc *ὑπερθύμου* ex correctione habet. *Ἔκθυμος* est *animi impotens.*

φρενί Mosc. et supra scripto *ός* Lips.

369. *οἵδ'* Vit. Lips. Ald. Rob. Ceteri *οἱ δ'*. *πιθάρχῳ* Vit. Mosc.

370. *δεῖπνον* M. Vit. Lips. edd. ante Brunckium. *τ'* addidit Brunckius et ante eum Scaliger.

ναυβάτης τ' M. Par. B. L. Rob. *ναυβάτης* sine particula Par. N. *ναυάτης δ'* Ven. A. *ναύτης τ'* Ald. *ναυάτης τ'* ceteri.

371. *τροποῦτο* omnes libri. Non recte Brunckius *ἐτροποῦτο.* V. praef. ad Eur. Bacchas p. XLVI. Hesychius *τροπώσασθαι, τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι τῷ τροπωτῆρι.*

σκαρμὸν Cantabr. 1. *γρ. σκαρθμὸν* Par. B.

372. *φθέγγος*, expuncta *θ* littera, M. *φθόγγος* Lips.

374. *εἰς ναῦν* Lips. *ἐς ναῦς* G. Mosc. *ναῦ* affertur ex Par. C.

πᾶς δ' M. Vit. Lips. et supra scripto *θ* Par. B.

375. *τάξεις*, ad *ει* supra scripto *ι*, M.

376. *ὦ* pro *ὡς* Lips.

377. *πάννυχοι δὴ διάπλουν*, omisso *καὶ*, Rob.

378. *ναῶν* M. Vit. Lips. Ald. Rob. et ceteri, ut videtur, libri praeter Ven. A. Turn. qui *νηῶν* habent.

380. *οὐδαμῆ*, ad ultimam litteram supra scripto *οῦ*, Lips. *οὐδαμοῦ* Par. L.

381. *κευκόπωλος* Lips.

382. *κατάγε* pro *κατέσχε* Mosc. *κατὰ γαῖαν* pro *κατέσχε γαῖαν* Lips. *κατέσχε γῆν* Ald.

383. *πρῶτα* Par. C. *ἠχῇ* M. G. Ven. A. B. Ald. Turn. et supra scripto *ἠχοῖ* Cantabr. 2. Par. B. *ἠχοῖ*, ad *οῖ* supra scripto *ῇ*, Lips. In *ἠχοῖ* coniectura incidisse Piersonum ad Moer. p. 176. merito mireris, quum ibi interesse aliquid inter *ἠχήν* et *ἠχώ* ostendere studeat. *ἠχεῖ* Vit. Mosc. Par. L. Rob.

Totum hunc locum imitatione expressum esse ab Iuliano in prima oratione observarunt Spanhemius p. 235. et Wyttenbachius p. 188. ed. Schaef.

384. *ἐφήμισεν* Cantabr. 1. *ηὐφήμησεν* Brunckius. *ὄρθιόν θ'* Cantabr. 2.

385. *ἀντιλάλαξε* G. *πέτρης* Par. C. *πέρας* Ven. B. quod vocabulum nisi unus tantum liber haberet, placere posse dixeris. V. ad Suppl. v. 249.

386. *παροῦς*, supra scripto a sec. manu *ν*, Vit.

387. *οὐδὲ γὰρ ὡς ἐν φυγῇ* Ven. A. Ox. Ald. *οὐ γὰρ ὡς φυγεῖν* Rob.

Meminerint lectores, narrari haec Athenis. Minus haec splendent apud Herodotum VIII. 83.

388. ἐφήμουν G. Vit. et aliquot alii. ἐφ' ὕπνουν Lips.

389. ὁρῶντες G. ὁρῶντας Rob. ὁρμῶντες, ut reliqui, sed supra scripto γρ. ὁρῶντες, Lips.

390. δ' inter versus M. αὐτῇ G. et ante sec. manus correctionem Vit. αὐτῇ Lips. ὑπέφλεγεν Ven. A. et adscripto γρ. ἐπέφλεγεν Par. B. Schützius coniiciebat πάντα θῆν' ἐπέφλεγεν. Nihil est quare quis in verbis πάντ' ἐκεῖνα haereat. Est enim haec usitatissima formula, quum multa quae ante commemorata sunt, praesertim si magna sunt et gravia, ut uno vocabulo comprehendi nequeant, indicantur. Sic supra v. 257.

ὡς πάντα γ' ἔστ' ἐκεῖνα διαπεπραγμένα.

Herodotus VII. 34. de operibus quibus Xerxes pontes in Hellesponto fecerat, καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε. Sic etiam πάντα ταῦτα, ut in Eum. v. 113.

καὶ πάντα ταῦτα λᾷξ ὁρῶ πατούμενα.

391. ἐπεὶ δὲ Ald. Turn. εὐθὺς δὲ M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Mosc. Par. A. B. H. K. L. Rob. Hoc ad sensum et vim loci multo aptius esse nemo non videt. Inutilis coniectura Porsoni ἔπειτα. ξὺν ἐμβολῇ Par. L.

392. ἔπαισαν ἅλμην. Idem versus initium in oratione nuntii apud Euripidem Iph. Taur. v. 1391. in qua oratione plura ex Aeschyli Persis sumpta esse indicavit Seidlerus.

κελεύματος M. Vit. Lips. Mosc. Ceteri κελεύσματος.

393. ἦσαν ἐμφανεῖς Rob. ἐμφανεῖς ἦσαν Par. C. γρ. ἐμφανεῖς adscriptum in Par. B.

394. πρῶτον a sec. manu supra lituram unius syllabae inter versus adscriptum in Vit.

εὐτάκτως M. G. Cantabr. 1. Mosc. Par. K. L. et supra scriptum in Cantabr. 2. εὐτάκτως, supra scripto primae syllabae accentu, tertiae ον, Lips. εὔτακτον Vit. Cantabr. 2. Rob. Turn. et adscriptum in Par. B. εὐτάκταν Ald. εὐστόχως Par. B. H.

Comparanda sunt cum his Diodori verba XI. 18. τὸ μὲν εὐώνυμον μέρος ἐπεῖχον Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς τὸ τῶν Φοινίκων ναυτικὸν ἀντιταχθησόμενοι· — Αἰγινῆται δὲ καὶ Μεγαρεῖς τὸ δεξιὸν κέρας ἀνεπλήρουν. Herodotus VIII. 85. in sinistro cornu Atheniensis, Lacedaemonios in dextro fuisse scribit, quod verius videtur Valckenario. Cum utro faciat Aeschylus, dubitari potest. Veri tamen similius esse videtur Aeginetas eum laudare voluisse quam Lacedaemonios, praesertim quum per hos ipsos effectum sit ut Aeginetis primae decernerentur, Atheniensium autem soli Amyniae, fratri Aeschyli, ut quidem placet Diodoro XI. 27. Non multum dissimilia habet Herodotus VIII. 93. ubi videndus Valckenarius.

396. ἐπεξεχώρει M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. A. B. N. Ald. Rob. Turn. ὑπεξεχώρει editiones Vict. Cant. Stanl.

398. ἐλευθεροῦτε δὴ Vit. ἐλοῦτε δὴ Mosc.

401. γλώττης G.

402. κοὐκέτ' M. Lips.

403. ἐν νυκτὶ Rob.

404. ἦρξεν δ' M.

Quod hic narratur, Lycomedis cuiusdam, Atheniensis, factum fuisse scholiastes cum Plutarcho in Themistocle c. 15. narrat. Sed Lycomedem hoc ad Artemisium fecisse Herodotus scribit VIII. 11. In Salaminia pugna Aminiam primum impetum in classem Persicam fecisse tradunt Herodotus VIII. 84. et Diodorus XI. 27. Aminias apud Aeschylum intelligendus est: sed quod hunc Aminiam, quem Pallenensem dicit Herodotus, fratrem Aeschyli fuisse perhibeat Diodorus, Aelianus V. H. V. 19. scriptorque vitae Aeschyli, fabula videtur esse. Ceterum ne nominaret poeta Aminiam, tragoediae gravitas prohibebat, quoniam, qui in conspectu nostro et in hac communis vitae humilitate versantur, haud facile illo magnitudinis splendore, quem requirit poesis, ita exornari possunt ut omnis quotidianae tenuitatis recordatio evanescat. Idque bene perspectum habens poeta sapienter ne Themistoclis quidem nomen admittere ausus est.

405. Herodotus VIII. 85. κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας.

406. ἠΰθυνεν M. Ex Par. B. Fachsius ἠΰθυνε. γρ. ἴθυνε affert: Brunckius hunc codicem εὔθυνεν et pro varia lectione ἴθυνεν habere significat. ἴθυνε G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. Ald. Turn. ἴθυνεν Rob. et reliquae inde a Vict. editiones.

407. καὶ πρῶτα recepi ex G. Lips. Cantabr. 2. Par. L. Rob. τὰ πρῶτα M. Ald. Turn.

μὲν νῦν Cantabr. 2. et supra scripto ἀντὶ τοῦ δή M. μὲν νῦν etiam Vit. habuerat, sed eraso ν a sec. manu οὖν factum est. μέν νυν Ven. B. μὲν οὖν Lips. Ven. A. Par. N. Mosc. Ox. Ald. Rob. μὲν δὴ G. Turn. Ex hic μέν νυν praeferendum erat, pro quo saepe μὲν δή et μὲν οὖν ab librariis posita sunt. V. Valcken. ad Hipp. 20.

περσικοῦ ῥεῦμα Ven. B. Cantabr. 2.

408. στενῶν Par. C. στερῶ Ven. B. νεῶν τῶν περσικῶν G.

410. ὑφ' αὐτῶν Lips. Rob. ὑφ' αὐτῶν G. ὑπ' αὐτῶν, leni in altero vocabulo spiritu a correctore in asperum mutato, Vit. ὑπ' αὐτῶν Ven. A. Mosc. Ox. Ald. Turn.

411. παίοντ' indiget nulla mutatione. Est autem praesentis participium παίοντα, significatque eum qui illiditur, ut in Prom. v. 887.

θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ
στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

412. ἀφρασμόνως dedi ex M. Ven. B. Par. N. Idem antequam corrector σ in δ mutavit erat in Vit. Ceteri ἀφραδμόνως.

413. ἑστιοῦτο δὲ Ven. B. ὑπτιοῦτο δὴ Heathius. Fugerat eum δέ in apodosi post ὡς positum, ut v. 410.

414. θαλάσσῃ δ' Lips. sed η in α mutato. θάλασσαν δ' Ald. θάλασσαν, omissa particula, Turn. ex coniectura, ut videtur.

415. πλήθουσαν Ald. Turn. φόνο Lips.

416. ἐπλήθυον M. Ven. B. Cantabr. 1. Rob. et a pr. manu Cantabr. 2. Par. A. ἐπλήθυνον G. Vit. (sic Vit.) Lips. Ven. A. Mosc. Par. B. C. N. Ald. et a sec. manu Cantabr. 2. Par. A. ἐκπλήθυνον Turn.

417. ἀκόσμῳ e correctione, deleto ς, Vit. Ita scribendum putavit Casaubonus. Ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ legitur v. 465.

418. βαρβάρων Rob.

419. οἱ δ' Blomfieldius. V. ad Soph. Ai. v. 1404. θήνους Lips. θύνους Rob.

420. θραύμασίν τ' M. θραύμασί τ' G. (sic G.) Vit. Lips. Mosc. Par. L. Rob. et ρ a sec. manu scripto Cantabr. 2. θραύσμασί τ' Cantabr. 1. Ald. Turn. Dixit de his formis Lobeckius ad Soph. Ai. p. 322.

ἐριπίων M.

421. ἐράχιζον Vit. Lips. Mosc. οἰμωγὴ ex correctione, quum antea οἰμωγῇ fuisset, Vit. οἰμωγῆς M. οἰμογὴ Ald. ἡμιογὴ Lips.

422. κωκύμασιν M. κωκύμασι G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. Turn. Solent coniungi οἰμωγή et κώκυμα, οἰμώζειν et κωκύειν. Sed hic laetum potius clamorem Graecorum commemorari exspectamus, ut in Homerico illo ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων. Quare putavi Aeschylum scripsisse καυχήμασιν.

πελασγίαν G. Vit. Lips. aliique nonnulli et Rob. γρ. πελατίαν margo Lips.

423. In κελαινῆς littera ν puncto notata in M. νυκτὸς ὄμμα explicat Seidlerus ad Eur. Iph. Taur. v. 110.

424. In ἥματα primam litteram in litura habet M.

425. στοιχοιγαροίην, ad α supra scripto ·ο·, M. στοιχηγορείην Cantabr. 2. χοικηγοροίην Par. C. στιχηγοροίην Lips. Mosc. Par. F. K. L. ἐφεξῆς λέγοιμι. στοιχομυθοίην adscriptum in M. Hesychius στοιχομυθεῖν, τὸ ἐφεξῆς λέγειν καὶ ἀδολεσχεῖν.

426. μὴδ' ἂν M. et sic vel μηδ' ἂν G. Vit. Lips. Ven. A. B. Par. B. edd. ante Brunckium, qui μηδάμ' restituit ex Par. A. in quo glossa μηδαμῶς addita est. γρ. μηδάμ' ἡμέρᾳ margo Par. B.

427. τοσουτάριθμον Lips. Rob. γρ. τοσουτάριθμον supra scriptum in Vit. τοσοῦτ' ἀριθμὸν M. Ven. A. Cantabr. 2. Ox. Ald. Turn. et a sec. manu Vit. τοσοῦτ' ἀριθμῶν a pr. manu Vit. τοσοῦτ' ἄριθμον G. scilicet, ut interpreti videtur, pro ἀάριθμον. Et τοσουτάριθμον et τοσοῦτ' ἀριθμὸν commemorant scholiastae. Alludere ad hunc locum videtur Tzetzes in exegesi ad Il. p. 92, 8. ἐκ δὲ τῆς συνεχείας τῆς ἵππου καὶ τοῦ περιττώματος τοῦ τοσουταρίθμου στρατοῦ.

428. *αἶ αἶ* M. G. *αἶ* octies Cantabr. 1. Ceteri *αἶ αἴ*.

ἔρρωγεν Rob. et a pr. manu Cantabr. 2. Idem supra scriptum in Vit. *ἔρβωγεν* a sec. manu Cantabr. 2. *ἔρρωγε* G. Lips. Ald. Turn. *ἔρρωγαι* Vit. *ἔρρωται* Mosc. et cum litura inter *ω* et *τ* M.

429. *βαρβάρῳ* Par. K. L. *γένη*, sed *ει* supra scripto, Lips.

430. *κακόν* M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Mosc. Par. B. N. *κακῶν* Ald. Rob. Turn. Euripides Med. v. 59. *ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ*, ubi v. Elmsleium.

431. *ἐπ' αὐτοῖς* M. G. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 2. Ox. Par. B. K. L. N. Ald. Rob. *ἐπ' αὐτοὺς* Turn. *ἐπ' αὐτῆς* Mosc.

433. *τῆσδέ τ'* M. G. Vit. Par. A. B. *τῆς δὲ τ'* Ald. Rob. Emendate *τῆσδ' ἔτ'* Lips. Turn. *γρ. καὶ τύχης* ex Par. B. Fachsius affert.

434. *τί δ' αὖ* G. *τῆνδε*, ut fere solet, M. *τὴν δὲ* Ald. Rob. *στρατῷ*, mutato a sec. manu *ῶ* in *οῦ*, Vit. *στρατοῦ* Ald.

435. *μέσσονα*, supra scripto *α*, Vit.

436. *φύσιν* M. Vit. Ald. Rob. Turn. et *ει* supra scripto Lips. *φύσει* G. Ven. B. Par. A. B. K. L. et supra scripto *φύσιν* Cantabr. 2.

437. *ἄριστον*, supra scripto *οι*, Lips. *καὶ εὐγένειαν* M. Vit. Mosc. Ald. Rob. *ἐκπρεπεῖς* M. Ald. Turn. et adscriptum in Par. B. *εὐπρεπεῖς* G. Vit. Lips. Ven. B. Mosc. Par. A. B. L. N. Rob.

438. *ἄνακτοι* Vit.

439. *αἰσχρῶς* M. G. Vit. Lips. Ven. B. Cantabr. 1. 2. Lambeth. Mosc. Ox. Par. A. B. H. K. L. N. Rob. *οἰκτρῶς* Ald. Turn. et supra scriptum in Par. B. *δυσκλεεστάτῳ* M. Lips. Par. B. Ald. Rob. Turn. Id fuit etiam in Vit. ubi terendo *λε* periit. *δυσκλεστάτῳ* Par. C. *δυστυχεστάτῳ* G. Ven. B. Cantabr. 1. Par. A. L. et adscriptum *γρ. δυστυχεστάτῳ* in Lips. *πότμῳ* Vit. Lips. Mosc. Par. N. sed in Lips. adscriptum *γρ. μόρῳ. θανάτῳ.*

440. *οἶ ἐγὼ* M. *ὃ ἐγὼ* Par. C. *οἶ ἐγὼ* G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. Rob. Turn. Correxit Porsonus. *τάλανα* Vit. *κακοὶ* pro *κακῆς* Lips.

441. *δὲ* omittunt Ven. A. Ox. Ald. Post *ποίῳ* habet Rob.

442. *ἐστιν* Vit. *πρόσθεν* G. Vit. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. Mosc. Ald. *πρόθεν* Par. N.

443. *δύσορμος*, ad *ος* supra scripto *οι*, Lips. *νηυσὶν* M. G. Vit. Lips.

444. *ἀκτὶς* G. In Vit. ad *ἀκτῆς* a sec. manu supra scriptum *γρ. αλὸς*, sic.

445. Narrat rem etiam Herodotus VIII. 76.

ὅτ' ἂν M. Vit. Lips. Rob. *ὅτ' ἐκ* scribendum putavit Elmsleius (*Edinburgh Review* XVII. p. 236.). Sed v. diss. de particula *ἄν* III. 4. Opusc. IV. p. 148.

446. *ἐξσωζοίατο*, ad *ξ* supra scripto *κ*, M. *ἐκσωζοίατο*, ad *οί* supra scripto *ει*, Lips. Non satis recte Abreschius *νεῶν ἐκσωζοίατο* ita

coniungit ut φθαρέντες seorsim positum sit. Vt ista sint coniungenda, certe φθαρέντες non minus cum illo genitivo construi debet: *dissipati ex navibus.* Φθείρεσθαι errare, vagari significans et ab Abreschio hic et in Misc. Obs. IV. 3. p. 451. illustratum est. Conferendus Blomfieldius.

447. κτείνεια Ald. κτείνειεν G. Ven. A. B. Ox. Par. C. N. Rob. Inde κτείνειαν Porsonus. Recte κτείνοιεν M. Vit. Lips. ceterique, ut videtur, codices et Turn. ἀχείρωτον G. εὐχείρως τὸν Mosc. Par. B. Id videtur etiam in Vit. fuisse, in quo erasa ea scriptura εὐχείρωτον restitutum. εὐχείρω τὸν, propter similem, ut videtur, codicis alicuius lituram, Ald.

448. ἐναλίων M. G. Vit. Par. A. B. N. εἰναλίων Ven. A. Rob. Turn. εἶν ἁλίων Ald. ἀναλίων Lips.

449. ὡς γὰρ ὁ θεὸς Lips. Mosc.

450. νηῶν Ven. A. Par. C. νεῶν Cantabr. 2. ἕλλησιν M. Rob. ἕλλησι G. Vit. Lips. aliique et Ald. Turn.

451. αὐθημερῶν Vit. V. Herodotum VIII. 95.

452. 453. ἀμφὶ δ' ἐ|κυκλοῦντο Ven. A. Par. B. C. et ante correctionem Vit. ἀμφὶ δ' ἐ|κύκλουν τὴν ex correctione Vit. ἀμφὶ δ'| ἐκυκλοῦντο G. Lips. et ut videtur Mosc. ἀμφὶ δὲ, ut Brunckius refert, supra scriptum in Par. B. γρ. δέ ex eo codice Faehsius affert. De omisso augmento v. praef. ad Eur. Bacchas p. XLVI.

454. γρ. τράπωνται Par. B. τράπονται Par. C.

455. πέτροισιν M. Vit. Lips. Ven. B. Mosc. Par. B. N. Vulgo πέτρῃσιν. ἠράσσοντο M. (sic M.) G. Lips. Par. A. B. ἠράσσαντο Vit. aliique et Turn. ἠράσσαντο Ald. Rob. δ' ἄπο Lips. Ven. A. Par. B. Ald. Turn. τ' ἄπο M. G. Vit. Par. A. N. Rob. τ' ad δ' supra scriptum in Lips. Par. B. Non dubitavi praeferre τε. Sed anastrophen, quam consensu tuentur libri, repudiandam esse diligens docebat artis poetarum in condendis trimetris observatio, qui quum plerumque ita coniungant verba, ut singulis versibus aliqua pars orationis terminetur, tamen saepe etiam pausa paullo ante finem versus facta tam arte finem versus cum sequentis initio coniungunt, ut ne elisionem quidem in fine versus spreverint, nedum in praepositionibus admiserint anastrophen.

456. προσπίτνοντες M. Cantabr. 2. Rob. πίπτοντες Par. N. Ceteri προσπίπτοντες. ὄλλυσαν M. ὤλυσαν G. Vit. aliique nonnulli.

457. ἀφορμηθέντες, ad ἀ supra scripto ε, Lips.

458. κρεοκοποῦσι ex correctione M. et hoc ex scholiis restituit Porsonus. κρεωκιποῦσι Ald. Rob. κερωκοποῦσι Vit. supra tamen scripto γρ. κρεωκοποῦσι, quod in M. ante correctionem erat ut in ceteris omnibus. V. Pors. praef. ad Hec. p. VIII. Lob. ad Phryn. p. 693.

460. ἀνῴμωξε G. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. κακῶν omittunt Mosc. et a pr. manu Vit. πάθος Vit. Par. N.

461. De loco illo, ex quo Xerxes pugnam spectaverit, vide Wassium ad Thuc. II. 19. Valckenarium et Wesselingium ad Herod. VIII. 90.

Toupium Emend. in Suidam vol I. p. 398. seqq. (261. ed. Lips.).

Libri omnes εὐαγῆ. Scholiastes καθαράν, κεχωρισμένην, εὖ ἔχουσαν οἷον τὴν ἄποψιν καὶ ἐπιτηροῦσαν τὸν λεὼν ἅπαντα. ἢ αὐγάζοντα καὶ ὁρῶντα. Hemsterhusius εὐαυγῆ, quod receperunt Brunckius, Schützius, Porsonus, Blomfieldius. Praeclara illa Hemsterhusii disputatio tanto magis tota huc transferenda videtur, quod et in primis ad Aeschyli locum pertinet et plura sunt quae de ea monere lectorem volo. Sic igitur ille apud Musgravium in Exerc. Eurip. II. 6. sive in eiusdem notis ad Euripidis Suppl. 654.

ἀμφὶ δ' Ἠλέκτρας πύλας
ἔστην θεατής, πύργον εὐαγῆ λαβών.

Euripidis loco apte convenit interpretatio (Hesychii verba dicit, εὐαγές, εὔοπτον): *ipsi voci convenire fuerat ostendendum. Εὐαγὴς si ducatur ab ἄγος quid sit notum est, quemadmodum ἀναγής, δυσαγής. Si ab ἄγω* duco, *erit* agilis, flexibilis, *qua potestate capitur in Hippocr.* περὶ διαίτ. II. p. 363, 34. *neque aliter Henr. Stephan. intellexit Anth.* I. *c.* 60. *Ep.* 8. Χαίροιτ' εὐαγέες (μέλισσαι) *in Th. L. Gr. Tom.* I. *p.* 126. *C.* agiles apes, quod per aerem ferantur cito et facile: *vel* mobilis, volubilis, *ut in Aretaeo p.* 19. *v.* 33. (p. 41. ed. Lips.) ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροί, *exponi possunt, licet* puros *dederit Crassus, Wiganus* lucentes, *quod vix perspicias unde pendeat, nisi legisse vel legi voluisse statuas εὐαγέες: iunguntur tamen itidem ab Adamantio* I. *c.* 9. (p. 349.) ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ λαμπροὶ καὶ εὐαγεῖς, *cuius vice admodum vitiose* εὐλαβεῖς *Polemo* (p. 222.) *praefert. Porro si ab* ἄγω, ἄγνυμι frango, *significabit* fragilem, quique facile comminui possit; *quo pertinet Suidae locus ita scribendus:* εὐαγές, εὐκόλως κεκλασμένον, *et* στάχυς εὐαγής, *idem qui* εὔκλαστος, εὔθραυστος, *apud Etym. in v.* Δημήτηρ. *In his, sicuti linguae norma postulat, penultima corripitur: aliis in locis eadem vox syllabam istam habet productam: Leonid. Anth.* VI. 27. *Ep.* 6. καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐαγέα καὶ περιαγὲς Τρύπανον — *Parmen. ap. Clem. Str.* V. *p.* 732. — καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο Λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα — *nimirum forma Dorica nascuntur ex* εὐηγής *et* περιηγής· *quorum illud rarissimum, alterum frequentatur pro* circumacto, circumiecto, rotundo: *saepe tamen quam proprie vim habeat obscurum est, qua de re nunc nihil amplius dicam. Singulare est quod ex Lex. Vet. MS. Bibl. Sangerman.* (Anecd. Bekkeri p. 337, 13.) *mecum communicavit praestantissimus noster Ruhnkenius:* ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέσεως (συνθέτου apud Bekkerum) καταλείπεται τοῦ εὐαγής ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον· *pro* παναγής, *quod longe diversum est, melius scripsisset* περιαγής, *ut in illo versu proverbiali, quem suggerit Philopon.* περὶ Κοσμοπ. *p.* 179. μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον ἑλίξαι. *vid. Suid. in* εὐαγής. *Nunc investiga quantum libet, harum, quas notavi in* εὐαγής, *significationum quaenam vel Aeschyli verbis vel Euri-*

pidis accommodari possit, nullam invenies: at scripseris inserta littera εὐαγῆ, omnis difficultas fuerit sublata: nam εὐαγής, locus illustris, *vel* qui undique conspici potest, *vel* unde prospectus in vicina late patet. *Ratio structurae in ἕδρα παντὸς εὐαγὴς στρατοῦ itidem expedita, quae frustra quaeratur in εὐαγής. Enimvero iam dudum vereor, ne εὐαγής per culpam librariorum pluribus locis abierit in εὐαγής: in Iamblichi certe Protr. p.* 152. *vs.* 23. (p. 360. Kiessl.) *vice vulgati, λαμπροτάτη τὶς εὐαγία, cod. Reines. quem ipse cum edito contuli, praefert εὐαγία, quod utique longe melius congruit cum λαμπροτάτη et τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, quam εὐαγία. Perinde se res habet in Platone de LL.* XII. *p* 989. *C.* (p. 952. A. Steph.) *ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερα γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα — καὶ ἀσαφῆ. Tim. p.* 1065. *E.* (p. 58. D. Steph.) *ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος, ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος: unde sumptum Iamblichi de Myst. p.* 80. *vs.* 21. *τὸ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος. Si tum iuncta propinquae, tum opposita contrariae potestatis attente spectes, quid prius in mentem veniat, quam opportunissimum εὐαγής? Accedat Aristoteles, vel quicumque nomen eius mentitus auctor, de Mund. p.* 14. *vs.* 12. (p. 397. a. 16. ed. Bekk.) *κόσμος — λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος: vertit Appuleius:* splendore perlucidus: *quin clarius etiam caussam nostram suffulcit diversa, quam Stobaeus suppeditat Ecl. Phys. p.* 78. *vs.* 9. (p. 694. Heer.) *lectio, λαμπρότητα δὲ τηλαυγέστατος. In Parmenide quoque εὐαγέος ἠελίοιο non sprevero. Pythagoreis autem in primis αὐγή et voces inde natae placuerunt; unico Theagis exemplo defungar apud Stob. p.* 11. *vs.* 46. *ὁ νόος — ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν. Iam neminem opinor fore, qui contendat, pro εὐαγής Graecos vitandae κακοφωνίας ergo solenni more pronunciasse εὐαγής.*

Haec Hemsterhusius, docte quidem et acute, sed non ita ut omnem sustulerit dubitandi materiam. Equidem etsi vereor ne haec res ad liquidum perduci nequeat, tamen afferam, quae, ne quis iusto citius assentiatur, impediant.

Apertum est nomen *εὐαγής*, prout ab *ἄγω* vel *ἄγνυμι* vel *ἅζω* derivetur, non posse non diversas significationes habere. De his dicendum est singillatim, ne quae cognata quidem, sed diversa tamen sunt, confundantur. Ac verba *ἄγω* et *ἄγνυμι* fontem habent communem, ut *ἄγνυμι* proprie sit *ducendo* i. e. *flectendo frango*, deinde simpliciter *frango, contero.* Ab eo verbo est *εὐαγής*, media syllaba longa. Suidas *εὐαγές, καλῶς κεκλασμένον.* Et hoc usus est Etymologus M. p. 266, 2. *Δημήτερος ἀκτή· διὰ τὸ κατάγνυσθαι ἐν τῇ ἅλῳ τὸν στάχυν τὸν εὐαγῆ, ἢ αὐτὸν τὸν σῖτον ἐν τῷ μύλῳ θραύεσθαι.* Sed idem vocabulum etiam aliam habet significationem, quae propius accedit ad propriam verbi *ἄγνυμι* notionem. Corrupta sunt haec grammaticorum, Photii p. 27, 6. *εὐαγής, μεταφορικῶς κύκλος*, Zonarae p. 897. *εὐαγής, καλῶς περιηγμένος,*

ἢ μεταφορικὸς κύκλος. Eadem quae Zonaras, omisso tamen ἤ, habet Suidas, apud quem μεταφορικῶς a Kustero repositum est. Scribendum est εὐαγής, καλῶς περιηγμένος, ἢ μεταφορικῶς κυκλικός. Terminationes enim ος et ικος saepe permutantur. De testimonio, quod Suidas ex epigrammate Antipatri Sidonii adiecit, infra videbimus: est enim illud ab hoc vocabulo prorsus alienum. De ipso vocabulo noli dubitare quin vera tradiderint grammatici. Id quod apparet ex simili περιαγής. Photius p. 414, 15. περιαγές, ἐπικαμπές. Vsurpatur περιαγής ab Adamantio Physiogn. II. 24. p. 413. κεφαλὴν μέσην τὸ μέγεθος, περιαγῆ. Etym. M. p. 545, 27. παρὰ τὸ κῦφον, τουτέστιν τὸ περιφερὲς καὶ περιαγές. Eadem schol. ad Il. V. 586. Ac ne dubites quin ab ἄγνυμι ductum sit, argumento est περιαγή substantivum apud Aratum v. 687. de Argo navi,

ἀλλ᾽ ἤτοι Περσεὺς μὲν ἄτερ γουνός τε ποδός τε
δεξιτεροῦ δύεται, πρύμνης δ᾽ ὅσον ἐς περιαγήν,

quod scholiastes interpretatur ὅσον εἰς τὴν περίκλασιν καὶ καμπὴν τῆς πρύμνης. Illa vero significatione etsi videri possit εὐαγής dictum esse ab Leonida Tarentino epigr. 28. in Anal. Brunckii t. I. p. 227. sive Anth. Pal. VI. 204.

Θῆρις ὁ δαιδαλόχειρ τᾷ Παλλάδι πῆχυν ἀκαμπῆ,
καὶ τετανὸν νώτῳ καμπτόμενον πρίονα,
καὶ πέλεκυν, ῥυκάναν τ᾽ εὐαγέα, καὶ περιαγὲς
τρύπανον, ἐκ τέχνας ἄνθετο παυσάμενος,

ut runcina intelligatur ab anteriore parte curvata, tamen non potest dubitari quin Meinekius in Del. poet. Anth. Gr. p. 31. recte viderit scribendum esse εὐάκεα. Sed usus videtur hoc nomine Parmenides v. 133.

εἴσῃ δ᾽ αἰθερίην τε φύσιν, τά τ᾽ ἐν αἰθέρι πάντα
σήματα, καὶ καθαρῆς εὐαγέος ἠέλιοιο
λαμπάδος ἔργ᾽ ἀΐδηλα,

ut, si hoc ita sit, etiam Empedocles ἀγέα κύκλον rotundum solis orbem intellexisse videatur. Quamquam hoc incertum est. Illud vero valde probabile est, nomen εὐάγητος ab ἄγνυμι dictum esse et *flexuosum, sinuosum* notare. Aristophanes Nub. 274.

ἀέναοι Νεφέλαι,
ἀρθῶμεν φανεραὶ δροσερὰν φύσιν
εὐάγητον.

Abutitur ingenio suo Bentleius in Museo crit. Cantabr. II. p. 435. Male interpretantur Suidas, Zonaras p. 905. Favorinus, εὐάγητον, καθαράν, λαμπράν. Ἀριστοφάνης, δροσερὰν εὐάγητον φύσιν, et scholiastae πανταχοῦ φερομένην, ἢ λαμπράν. πάντῃ φερόμενον· εὐκίνητον· τοιοῦτο γὰρ τὸ ὕδωρ. Eustathius in Opusc. p. 142. a. 9. εὐάγητον intellexit εὐαγές, *sanctum*, et eodem significatu p. 144. a. 1. εὐαγέστατον ὄνομα.

Nunc transeamus ad εὐαγής ab ἄγω *duco* derivatum. Quale voca-

bulum, si ab ipso verbo ἄγω factum fuit, brevem necesse est habuerit mediam syllabam; sin ab ἁγέω Dorico, de quo Schaeferus in Melet. crit. p. 113. seq. dixit, longam, ut pro communi forma εὐηγής dictum, quemadmodum περιαγὲς τρύπανον in illo quod attulimus Leonidae epigrammate pro περιηγές positum videtur. Quamquam si quis ὀφθαλμοῦ περιηγέα κύκλον dixit, non poterit hoc ad Parmenidis εὐαγέος ἠελίοιο aut ab Empedoclis ἀγέα κύκλον adhiberi, quod neuter Dorica dialecto est usus. Sed huius vocabuli εὐαγής quae communis vel Ionica forma exstare visa est apud Aretaeum de curatione morb. diuturn. I. 13. p. 128. B. ed. Boerh. p. 327. ed. Lips. emendatione corrupti loci removenda est. Scribendum est enim προστίθει δὲ χάριτας πόματος καὶ σίτου, κἢν μικρῷ χείρω τῶν ὠφελεόντων ἔωσι διδόναι (ἔσται γὰρ διέξοδος ναυτιώδεϊ καὶ ἀτερπέϊ ὑγρῷ· μετεξετέρους γὰρ ἡ τοῦ πόνου δίοδος βλάψαι δύναται), μήπω τι καὶ ἀπόσιτοι ἔσονται, κἢν τι λάβωσι εὐημές. Abest vulgo δύναται, quod codex Harleianus suppeditat. Deinde ed. Boerh. κἢνει λάβωσι, pro quo P. Petitus habet κἢν τε λάβωσι. Denique legebatur εὐηγέες. Non perceperunt loci sensum interpretes, qui quum de reponendo εὐαγές cogitarunt, sententiam reddiderunt etiam obscuriorem. Scripsi εὐημές, de qua forma Lobeckius dixit ad Phryn. p. 706. Sensus est *adhibe illecebras potus et cibi, etiam si paullo minus conducibilium quam dari oporteat (parabitur enim exitus nauseam facienti et insuavi humori; nonnullis enim perruptio puris nocere potest), ne fastidiant cibum, etsi quid quod facile evomere possint sumpserint.* Εὐαγής autem, correpta media syllaba, ab ἄγω *duco* derivatum esse haud ita facile credam, primum quod alia huius formae vocabula desunt, tum quod prorsus silent grammatici, tum denique quod exempla, quae pro hac derivatione afferuntur, valde suspecta sunt, quippe quae cuncta vel admittant aliam explicationem vel etiam efflagitent. De qua re mox videbimus.

Iam enim dicendum est de nomine εὐαγής, quod ab ἅζω ductum *sacrum, castum, purum* significat. Grammaticorum interpretationes has habemus. Hesychii, εὐαγές, ἁγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, εὔοπτον, ἅγιον. Photii, εὐαγές, ἁγνόν, εὐσεβές, ὅσιον, θειότατον. Suidae, εὐαγές, ἁγνόν, καθαρόν, εὐσεβές, ὅσιον, θειότατον· γένους δὲ ἦν εὐαγοῦς, οὐκ ἐπὶ δυνάμει τρυφώσῃ λαμπρυνόμενον, οὐδὲ ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ κολακικῇ, quae eadem, sed minus plene, apud Zonaram p. 914. exstant. Porro Hesychii, εὐαγοῦς, θειοτάτης. Zonarae p. 897. et Favorini, εὐαγῶν, μεγάλων, quod alio spectat quam, ut Tittmanno videbatur, ad epigramma Antipatri Sidonii a Suida in v. εὐαγής allati. Sed originem significationis si requiris, omnem illam latissime patentem verborum cognationem, cuiusmodi sunt ἀγάζω, ἄγαμαι, ἀγαίομαι, ἅζω, ἅγη, ἅγος, ἅγιος, ἁγνός, ἁγιλατῶ pluraque alia, in quibus est etiam ἀγάλλομαι, aliter explicandam puto quam visum est Ruhnkenio ad Timaei lex. Plat. p. 12. seq. qui quam iniit viam, quum primam po-

suit *nitoris* significationem, ea non satis plana aut expedita videtur ad omnem illam verborum et notionum varietatem comprehendendam. Non potest quidem dubitari quin cognatae cum his verbis voces *ἀκτίς* et *αὐγή*, quae proprie de refractis radiis dicuntur, ab *ἄγω*, *ἄγνυμι* derivatae sint: quarum altera, ut a *κράζω κραυγή*, insertum habet crassiorem spiritum: sed tamen ista quam indicavi verborum familia, etsi ab eadem radice orta est, ita manifestam prodit admirationis vel horroris vel omnino motus cuiusdam et gestus significationem, ut alia ratione, quam quae est radiantis lucis, cum radice illa cohaerere videatur. Vtar pro primitivo (perinde est enim quo quis utatur, quum nullum istorum sit primitivum) verbo *ἅζω* sive *ἅζομαι*. In eo primaria esse videtur notio *stupescendi*, ducta ab eo, quod qui conspecta re insolita stupescunt, superiora corporis recellunt. Haec significatio statim pro rei ob quam stupemus natura in duas alias dispescitur, unam *admirationis, venerationis, reverentiae*, alteram *horroris, abominationis, indignationis:* unde rerum quoque ipsarum fit diversitas, aliis colendis ob *sanctitatem* suam, aliis formidandis ob *nefas* et *piaculum*. Accedit ad has tertia significatio, composita ex illis ambabus, *invidiae*, quae est indignatio ex admiratione orta. Quod si haec ad nomen *εὐαγής* adhibemus, primo quaerendum est an illud duplex sit, unum correpta media, quod plurimo usu frequentatum est, alterum producta. Certe si recte in lexico illo Sangermanensi *ἀγής* apud Empedoclem significatione cum *εὐαγής* et *παναγής* cognatum esse indicatur, cum aspero potius spiritu credas Empedoclem scripsisse

ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἁγέα κύκλον,

et *sacrum* voluisse orbem solis intelligi. Quae suspicio eo videtur confirmari, quod idem nomen, ut plura ex illa radice, etiam in malam partem usurpatum invenitur: de qua re Tzetzes scribit ad Lycophr. v. 436. *ὅτι δὲ ὁ ἀγής, ὁ μυσαρός, ἐξ οὗ λέγεται καὶ ὁ ἅγιος ὁ μυσαρός, Ἱππῶνάξ φησιν*

ὡς οἱ μὲν ἁγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

Quamobrem nihil mirum foret, si ex hoc nomine compositum fuisset *εὐαγής* media producta. Itaque incertum est, Parmenides, quum scripsit *εὐαγέος ἠελίοιο*, sacrumne voluerit an rotundum: Karstenus p. 122. seq. ea significatione putat *εὐαγέος* dictum esse, qua Hemsterhusio *εὐαυγέος* scribendum esse videbatur. Proxime cohaerere cum adiectivo *ἁγής* videtur substantivum *ἅγος*, a quo esse puto, quod apud Hesychium legitur, *ἄγεα, τεμένη*, ex quo si est *ἁγιλατεῖν*, et spiritus asper in eo verbo erit praeferendus, de qua scriptura v. Schaeferum ad Greg. Cor. p. 546. et prima syllaba longe putanda. Certe non memini loci ex quo huius syllabae mensura certo disci possit. Eadem dubitatio est de adiectivo *εὐαγής*, quod in iis locis, in quibus maxime vel de significatione vel de scripturae sinceritate disceptari potest, aut apud prosae orationis scriptores invenitur aut a poetis ita positum est ut mensura ambigua sit. Quare non satis cognitum est utrum *εὐαγής* ubique mediam syllabam brevem habeat,

an certis in significationibus ea syllaba producatur. Veri tamen similius videtur unum dumtaxat esse nomen *εὐαγής* brevi media syllaba, quam mensuram habere videtur etiam *ἀκραγής*, quo usus est Aeschylus in Prom. v. 804.

ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας
γρῦπας φυλάξαι.

Falluntur enim qui id a *κράζειν* ductum putant, quia, si ita esset, primam syllabam poeta non produxisset: itaque recte alii *ὀξυχόλους*, *ἀκροχόλους* interpretantur. Est autem *εὐαγής* proprie *sanctus*, deinde *sacer*, i. e. qui ob sanctitatem colitur. Ex his duabus significationibus prima tantum ita multiplex est, ut plures alios significatus pepererit: altera autem tam simplex, ut praeteriri nunc posset, nisi de duobus locis, qui in dubitationem vocati sunt, dicendum videretur. Suidas post illa, quae supra allata sunt, *εὐαγής καλῶς περιηγμένος*, *μεταφορικὸς κύκλος*, haec habet, *καὶ ἐν ἐπιγράμματι*

Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων
χαλκευτάν, κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις.

Idem distichon ab eodem in v. *χαλκευτής* affertur. Est autem Antipatri Sidonii in Brunckii Anal. t. II. p. 27. ep. 79. sive Anth. Pal. VII. 34. Eleganter Toupius *εὐαχέων* scribi voluit, his ipsius Pindari verbis motus Pyth. II. 14. (24.) *ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.* Brunckius vero vulgatam tuetur, sed ut *εὐαγέων* secundam syllabam productam habeat et hymnos bene tornatos significet: quod ille quum nullo alio argumento fecerit quam propter Suidae explicationem et propter *ῥυκάναν εὐαγέα* apud Leonidam Tarentinum, nihil caussae est quare ei accedamus. Nam Leonidae epigramma quomodo Meinekius emendaverit supra dictum est, apud Suidam autem recte intellexit Portus Antipatri exemplum ad aliam quam quae a Suida posita est significationem spectare. Neque aut Zonaras aut Favorinus Antipatri versus addunt. Itaque non erit dubitandum quin Antipater *sacra* carmina intelligi voluerit. Alter locus Antiphili est in Anal. Br. t. II. p. 177. ep. 29. sive Anth. Pal. IX. 404. de apibus,

χαίροιτ', εὐαγέες, καὶ ἐν ἄνθεσι ποιμαίνεσθε,
αἰθερίου πτηναὶ νέκταρος ἐργάτιδες.

Ibi vero H. Stephanus *εὐαγέες agiles* interpretatur, Iacobsius, ut apud Virgilium, *leves* dici apes existimat. Quam significationem quum supra omnino in dubitationem adduxerimus, hic tanto minus putamus admittendam esse, quod quum apes hoc epigrammate in primis ob gratuitum mellis donum laudentur, multo aptius est sacras eas colendasque mortalibus a poeta dici. Sed redeo ad primam significationem, quae *sanctitatis* est. Sanctum autem dicimus primo eum qui *sceleris* immunis est. Ita *εὐαγέως* dictum est in Homerico hymno Cereris v. 274. 369. quae antiquissima esset pro hac voce auctoritas, si satis constaret quid in his hymnis primo auctori deberetur. Theocritus XXVI. 30.

αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἄδοιμι.

Callimachus h. Deliaci v. 98.

εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.

Alia ibi exempla adnotavit Spanhemius in iisque observationem scholiastae Sophoclis ad Oed. R. 921. licet non satis apto loco factam, opposita esse *εὐαγής* et *ἐναγής*. Ita Appianus de b. civ. IV. 96. *καὶ τάδε, ὦ πολῖται, πράσσοντες οἱ τρεῖς ἡμᾶς ἐναγεῖς λέγουσι*, et c. 97. *ὁρᾶτε δὲ πρὸς ἡμᾶς ὡς εὐαγεῖς καὶ δημοκρατικοὺς καταπεφευγότας.* Aliud oppositum est *δυςαγής* apud Manethonem V. 180. restitutum a Dorvillio commemoratumque a Schaefero ad Dion. Hal. de struct. or. p. 89. Deinde sanctus est *criminis* expers. Ita in lege apud Andocidem de myst. p. 48, 7. ed. Reisk. *ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα καὶ ὁ συμβουλεύσας ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής.* Et apud Demosthenem in tertia Philippica p. 122, 16. *εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀποκτεῖναι*, quod orator ipse his verbis interpretatur, *καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι.* Sic etiam Sophocles Ant. 521.

τίς οἶδεν, εἰ κάτω 'στὶν εὐαγῆ τάδε;

Pertinet huc locus Aristidis Quintiliani de musica I. p. 5. male intellectus a Meibomio, *εἰ δημιουργὸν ὀνομάζειν θέμις ἐξ ὧν εἰργασται, καλῶς θεμένους τὴν προςηγορίαν, εἴτε εἶδος καλεῖν εὐαγές*, ubi non *εἶδος εὐαγές*, sed *εὐαγές ἐστιν, εἶδος καλεῖν* dicit, ut antea *ὀνομάζειν θέμις.* Tertio sanctus universe dicitur qui *malo* vacat. Ita Sophocles in Oed. R. 919.

πρὸς σ', ὦ Λύκειἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ,
ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖςδε σὺν κατεύγμασιν,
ὅπως λύσιν τίν' ἡμὶν εὐαγῆ πόρῃς.

Haec vero significatio, nisi fallor, fecit ut nomen *εὐαγής* ad eam quoque puritatem transferretur quam *serenitatem* appellamus: quae ita est cum lucis notione coniuncta, ut non sit mirum, si saepe dubitari possit, *εὐαγής* an *εὐαυγής* praeferendum sit. Vt nihil magnopere obstabat quin Sophocles diceret *εὐαγῆ λύσιν*, ita, quum *εὐαγῆ* mallet, qui est *serenus exitus*, satis prope accessit ad illam notionem. Non ausim itaque cum Brunckio, quem moverat Hemsterhusii disputatio, *εὐαυγεῖς* reponere in his versibus Euripidis Bacch. 660.

ἥκω Κιθαιρῶν' ἐκλιπών, ἵν' οὔποτε
λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί.

Non mutasset, opinor, si *ἁγναί* scriptum invenisset, quod ipsum quoque aptum, sed, si recte sentio, tamen magis de candoris puritate, quam de serenitate intelligendum esset. Hanc autem nominis *εὐαγής* explicationem non mediocriter illud confirmat, quod oculi sereni *εὐαγεῖς* appellantur. Nam qui *agiles* significari putant, eos non solum aliunde confirmare usum huius vocabuli oportet, sed etiam docere quomodo haec significatio ubique satis apta sit. Est autem, si libris fides, ita locutus Aretaeus de caussis et signis morborum acutorum II. 4. p. 16. E. sive p. 41. ed. Lips.

ὀφθαλμοὶ εὐαγέες, λαμπροί, ὑπέρυθροι. Sermo est de febri ardente, ut hic quidem potius *εὐαγέες* requiri videatur. Sed Adamantius Physiogn. I. 9. p. 349. *εἰ δὲ ὑψηλοὶ ὄντες ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ εὐαγεῖς εἶεν, καὶ ὑγρὸν βλέποντες, δίκαιοι, συνετοί, φιλομαθεῖς, ἔρωτος πλήρεις.* Quod si, qui haec in suum librum transtulit, Polemo I. 6. p. 222. *εὐλαβεῖς* habet pro *εὐαγεῖς*, dubitari potest an ea non sit aberratio librarii, sed recepta in textum parum hic apta explicatio. Certe Synesius epistola 143. (142.) *εὐαγῶς καὶ εὐλαβῶς*, ut non multum diversa, iunxit. Ne quis autem Adamantium et Polemonem *εὐαγεῖς* scripsisse suspicetur, licet hoc accommodatissimum oculis vocabulum sit, Hippocratis auctoritas obstat, qui de sanorum victus ratione II. 11. p. 54. t. II. ed. Mack. sic scribit, *οἱ δὲ ὄρθριοι περίπατοι ἰσχναίνουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν κοῦφά τε καὶ εὐαγέα καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι, καὶ τὴν κοιλίην λύουσιν. ἰσχναίνουσι μὲν ὅτι κινούμενον τὸ σῶμα θερμαίνεται, καὶ τὸ ὑγρὸν λεπτύνεται καὶ καθαίρεται, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ μύττεταί τε καὶ χρέμπτεται, τὸ δὲ ἐς τὴν τροφὴν τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται· τὴν δὲ κοιλίαν λύουσι διότι θερμὴ ἐοῦσα, τοῦ ψυχροῦ πνεύματος ἐσπίπτοντος ἄνωθεν, ὑποχωρέει τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ· κοῦφα δὲ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ποιέουσι διὰ τάδε· ὅταν κενωθῇ ἡ κοιλίη, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὑγρόν, θερμὴ ἐοῦσα· κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς ἀποκαθαίρεται ἥ τε ὄψις καὶ ἡ ἀκοή, καὶ γίγνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι.* Quo in loco quum primo de oculis tantum ea vox dicta sit, in fine autem, ubi concluditur demonstratio, de toto homine usurpetur, apertum est significationem ei inesse, quae non, ut in vocabulo *εὐαγής*, ad solum videndi sensum, sed ad omnem in sentiendo alacritatem, praecipue vero ad eam quae in oculis cernitur, spectet. Atqui haec ipsa est *serenitatis* significatio, quae quum Hippocratis loco, tum Adamantii et Polemonis verbis ita omnibus numeris satisfacit, ut aptiorem invenire nequeas. Confirmatur haec vocis *εὐαγής* explicatio, ut *serenum* significet, iis quae ex Democriti sententia Theophrastus in libro de sensu et sensilibus affert §. 73. p. 677. ed. Schneid. *τὰ μὲν οὖν σκληρὰ τῶν λευκῶν ἐκ τοιούτων σχημάτων συγκεῖσθαι, οἷον ἡ ἐντὸς πλὰξ τῶν κογχυλίων· οὕτω γὰρ ἄσκια καὶ εὐαγῆ καὶ εὐθύπορα εἶναι*, et §. 78. p. 679. dicit, *σχεδὸν δὲ καὶ τὸ ἐρυθρον τῷ λευκῷ μιχθὲν χλωρὸν ποιεῖν εὐαγὲς καὶ οὐ μέλαν.* Quae quum ita esse videantur, non puto esse quare haec Platonis in Timaeo p. 58. C. ed. Steph. vitii suspecta habeamus, *μετὰ δὴ ταῦτα δεῖ νοεῖν ὅτι πυρός τε γένη πολλὰ γέγονεν, οἷον φλὸξ τό τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀπιόν, ὃ κάει μὲν οὔ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασι παρέχει, τό τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης ἐν τοῖς διαπύροις καταλειπόμενον αὐτοῦ. κατὰ ταὐτὰ δὲ ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος, ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος.* Tantum abest enim, quod Hemsterhusio videtur, ut quae hic inter se opponuntur *εὐαγέστατος* scribi sua-

deant, ut exactior etiam sit in vulgata lectione oppositio: quin illa, quae de igne praemisit Plato, quodammodo postulare videntur ut hic, ubi de alio elemento sermo est, nomina adhibeantur magis huius elementi propria quam communia cum natura ignis. Et, si quid in tali re ab similibus exemplis praesidii accedit, Hippocrates in libro de aere, locis et aquis p. 285, 27. paene eodem modo de aere loquens magis *τὸ εὐαγέστατον* quam *τὸ εὐαυγέστατον* expressit: *τὸ μὲν θολερὸν αὐτέου καὶ νυκτοειδὲς ἐκκρίνεται καὶ ἐξίσταται καὶ γίγνεται ἠὴρ καὶ ὁμίχλη, τὸ δὲ λεπτότατον καὶ κουφότατον αὐτέου λείπεται καὶ γλυκαίνεται, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καιόμενόν τε καὶ ἑψόμενον.* Sic etiam Chrysippus apud Stobaeum Ecl. phys. p. 446. ed. Heer. vocat *αἰθέρα ἀραιότατόν τε καὶ εἰλικρινέστατον.* Non multum discedit quod idem Stobaeus p. 488. ex Philolao refert, *τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρινείαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ.* Itaque etiam apud Iamblichum de myst. p. 80, 21. sinceram puto vulgatam lectionem, *τὸ γὰρ εὐαγέστατον καὶ ἄκρον τοῦ ἀέρος, ἐπιτηδείως ἔχον ἐξάπτεσθαι εἰς πῦρ, ἅμα τε ἐπινεύουσιν οἱ θεοί, καὶ εὐθὺς ἀνακαίεται.* Hinc ne in Aristotelici quidem libri de mundo c. 5. Hemsterhusio sine dubitatione assentiendum esse videtur: *καὶ μὴν μεγέθει μὲν οὗτος* (*ὁ αὐτὸς* ex codd. Bekkerus) *πανυπέρτατος, κινήσει δὲ ὀξύτατος, λαμπρότητι δὲ εὐαγέστατος, δυνάμει δὲ ἀγήρως τε καὶ ἄφθαρτος.* Quod Hemsterhusio scribendum videbatur, *εὐαυγέστατος*, edidit Bekkerus ex uno suorum quattuor codicum: unus *διαυγέστατος* praebet: quas autem duas memorabiles lectionis diversitates habet Stobaeus p. 694. ed. Heer. *ἀνυπέρθετος* pro *πανυπέρτατος*, et *τηλαυγέστατος* pro *εὐαγέστατος*, eae vereor ne non maius ad hanc rem diiudicandam momentum conferant quam liberius ista interpretantis Appuleii verba, *splendore perlucidus.* Sed progrediamur longius. Si comparaveris consimilis significationis vocabula quae Germanica lingua habet, *rein, hell, klar, heiter*, non miraberis *εὐαγές* etiam *perspicuum* dici. Itaque ne apud Platonem quidem de leg. XII. p. 951. E. vocabulum *εὐαγέστερον* mutare ausim: *τὴν δὲ συνουσίαν εἶναι τούτοις καὶ τοὺς λόγους περὶ νόμων ἀεί, τῆς τε οἰκείας πόλεως πέρι, καὶ ἐὰν ἄλλοθι πυνθάνωνταί τι περὶ τῶν τοιούτων διαφέρον, καὶ δὴ καὶ περὶ μαθημάτων, ὁπόσ' ἂν ἐν ταύτῃ τῇ σκέψει δοκῇ συμφέρειν, ἃ μαθοῦσι μὲν εὐαγέστερον γίγνεσθαι, μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα τὰ περὶ νόμους αὐτοῖς φαίνεσθαι καὶ ἀσαφῆ.* In his *εὐαγέστερον* Hemsterhusius ex coniectura videtur in pluralem mutasse. Illud potius quaeri potest, sitne pro codicum lectione *ὁπόσ' ἂν ἐν ταύτῃ*, cuius loco editio Basileensis secunda p. 628. *ὁπόσ' ἐν καὶ ταύτῃ* habet, scribendum *ὁπόσ' ἂν καὶ ταύτῃ.* Interpretor autem haec ita, *colloquia autem his et sermones semper de legibus esse, et quod ad ipsorum civitatem attinet, et si quid alibi audiant vel in hoc genere diversum esse, vel etiam in doctrinis quaecumque aliquid ad hanc disputationem conferre videantur, quibus id cogni-*

tis clarius fieri, non cognitis autem obscuriorem videri illis et implicatiorem legum scientiam. Dubitandum igitur puto an in Iamblichi Protr. p. 360. ed. Kiessl. non praestet εὐαγία, lectio codicis Cizensis: φιλοσόφει μὴ προσέχων, μὴ ταῖς κατ' αἴσθησιν φαντασίαις, αἵτινες φῶς μέν τι περὶ τὰς καταλήψεις ποιοῦσι, λυχνοειδὲς μέντοι καὶ οὐχὶ φυσικόν, οὐδὲ ἀληθές, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς κατὰ τὸ νοητικὸν ἐπιστημονικαῖς, ἀφ' ὧν λαμπροτάτη τις εὐαγία καὶ ἀδιάπταιστος περὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα συνίσταται ἐξ ἁπάντων τῶν νοημάτων καὶ νοητῶν καὶ τῆς περὶ ταῦτα θεωρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν. Est enim λαμπροτάτη τις εὐαγία prorsus quod Germanice dicas *eine helle klarheit.* Deduximus eo hanc disputationem, ut soli supersint duo tragicorum loci, unus Euripidis in Suppl. v. 651.

ἀμφὶ δ' Ἠλέκτρας πύλας
ἔστην θεατής, πύργον εὐαγῆ λαβών,

alter hic Aeschyli,

ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ.

Nec diffiteor utrumque locum planissimum fore, si εὐαγῆ scribatur: pro qua coniectura illud maxime afferri potest, quod saepe ᾱ et ᾱῡ confunduntur. Sed sunt etiam quae revocare ab reponendo εὐαγῆ videantur: silentium grammaticorum, consensus librorum in scriptura εὐαγῆ, antiquitas huius scripturae ea ut iam scholiastae in explicatione laborarint. Quae quum ita sint, equidem etiam in his Euripidis et Aeschyli versibus tueri vulgatam scripturam quam mutare malim. Nam si verum est quod supra ostendere studui, serenitatis notionem in illa voce esse, non sane mirum est, ut nos de locis nullo montium, silvarum, aedium obiectu obscuratis *eine heitere gegend* dicimus, ita Graecos, poetas maxime, locos propter altitudinem late patente prospectu serenos, εὐαγεῖς, appellasse. Ita in Euripidis certe loco nihil amplius videbitur difficultatis relinqui. Neque vero Aeschyli versus multo erit ad explicandum difficilior, si quidem non est necessarium ut genitivis παντὸς στρατοῦ videre exercitus sedem illam, aut videri ex ea indicetur, quum iis etiam hoc possit significari, ex toto exercitu loco propter altitudinem sereno sedem habuisse Xerxem. Est enim hic locus ex iis in quibus absolutum nomen etiam melius est et aptius comparativo vel superlativo. In quam rem bona est Eustathii observatio p. 258, 39. τὸ δὲ μέγ' ἔξοχος πάντων γενικὴν ἔσχε σύνταξιν διὰ τὴν ἐν λέξει ὑπεροχήν. ὑπέρθεσιν γὰρ δηλοῖ τὸ μέγα ἔξοχος. ποιεῖ δὲ Ὅμηρος τοῦτο καὶ ἐν τῷ δῖος Ἀχαιῶν, καὶ ἀριδείκετος ἀνδρῶν, καὶ δῖα γυναικῶν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ κορυφαῖος χοροῦ. ὑπέρθεσις γὰρ καὶ τούτοις ἐμφαίνεται, διά τε τὸν Δία ὑπερφέροντα τῶν λοιπῶν θεῶν, διά τε τὴν κορυφὴν ὑπερκειμένην τοῦ σώματος, διά τε τὴν τοῦ ἀρί ἐπιρρηματικοῦ μορίου ἐπίτασιν. αἱ δὲ ὑπερθέσεις φιλοῦσι τὴν γενικὴν σύνταξιν. Similiter in v. συγκριτικὰ καὶ ὑπερθετικά Favorinus, ἔστι δὲ καί τινα ὀνόματα ἀπολύτως λεγόμενα, ἃ τοσαύτην οἴκοθεν ἔχει τὴν ὑπεροχὴν ὥστε

οὐδὲ δεῖται γενικῆς πρὸς ὑπέρθεσιν ἐλθεῖν, ἀλλὰ αὐτόθεν γενικῇ πληθυντικῶν συντάσσεται, ὡς τὸ δῖα θεάων, καὶ ἔξοχος καὶ κορυφαῖος ἁπάντων, καὶ μόνος ἁπάντων· ὧν τό τε κορυφαῖος καὶ τὸ μόνος ὑπερθετικά ἐστιν, ὅτε ποιεῖ κορυφαιότατος καὶ μονώτατος, οὐκ ἀναγκαίως. οὔτε γὰρ τῆς κορυφῆς ἀνώτερόν τι εὑρίσκεται, οὔτε τοῦ μόνου μονώτερον. διὰ τοῦτο οὐ συγκριτικὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ ὑπερθετικὰ μόνα. Sed tenendum est quaedam in hoc genere eiusmodi esse ut et absoluto et superlativo recte utamur, ut in illo *δῖος Ἀχαιῶν*, ad quod exemplum *δῖε Πελασγῶν* dicit Aeschylus in Suppl. v. 934. quaedam autem talia ut soli absoluto locus concedatur. Nam illud *δῖος Ἀχαιῶν* etiam per superlativum, si id usitatum esset, dici poterat, si quidem non is qui solus, sed qui maxime divinus est, quum alii quoque divini vocari possint, intelligitur: ubi autem quid solum de pluribus tale est ut ei adiectivum, in quo est comparatio ad reliqua, conveniat, ibi ne potest quidem aliud quam absolutum nomen poni, quia nihil adest de quo idem praedicari possit. Ex quo intelligitur ne satis recte quidem dicturum fuisse Aeschylum *ἕδραν εἶχε παντὸς εὐαγεστάτην στρατοῦ*, quod eo non eminentem in toto exercitu hunc unum locum, sed eum de pluribus eminentibus locis eminentissimum significasset: id quod res ipsa falsum esse arguit.

462. *πελαγίας* M. Par. A. B. C. Rob. *πελασγίας* G. Vit. Lips. Ald. Turn. et supra scriptum in Par. B. *χθονὸς* Rob. Ceteri *ἁλός*, sed *γρ. χθονός* margo Lips.

465. *ἴησ'* M. Ven. B. Par. B. *ἵησ'* Rob. Ceteri *ἥϊξ'*, nisi quod *ἥϊξε* habet Lips. De *ἀΐσσειν* trisyllabo apud tragicos v. Porsonum ad Hec. v. 31. Elmsleium ad Bacch. v. 147. *ἀκόσμῳ ξὺν* M. Ald. Rob. Turn. *ἀκόσμῳ σὺν* G. et ex corr. Vit. *κόσμω σὺν* Lips. *ἀκόσμως σὺν* Mosc. Par. N. et ante corr. Vit. *ἀπότμῳ ξὺν*, supra scripto *γρ. ἀκόσμῳ* Cantabr. 1. *τοιάνδε σοι* Lips. *τοιὰν δέ σοι* M. *τοιάνδέ σοι* G. Vit. Ald. Rob. Turn.

466. *τῆς* Ven. B. *τῇ* a sec. manu in *τοῖς* mutatum videtur in Vit. *πάροιθεν* G. Vit. Lips. Mosc. Ald. Rob. *συμφορᾷ* Cantabr. 1. Mosc. Par. N. et a pr. manu Vit. *συμφορὰν* Vit. a sec. manu et reliqui. *παραστένειν* G.

467. *δαίμων* Mosc. et a pr. manu Cantabr. 2. et supra scripto ad primam syllabam circumflexo, ad secundam littera *o*, Lips.

469. *ἀπήρκεσε* M. *ἀπήρκεσεν* Ven. A. B. Par. C. Rob. *ἐπήρκεσαν*, prima littera in litura scripta, Vit. *ἀπήρκεαν* Ald. *ἀπήρκεσαν* G. Vit. cum reliquis.

470. *πρόσθεν* G. Lips. Cantabr. 1. 2.

472. *τοσῶν δὲ* sic M. *τοσῶνδε* Ven. B. paucique alii et ex corr. Vit. *τὸ σὸν δὲ*, ad *σὸν* supra scripto *ω*, Lips. *τοσόνδε* G. ceterique plerique et ante corr. Vit. *ἐπέσπασεν* M. Cantabr. 1. *ἀπέσπασεν* Ven. B. *ἀπέσπασε* ante corr. Vit. *ἐπέσπασε* Vit. ex corr. et reliqui.

473. *νεῶν* Ven. A. Ald. Rob. *νηῶν* Ox. Par. C. L. Turn. *ναῶν* Vit. Lips. ut reliqui, sed uterque *η* supra scripto. *οἳ*, supra scripto *αἳ*, Lips. *πεφεύγασι* M. G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *πεφεύγασιν* Victorius.

474. *τᾶσδ'* M. *ἔλειπες* M. Rob. *ἔλιπες* G. Vit. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. A. B. C. N. Ald. Turn.

475. *ναῶν γὲ* Rob. Ceteri *ναῶν δὲ*, nisi quod ad *α* supra scriptum *η* in Lips. Non erat *δέ* sollicitandum, de quo recte praecipit scholiastes. *λελειμένων* Lips. *γρ. ἐλελεγμένων* adscriptum in Vit. *γρ. λελεγμένων* Par. B. Eo spectat in scholiis *τῶν νηῶν τῶν λεγομένων*.

476. *αἰροῦνται* M. Ceteri *αἱροῦνται*. In Vit. ultimae syllabae *το* superscriptum. Correxit Elmsleius ad Eur. Heracl. v. 505.

477. *βιωτῶν* Lips.

478. *οἱ μὲν* in Vit. a corr. pro *ἡμῖν* restitutum. *γᾶνος* G. *γένος* Ven. B.

κρηναῖον γάνος scholiasta auctore, cuius haec sunt verba, *τόπος Βοιωτίας ἡ Κρήνη*, de loco quodam Boeotiae interpretes acceperunt. Vnde maior littera initialis inde a Victoriana editione obtinuit. Scholiastae fidem, qui solus veterum commemorare videbatur istum Boeotiae locum, iam Heathius suspectam habuit, graviter hanc explicationem improbavit Valckenarius ad Herod. VIII. 115. Cum scholiastae adnotatione Vngerus in Thebanis Paradoxis I. p. 461. contulit scholion ad Arati v. 208. p. 70, 5. ed. Bekk. *ὑπὸ τὰς ὑπωρείας γὰρ τοῦ Ἑλικῶνος ἡ Θέσπεια κεῖται, ἐν δὲ ταῖς ὑπωρείαις ἡ Κρήνη ἐστί. καλεῖται δὲ οὕτως ἰδίως αὕτη ἡ πηγή, Κρήνη*, Verum, ut Schützius quoque et primus Palmerius Exerc. p. 275. seqq. intellexit, *κρηναῖον γάνος*, quibus verbis etiam Lycophro v. 247. utitur, de quocumque fonte intelligendum esse ipsa poetae verba ostendunt. Dicit enim *partim peribant, dum ad fontes prae siti laborabant.* Comparari cum his potest locus Theophili Simocattae hist. II. 5. allatus a Suida in v. *λαφύξας* et tentatus a Toupio Emend. I. p. 337. *οἱ δὲ Πέρσαι φρέασι περιτυχόντες λαφύττουσιν ἀπληστότερον καὶ ἐς μέγα κακοῦ ἀποκλίνουσι, τῆς κοιλίας αὐτοῖς τῇ ἀθρόᾳ τοῦ ὕδατος ἐμβολῇ διενεγκεῖν οὐκ ἐχούσης τοῦ ἐπιφορτισθέντος ὕδατος τὴν ἀντίληψιν.*

479. *δίψῃ* M. Ceteri *δίψει*. *οἵδ'* G. Vit. Ald. Rob. *ἀπ' ἄσθματος* Par. N. *ἐπ' ἄσθματος* Par. L. *ὑπ' ἄσματος* Mosc. et ante pr. manus corr. Vit. *ὑπάσθματος* Lips. Futilis est Abreschii interpretatio, *ὑπόκενοι ἄσθματος*, quam ille ex scholiis hausit. Recte Schützius vidit intelligi anhelatione ex cursu contracto exhaustos.

480. Schützius scribendum esse coniecit, commate post *κενοί* posito, *οἵ τ' ἐκπερῶμεν*, Bothius et Blomfieldius *διεκπερῶμέν τ'*. Nihil mutandum est. Volebat nuntius dicere *στρατὸς ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ διώλλυτο, ἀμφὶ κρηναῖον γάνος δίψῃ πονοῦντες, καὶ ἐς Φωκέων χθόνα καὶ Δωρίδ' αἶαν Μηλιά τε κόλπον ὑπ' ἄσθματος*

κενοὶ διεκπεροῦμεν. In quibus quum duplex divisio sit, una locorum in quibus afflictus est exercitus, altera mortuorum et servatorum, ambas complicat, ita dicens, *reliquus exercitus et in Boeotia periit, alii prae siti ad fontes lacerentes, alii autem anhelitu exhausti et in Phocidem ac Doridem et ad sinum Maliacum pervenimus.* Omninoque ubi τε et δέ sibi respondent, existimandum est scriptorem oblitum priorum aliter pergere.

481. *δοριδ᾽* Vit. *δορίδ᾽* Lips. *μηλία* Vit. *μηλιέα* Par. N.

482. *περχειὸς* G. *ἄρδεσι* Ald.

483. *τῆς* Par. H. K. L. *Ἀχαΐδος* Brunckius, et ita Ven. B. Strabo p. 433. (661.) *ὑπὸ δὲ τῷ Κρόκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες, καὶ ἡ χώρα δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκή, συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσιν, ὥςπερ καὶ οἱ τῆς Ὀθρυος πρόποδες.*

484. *πόλις* M.

485. *ἐδέξαντο* M. *ἐδέξατ᾽*, supra scripto *γρ. ἐδέξαντο*, Vit. *ἐνθαδὴ* Lips. *πλεῖστοι θάνον* M. G. Vit. Lips. Ven. B. edd. ante Brunckium. *πλεῖστ᾽ ἔθανον* Ald. *πλεῖστοι ᾽θάνον* Par. B. A Brunckio introductum *πλεῖστοι ᾽θανον.* De qua crasi dixi in praef. ad Eur. Bacchas p. XIV. Vereor autem omnino ne hic aliud quid lateat. Aptius enim esset imperfectum quam aoristus. Aeschyleum foret *ἔνθα δὴ πλεῖστον σίνος*, vel eiusmodi aliquid.

486. *δίψῃ* M. Vit. Cantabr. 1. Ald. Rob. et supra scriptum in Par. B. *δίψει* G. Lips. Cantabr. 2. Par. A. B. L. N. Et G. quidem *δίψει. λιμῶγε. τἀμφότερα*, Lips. *δίψει τὲ λιμῶ, ἀμφότερα.* Prius τε omittunt Cantabr. 1. 2.

487. *ἔστε* M. Vit. Lips. Ven. B. Ald. Turn. *ἕστε* G. *ἠδὲ* Rob.

488. *ἀφικόμεθ᾽* Vit. aliique nonnulli et Rob. *ἀφικέμεθ᾽* Lips. *ἀξείον* Cantabr. 1. Par. L. *γρ. καὶ ἀξείον* (an voluit scribere *ἀξείνον*?) *ἤγουν τοῦ βαρβάρου* ex Par. B. Faehsius affert. *ἀξειοῦ* Ven. B. *ἀξίοῦ*, ad mediam syllabam *ει* supra scripto, Lips. *ἀξίου* M. G. Vit. Ald. Turn. *ἀξιοῦ* Rob.

489. *πάγγαιον τ᾽* M. Rob. *πάγκαιόν τ᾽* G. Vit. Lips. aliique. "*Πάγαιον. γρ. Παγγαῖον* et *Πάγκαιον*, non *Παγκαῖον*" ex Par. B. Faehsius. *παγγεῖον τ᾽* Ald. *Παγγαῖόν τ᾽* Turn.

490. *ἡδωνίδ᾽* M. *ἡδωνῖδ᾽* Ald. Rob.

491. *πήγνυσιν* M. Ven. B. *πήγνυσι* G. Vit. Lips. aliique et Ald. Rob. Turn.

492. *ἀγνοῦ στρυμμόνος* G. Ven. B. Cantabr. 2. *στρυμόνος ἀγνοῦ* Ven. A. Ox. Ald. Rob.

493. *εὔχετο* M. Vit. Ven. A. B. Ald. Rob. *ηὔχετο* G. Lips. Turn.

496. *κρυσταλοπῆγα* Lips. Ald. Dixi de hoc versu in El. doctr. metr. p. 113.

497. *σχεδασθῆναι* Vit. et *σκε* supra scripto Lips.

500. *φλεγμαίνων* Cantabr. 1. Par. L. et adscripto *θερμαίνων*

Colb. 2. *γρ. φλεγμαίνων* Lips.

501. Libri *πίπτον δ'*, nisi quod Ald. *πίπτον τ'*, habet, et ex Par. I. *πίπτων* affertur. De omisso augmento dictum est in praef. ad Eur. Baech. p. XXXV. *ἐν ἀλλήλοισιν* Vit. Lips. Mosc. sed Lips. *ἐπ'* supra scripto. *ἐναλλήλοισιν* Par. N. *εὐτυχεῖ* M. Ven. B. Cantabr. 1. 2. Par. B. *εὐτυχής* ceteri et supra scriptum in Cantabr. 2.

502. *ἀπέρρηξε* G. Vit. Lips. aliique nonnulli et Ald. Turn.

503. *λοιπὸν* G.

504. *μόγις* M. Vit. Lips. et plerique, ut videtur, codices ac Turn. *μόλις* G. Ald. Rob.

506. *ὡς τέ νιν*, sed supra scripto *γρ. καὶ στένειν*, ad *ὡς* autem *εἰς*, Vit. Idem ante correctionem *πόλις*.

508. *ταῦτ' ἐστ' ἀληθῆ* M. Ceteri *ταῦτ' ἔστ' ἀληθῆ*, quod etiam scholiastes agnoscit. Defendique potest, si idem esse statuas ac si dixisset *ταῦτ' οὐχὶ πλαστά*. Quamquam non est diffitendum, hic, ubi non de veritate rei, sed de eo quid esset actum sermo est, multo aptius futurum esse *ταῦτ' ἐστὶ τἀληθῆ*. Quae res me olim moverat ut ad Eur. Hec. v. 576. scribendum coniicerem *ταῦτ' ἔστι ταῦτα*, similiter ut in Agam. v. 658.

τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων.

Hoc enim fere modo perorare solent nuntii. Exempla attuleram ex Persis v. 324. 465. ex Agam. v. 560. ex Sophoclis Electra v. 761. Trachiniis v. 943. Philocteta v. 389. 620. In altera Hecubae editione suspicatus sum scripsisse Aeschylum *ταῦτ' ἐστὶ τἄργα*, ut apud Sophoclem est Oed. Col. v. 383.

ταῦτ' οὐκ ἀριθμός ἐστιν, ὦ πάτερ, λόγων,
ἀλλ' ἔργα δεινά.

509. *ἐγκατέσκηψε* M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. Rob. Turn. Litteram paragogicam habet ed. Vict. *ἐγκεῖ τέσκηψε* Ald.

511. *ἐνήλον* M. G. aliique et Rob. Sed *ἐνήλλον* Vit. Lips. Ven. A. Cantabr. 2. Mosc. Par. C. N. Ald. Turn. V. ad Soph. Oed. R. v. 1311.

512. *οἳ ἐγὼ* M. *οἳ ἐγὼ* Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. A. B. C. N. *οἵ. ἐγὼ* Rob. *αἳ ἐγὼ* Ald. Turn. Correxit Porsonus. Verba *διαπεπραγμένον στρατοῦ* errore memoriae ex Septem ad Thebas affert Thomas M. p. 82, 14.

513. *ἐκφανὴς* Vit. Mosc. *ἐμφανής τ'* Cantabr. 1. *εὐφανὴς* Par. N.

515. *αὐτ'*, sic, cum adnotatione *αὐτά. ἀντὶ τὰ ὀνείρατα*, M. *αὔτ'* Lips. Turn. *αὖτ'* G. *αὖ τ'* Ald. Rob. *ταῦτ'* Vit. Mosc. Par. N. *ἄγαν γ'* Ven. B.

516. *ἐκύρωσεν* M. Rob. *ἔκυρσεν* Ven. B. *ἐκύρωσε* G. Vit. Lips. aliique et Ald. Turn.

519. *ἄξω* G.

Non *πέλανον* in appositione est, sed *δωρήματα*.

520. ἐπεξειργασμένοις M. G. ἐπεξειργασμένως Ald. ἐπεξειργασμένας Rob.

521. εἰς Vit. Omnes λῷον, pro quo scholiastes, ut iam H. Stephanus animadvertit, ζωὸν videtur legisse, quod aperte deterius est. πέλοι M. G. Vit. Turn. πέλει Ald. Rob. et οι supra scripto Lips.

522. ἡμᾶς M. ἡμῖν Ven. B. Rob. χρὴ 'πὶ, eraso ε ante π, M. χρὴ ἐπὶ Vit. Lips. δε τοῖς pro τοῖςδε τοῖς Ald. τοῖς δὲ τοῖς Rob. πεπραμένοις Vit.

523. πιστοῖσι πιστὰ Par. A. B. πιστοῖς πιστὰ M. Vit. Ven. A. Mosc. Par. N. πιστοῖς σε, πιστὰ Lips. πιστοῖς γε πιστὰ G. Rob. Turn. πιστοῖσι γῆ πιστὰ Cantabr. 1. πιστοῖς τὰ πιστὰ Par. N. Ald. In Par. B. adnotatum γράφεται ὧδε στίχος· πιστοῖσι, τὰ πιστὰ ξυμφέρειν βουλεύματα. Ex scholiis discimus fuisse qui πιστούς scriberent, sic, opinor, πιστούς γε πιστά. Hoc dicit Atossa, *oportet vos fida cum fidis* (mecum) *communicare consilia.* ξυμφέρειν libri praeter Ald. quae φέρειν habet.

524. καὶ παῖς δ' ἐάν περ Vit. et περ omisso Mosc.

525. παρηγορῆτε καὶ προπέμπητ' Ald. Rob. In Lips. ad προπέμπετ' supra adscriptum est γρ. προτρέπετε.

526. μὴ κέτι M. μὴκέτι Vit. Lips. μηκέτι Mosc. Par. L. N. μή κ' ἔτι Ald. μὴδ' ἔτι Rob. καί μήτι Cantabr. 1. Par. B. πρόσθητε M. G. Vit. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. B. L. N. Ald. Rob. προσθῆτε et supra γρ. πρόσθητε Lips. γένηται Ven. A. πρόσθηται Turn.

527. ἀλλ' ὦ ζεῦ βασιλεῦ, νῦν περσῶν M. (si ex M. recte adnotatum est) Turn. Vict. Sed omittunt ἀλλ' G. Vit. Lips. Ven. A. B. Cantabr. 1. 2. Mosc. Par. A. B. F. H. I. K. L. N. Ald. Rob. Schützius post νῦν inseruit μέν. Inserendum potius videbatur γάρ, quo rationem reddit chorus, cur exclamet ὦ Ζεῦ βασιλεῦ.

528. μεγαλαύχουν Vit.

529. ὤλεσας, cum hac adnotatione, ἰωνικῶς μικρόν, Vit. In G. Lips. adnotatum γρ. ὤλεσας, ὅπερ εἰ εἴποις, κομμιατικὸν ἐκφέροις τὸ λοιπόν. Et γρ. ὤλεσας adscriptum etiam in Cantabr. 1. Par. B.

530. τὸ σούσσων G. τοσούτων Vit. ἐγβατάνων M. Ceteri ἐκβατάνων, nisi quod in Lips. ad ultimam syllabam ην supra scriptum est. Brunckius Ἀγβατάνων. V. ad v. 16.

531. δνοφερῷ M. G. Vit. Lips. Rob. δνοφερῶν sic Ven. B. γνοφερῶν Par. N. στυγερῷ Ven. A. (sic Ven. A.) Ox. Par. B. Ald. Turn. et supra scriptum in Cantabr. 2. In Par. B. adnotatum γρ. δνοφερῷ, αἰολικῶς.

532. 533. ἀπαλαῖς M. Ald. ἁπαλαῖς G. Vit. Lips. Turn. Sed ἀταλαῖς Ven. B. Rob. Quae scriptura cur praeferenda sit, mox apparebit. καλύπτρας κατερυκόμενοι Par. K. Ceteri libri καλύπτρας κατερεικόμεναι, praeter Vit. qui haec habet, καλύπτας μαγνᾶ κατερεικό-

μεναι, ex codice mutilo, ut videtur, ducta. V. ad v. 534. 608. 612. ss. 623. 625. 627. Ex hac codicis Vit. scriptura eliciendum esse *μαῖαι γονάδες* dixi in diss. de versibus spuriis apud Aeschylum p. 12. sive in Opusc. II. p. 84. Eadem sententia est v. 64.

τοκέες δ' ἄλοχοί θ' ἡμερολεγδὸν
τείνοντα χρόνον τρομέονται.

Simul autem apparet quid sibi velit *ἀταλαῖς χερσί*, quod ut maxime cum imbecillitatis notione coniunctum multo rectius quam *ἁπαλαῖς* de tremulis Persarum matribus dictum est. Videtur enim *ἀταλός* a *ταλάσαι* factum esse. Nisi Aeschylus scripsit *ἁμαλαῖς*.

Herodotus VIII. 99. *ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεξελθοῦσα συνέχεε οὕτω ὥςτε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἁπλέτῳ, Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃσι τιθέντες. οὐκ οὕτω δὲ περὶ τῶν νεῶν ἀχθόμενοι ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν ὡς περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες.*

534. *διαμυδαλέοις* M. G. Vit. atque sic scribendum esse vidit Porsonus, ante quem *διὰ μυδαλέοις* scribebatur. *διὰ μυγδαλέοις*, adscripto *αι* ad *οι*, Lips. *διὰ μυδαλέοις*, supra adscripto *ους*, Par. B. C. In G. adnotatum *γρ. μυδαλέους πρὸς τὸ κόλπους.* Vit. *κόλπ* sine terminatione.

535. *τέγκουσ'* Vit. Lips, Cantabr. 2. Par. C. *μετέχουσαι* Ven. B. *κατέχουσαι* Par. I. Scripsit fortasse Aeschylus *ἄλγος μέγ' ἔχουσαι.*

536. *ἀβρογόον* Lips. *ἀβρογόοι* G. ut reliqui praeter Ald. quae lenem spiritum habet. Praeter necessitatem hoc vocabulum coniecturis tentatum est. *περσίδαις* Lips.

Sic apte omnia cohaerent: *an etiam Alpistum et Parthum et Oebaren reliquisti, prout hei hei, ex illis colligo, quae strenuis Persis ingentia accidisse mala narras?*

960. *ἴϊγγά μοι*, sed *ἴϊ* litteris a sec. manu scriptis, in margine autem *γρ. ἴυγγά μοι* M. *ἴυγα* Ald. *μοι* omittunt Ven. A. Ox. *με* pro eo habent Ven. B. Rob. *ἑταίρων* Vit. Ven. A. Colb. 1. *ἑτέρων* Ald. Libri omnes *ὑπομιμήσκεις*, nisi quod *ὑπομιμήσκεις* habet M. *ὑπομιμηάκεις* vitiose Ald. *ὑπομνήσκεις* Cantabr. 1. Non scripsisse Aeschylum *ὑπομιμήσκεις* strophicus versus docet. Videtur ab interprete pro alio verbo adscriptum fuisse. Posui quod aptum est, *ὑπορίνεις*. Possunt alia excogitari, velut *ὑπεγείρεις*.

961. Metri caussa scripsi *ἄλαστ' ἄλαστα*. Libri omnes semel *ἄλαστα*. *πρὸ κακὰ* Ald. Vulgo post *ὑπομιμήσκεις* commate, post *λέγων* plene distinguitur. Sic etiam scholiastes. Sed *ἄλαστ' ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα λέγων* ne per se ipsa quidem satis apte de choro dici puto, nedum quum modo de Xerxe dictum sit *κακὰ πρόκακα λέγεις*. Itaque plene post *ὑπορίνεις*, commate autem post *λέγων* distinxi, quo *λέγων* per anacoluthon pro *λέγοντί μοι* positum esset, ut in Sophoclis Oed. R. v. 158. *πρῶτά σε κεκλόμενος — προφάνητέ μοι*, et similia alibi.

963. Propter metrum *δὴ* inserui, quo libri carent, et pro *ἔνδοθεν*, quae librorum scriptura est, scripsi *ἔντοσθεν*. Et *ἔντοσθεν* quidem etiam Blomfieldius.

964. *ἄλλον γε* Schützius in minore editione et Blomfieldius. *ἄλλο γε* M. G. Vit. Lips. Par. A. Colb. 1. Ask. A. Cantabr. 1. Ven. 1. Ald. Rob. Turn. *ἄλλο γέ τι* Ven. B. *ἄλλο τε* Par. C. *ἄλλο τὶ* Victorii editio.

965. *μάρδον* Lips. Cantabr. 1. Par. L. et adscripto *μαχόδον* Par. C. *μάρδον'* sic G. Libri *μυριόνταρχον*, nisi quod in M. prius *μυριοταρχον*, sine accentu et priore *ν*, scriptum fuit, Vit. autem *μυριο ταρχον* habet, sine accentu, relicto autem in media voce spatio appietaque ad *ταρχον* lineola, indice nominis proprii, Rob. *μυριόνταρχον*. Non dubitavi scribere *μυριάδαρχον*, in quod etiam Blomfieldius incidit.

966. *ξάνθον* Ven. B. Rob. Ceteri libri *ξάνθην*. Scripsi *Ξάνθιν*. Deinde Ven. A. *ἀγχάρην τοὺς ἄνακτας τῶν ἵππων*, ex interpretatione v. 968.

967. *δίαιξίν τ'* M. G. Vit. Lips. Ald. Rob. *Διαῖξίν τ'* Turn. *ἠδ' ἀρσάκον* Lips.

969. *κηγδαδάταν* sic M. *καγδαδάταν* Vit. *κιγδαδάταν* Ask. A. *κηδαδάταν* Colb. 1. Cantabr. 1. et *σ* ad *ν* supra scripto Colb. 2. *καὶ δαδάταν* Ven. B. *κιγδάδαν* G. Par. C. K. L. *κυγδάταν* Rob. *κυγδαγάταν* Ald. *Κιγδαγάταν* Turn. *τοὺς κηγδαγάτας* Lips. *λυθίμαν*

M. G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. In Lips. η ad α supra adscriptum. λιθίμναν Colb. 1. λυθίμιαν Par. A. θυλίμναν Cantabr. 1.

970. τόλμον τ' M. Par. A. Ven. B. τόλμον, omisso τ' Vit. et cum plerisque, ut videtur, codicibus Turn. τόμον Ald. τόλμαν τ', ad α supra scripto ι, Lips. τόλμιαν Ask. A. Par. L. τόλμιαν τόλμιαν, adiecta interpretatione τολμηρόν, G. αἰχμᾶς G. Par. A. αἰχμὰς M. αἰγχοῖς Vit. Ceteri αἰχμῆς.

971. 972. Versus 971 — 974. in libris Xerxi tribuuntur. Sed v. 971. 972. choro esse continuandos strophae comparatio docet, atque in ipsa librorum scriptura est quod moneat, ne temere vices personarum conturbatam esse censeamus. Nam quum omnes libri ἔταφον ἔταφον habeant, facilius crediderim scholiastas, qui id partim per ἀπέθανον vel ἔθανον, partim per ἐτάφησαν interpretantur, errasse, quam ex Valckenarii ad Eur. Hipp. v. 1247. sententia scribendum esse ἔταφεν, ἔταφεν. Omninoque quae de sepultura Persarum hic in scholiis tradita sunt, ea vereor ne non petita sint ex idoneis fontibus, sed ficta ad proferendam probabilem loci explicationem. Deinde οὐκ in sola ed. Rob. deest. Eadem cum Ven. B. τροχηλάτοις habet. A metrico aliquo mutatus est in hunc modum verborum ordo in Ven. B. σκηναῖσιν οὐκ ἀμφὶ τροχηλάτοις. Alio modo in Vit. interpolata est scriptura, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς δ' ἦν τροχηλάτοισιν ὄπισθεν δ' ἑπόμενοι. Omnes autem libri ὄπισθεν δ' ἑπόμενοι habent, praeter Par. C. Turn. in quibus ἑπόμενος legitur, quae mutatio facta est ab aliquo homine qui ἔταφον prima persona dictum esse putabat. Quid multa? Vitium non nisi in altero versu, idque satis leve et haud dubie ex perversa aliqua grammaticorum explicatione ortum, latet. Scribendum est enim, ut Wellauerus quoque vidit, verbis choro continuatis,

ἔταφον, ἔταφον· οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
τροχηλάτοισιν, ὄπιθεν ἑπόμενοι.

At vero, inquit, *alium quoque desideramus, Mardorum ducem Xanthim, et Ancharen, aliosque. Miror, miror: non circa carpentum tuum sunt, pone sequentes.* Xerxes, ut regem decet, non pedibus, sed carpento vectus advenerat, ita, opinor, ut carpentum ex longinquo conspiceretur, unde ille quum descendisset, in conspectum et ad alloquium chori prodierat. Itaque chorus, alios quoque quos desideret commemorans, mirari se dicit, quod eos non videat in comitatu Xerxis, sequentes harmamaxam eius. Nam quas dicit σκηνὰς τροχηλάτους, non intelligit aliud quam carpentum vel harmamaxam, id quod vel ex vocabulo σκηνή, etiam aliis scriptoribus in harmamaxae mentione usitato, colligi potest, quum hic σκηναὶ istae vocentur τροχήλατοι. V. Schefferum de re vehiculari II. 17. p. 217. seq. et Wesselingium ad Herod. VII. 41. Carpento autem uti Xerxen, non curru, consentaneum erat, ut qui non in pompa prodiret, sed fatigatus non intermissis itineribus requie indigeret. Ab omni autem dubitatione tutam hanc interpretationem praestat Herodotus, qui de ipso

Xerxe eiusque expeditione explicans, VII. 41. ita scribit ut paene ipsa verba Aeschyli confirmet. Nam quum dixisset Xerxen curru equis Nisaeis iuncto Sardes reliquisse, sic pergit, *ἐξήλασε μὲν οὕτω ἐκ Σαρδίων Ξέρξης, μετεκβαίνεσκε δέ, ὅκως μιν λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν. αὐτοῦ δὲ ὄπισθε αἰχμοφόροι Περσέων οἱ ἄριστοι τε καὶ γενναιότατοι, χίλιοι, κατὰ νόμον τὰς λόγχας ἔχοντες.*

973. Libri *οἵπερ*. Scribendum esse *τοίπερ* etiam Passovius vidit. *ἀγρόται* libri, praeter ed. Rob. quae *ἀκρόται* exhibet. In Lips. adscriptum est *γρ. ἀκρόται*. Plenius in margine M. *γρ. καὶ ἀκρόται. ἐξ οὗ ἔσται ἀπὸ τοῦ ἄκρου. εἰ δὲ ἀγρόται, ἀπὸ τοῦ ἄγειν καὶ ἀγείρειν*, et inter versus *οἱ ἄρχοντες. εἰ δὲ ἀκρόται, οἱ ἄκροι.* Toupius ad Suidam t. IV. p. 353. scribendum coniecit *ἀγρέται*, conferens quod Hesychius habet, *ἀγρέταν, ἡγέμονα, θεόν.* Mihi in illo *ἀκρόται* latere visum est *ἀκρῶται.* V. ad v. 979.

974. Hunc versum, qui in libris cum praecedentibus Xerxis est, choro tribuendum esse antistropha monstrat. *οἱ νώνυμνοι* M. *οἱ νώνυμοι* G. Cantabr. 1. Colb. 1. 2. Par. C. Turn. *οἱ νώνυμοι* Vit. Ven. A. *οἱνώνυμοι* Lips. Ald. *ἀνώνυμοι* Rob. *οἱ οἱ νώνυμοι* Ven. B. ed. Vict.

975. Xerxi dedi hunc versum, quem libri cum sequentibus choro tribuunt.

975—978. *ἰὴ ἰὴ ἰὼ ἰὼ | ἰὼ ἰὼ δαίμονες* M. *ἰὴ ἰὴ ἰὼ ἰὼ ἰὼ δαίμονες* Vit. Lips. *ἰὴ ἰὴ. ἰὴ ἰὴ. ἰὼ ἰὼ. ἰὼ ἰὼ. ὦ δαίμονες* G. *ἰὴ ἰὴ ἰὼ ἰὼ ὦ δαίμονες* Rob. *ἰὴ* quinquies, *ἰὼ* octies Colb. 1. Ox. et omisso *δαίμονες* Ald. *ἰὴ* sexies et deinde *ἰὼ ἰὼ δυσδαίμονες* sic Ven. A. *ἰὴ ἰὴ ἰὼ ἰὼ ἰὼ ἰὼ δυςδαίμονες* Turn. *δαίμονες* enotatum ex Ask. A. Mosc. *ὦ δαίμονες* ex Cantabr. 1. Par. K. L. Colb. 2. Ven. B. Tum omnes libri, *δ'* non addito, *ἔθετ' ἄελπτον κακὸν διαπρέπον οἷον δέδορκεν ἄτα*, nisi quod *ἔλθετ'* habent Vit. Mosc. Colb. 1. *κακὸν* bis et *διαπρεπῆ* Vit. *οἷαν* Colb. 1. *ἄτα* ad alterum *α* supra scripto *η* Lips. *ἄταν* Colb. 1. Ox. Ven. A. Ald. Rob. Corrupta haec esse facile ex antistropha, quae optimos habet et certissimos numeros, intelligitur. Ac primum quidem *ἔθετ'* mutandum esse in *ἔθεσθ'* olim putavi, nunc *δ'* inserto scripsi *ἔθεντ'*. Deinde *διαπρέπον* neque synizesi fieri posse videtur trisyllabum, neque probabile est Dindorfii *ζαπρέπον*, sed *διαπρέπον*, vocabulum satis tenue, interpretatio videtur alius vocabuli, quod *πρόκακον* vel *πάγκακον* fuisse puto. Denique *οἷον δέδορκεν ἄτα* scholiastae ita explicant, *οἷον κακὸν ἡ Ἄτη ἐφορᾷ* et *ἐθεάσατο ἡ βλαβή.* Hoc vero Graeca verba ne posse quidem significare mihi videntur. Puto restituisse quod Aeschylus scripsit,

ἰὼ ἰώ, δαίμονες δ'
ἔθεντ' ἄελπτον κακόν,
πάγκακον οἷον δέδρακεν ἄτα.

979. Hic versus in M. Vit. scriptus est in margine et in M. quidem in litura praeter ultimas quattuor syllabas, sed, ut videtur, a prima manu: adscriptum autem supra est *γρ. δαίμονος τύχαι.* In illo *δαίμονος* latere

videtur *διαίμονες, cruentae*, quam vocem Marklandus Euripidi Iph. Aul. v. 1514. restituit. Eadem sententia est Dindorfii. Sed puto tamen *δι' αἰῶνος* verum esse, neque in stropha v. 973. *ἀγρέται* scribendum esse, sed *ἀκρῶται*. *οἶαι δὴ δι' αἰῶνος τύχαι* Ven. B. Rob. quod grammatici inventum est senarium exhibere volentis. *τύχα* G.

980. Personae notam omittunt Ald. Turn. In Vit. Xerxi haec usque ad *εὐτυχῶς* tribuuntur, versus autem 984. choro. *εὔδηλον*, omisso *γάρ*, Rob.

981. Hunc versum Xerxi dedi. *νέα νέα δύαι δύαι* Ald.

982. *ἰαόνων* Lips. Cantabr. 1. Colb. 1. Turn. *ἰαώνων* Ven. A. Ald. *ἰάνων* M. G. Vit. Ven. B. Par. L. Colb. 2. *ἰώνων* Rob. *ναυβάτων* sic M. Turn. *ναυατῶν* Ven. A. Cantabr. 1. Colb. 1. *ναβατῶν* Ald. *ναυάτων* Vit. *ναυάτοις*, supra scripto *ων*, Lips. *ναυατᾶν* G. (sic G.) Par. A. Inde Brunckius *ναυβατᾶν* restituit, atque ita iam Rob. In Par. C. totus versus ita scriptus est, *ἰάνωναν βάταν*, supra scripto ad ultimam syllabam *ῶν*.

984. *γένος τὸ περσᾶν* M. Ven. A. *γένος τὸ περσῶν* G. Vit. Lips. Ald. Turn. *γένος περσῶν* Rob. *τὸ γένος περσῶν* Ven. B. *τὸ γένος τὸ περσῶν* Colb. 2. *τὸ γένος τῶν περσῶν* Cantabr. 1.

985. *πῶς δ' οὐ* sine interpunctione M. Vit. Ald. *πῶς δ' οὔ.* G. Lips. et commate addito Turn. *πῶς δ' οὐ;* Rob. Libri *στρατὸν μέν*, nisi quod Rob. cum scholiasta metrico *μὲν* omittit. Mutavi *μέν* in *γάρ*.

In *τοσοῦτον* littera *σ* a sec. manu refecta in M.

987. Chori nomen omittunt Ald. Turn. *τί δ' οὐ* Ven. B. Comma post *τί δ'* in G. Turn. positum est, interrogandi signum hic et in fine versus a Brunckio. Nulla interpunctio in M. Vit. Lips. Ald. Rob. Scribendum esse *τί δ' οὔκ;* et in fine punctum ponendum Wellauerus vidit. *ὄλωλεν* M. *ὄλωλε* Vit. Lips. Cantabr. 1. Ald. Rob. Turn. *ὤλωλε* G.

μεγάλατε περσᾶν M. Vit. *μέγα τὰ περσῶν* Ven. A. Ald. *μεγάλα τὰ περσῶν* ceteri. Scribendum *μεγάλως τὰ Περσᾶν*. Et *μεγάλως* quidem Butlerus Cantabr. 1. et G. tribuit. Sed G. *μεγάλα* habet.

988. *τόδε τὰς ἐμὰς στολάς* Vit. *τάσδε τὰς ἐμὰς στολάς* G. *τᾶσδε* (simul cum acuto accentu) *τὰς ἐμὰς στολάς*, supra scripto ad singulas voces *ᾶ*, Lips. *τάς δὲ τὰς* affertur ex Colb. 2. *τᾶσδε τᾶς* ex Cantabr. 1.

990. Hunc et sequentes duos versus omittunt Ox. Ald. *τανδί τ'* Ven. A. *τάνδε τ'* Ven. B. Rob. *τανδέ τ'* Vit. *τὰν δέ τ'* M. G. *τάνδ'*, supra scripto *ῃ*, Lips. *τάνδε τ'* Par. C. Ask. A. Turn. Non scripsit Aeschylus *τάνδε*. Nam si *οἰστοδέγμων* per se esset pharetra, non quaesivisset chorus *τί τόδε λέγεις σεσωσμένον;* Itaque scribendum est *τόνδε τ' οἰστοδέγμονα — θησαυρὸν βελέεσσιν;* Viderunt hoc etiam Porsonus Adv. p. 157. et Butlerus. *οἰστοδέγμονα* Porsonus. *ὀϊστοδέγμονα* libri, etiam M.

991. Verbum σεσωσμένον sequentibus Xerxis verbis adnumeratur in G. Lips. Par. A. B. F. Rob. Choro recte tribuunt ceteri libri.

992. Hunc versum choro continuat Turn. βέλεσσιν M. βέλεσσι Cantabr. 1. Ceteri βέλεσι, nisi quod hanc vocem omittunt Ven. A. B. Rob. Scribendum esse βελέεσσιν, metrum docet.

993. Xerxi hunc versum cum sequente tribuunt Ald. Turn. βαία γ' ὦς ἀπολλῶν G.

994. ἐσπανίμεθ' Lips.

995. Libri ἰαόνων, nisi quod ἰαώνων habent Ald. Rob. Scribendum est aut Ἰώνων aut Ἰάων. Hoc praetuli, quia in hac fabula Iones nusquam aliter quam aut Ἴανες aut Ἰάονες vocantur, etsi Ἰωνία in iambis est v. 771. Metrici correctoris lectionem habet Ven. B. ἰαόνων δὲ λαὸς οὐκ ἐκφυγαίχμας.

996. ἀγανόρειος M. G. Vit. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. Colb. 1. ἀγανόρεος Rob. ἀγανόριος Ald. Turn.

997. δὲ omittunt Vit. Rob. ἄελπον Lips.

998. ναύφρακταν Ald. ναύπραυκτον Colb. 2. ναύκρατον Ask. A. ναύαρχον Par. L.

999. ἐπέρρηξ' M. G. Ven. A. Colb. 1. 2. Par. C. Ald. Rob. Turn. ἐπίρρηξ' Ask. A. ἐπέρρηξα plene Vit. Lips. ἀπέρρηξ' edidit Brunckius, nescio unde. Satis elumbem trimetrum habent Ven. B. et ed. Vict. πέπλον δ' ἐπίρρηξά γ' ἐπὶ συμφορᾷ κακοῦ.

1000. παπαῖ παπαῖ, circumflexo in acutum aut contra mutato, M. παπαὶ παπαὶ Vit. Lips. Rob. παπαὶ ter G. quater Ald. Turn. Bis hoc vocabulum legitur etiam in Colb. 2. ter in Cantabr. 1. Par. C. quinquies in Ask. A. sexies in Colb. 1. semel in Par. F. L.

1001. καὶ πλέον ἦ (a pr. manu ἦ M.) παπαῖ (παπαὶ G. Turn.) μὲν οὖν M. G. Cantabr. 1. Par. C. L. Colb. 2. Turn. καὶ πλεῖον ἦ παπαὶ μὲν οὖν Ven. B. Rob. καὶ πλέον ἦ παπαὶ μεν οὖ Vit. Lips. Mosc. μὲν οὖν omittunt Colb. 1. Ven. 1. Ox. Ald. Interpretis est ἦ παπαῖ, quo remoto scripsi

καὶ πλέον, πλέον μὲν οὖν.

1002. γὰρ ἔστι Vit.

1003. Chori notam omittunt Ald. Turn. χαρίσματα Ven. A. Ald.

1004. καὶ σθένος γ' M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. Colb. 1. Par. A. B. C. Ven. A. Ald. (sic Ald.) Rob. Turn. σθένος θ' inde ab ed. Vict. propagatum erat. Ven. B. particulam omittit. ἐκολούθη G. Lips. Colb. 1. Ven. A. Ox. Ald.

1006. ποντίαισιν M. ποντίαισι G. Vit. Lips. Ven. A. Ald. Rob. Turn. ποντίαις Cantabr. 1. Rob. In Ven. B. hic versus ita interpolatus est, φίλων τ' ἐν ἄταις ποντίαις.

1007. Neque synizesis admittenda est, et multo minus, quod G. Dindorfio placuit, δίαιν, δίαινε. Videtur potius recitatum esse divisim

δίαινε, — δίαινε πῆμα, πρὸς δόμους δ' ἴθι,

et in antistropha

ἔρεσσε, — ἔρεσσε καὶ στέναζ᾽ ἐμὴν χάριν.

τ᾽ ἴθι Ald. *τ᾽ ἴθι* Rob. *τίθει* Colb. 1. *τ᾽ ἴσθι* Lips.

1008. *αἰ αἰ αἰαῖ* M. *αἰαὶ αἰαὶ* Lips. *αἶ* quater G. Vit. Ald. Turn. bis Rob. sexies Ven. A. Cantabr. 1. octies Colb. 1.

1009. Libri *νῦν*. Corrigendum vidit Pauwius.

1010. Chori notam omittit Lips. in quo *ῃ* ad *κακὰν* supra adscriptum est.

1011. Habet Xerxis notam Lips. *ἐμοῦ* Ask. A.

1012. *ὀτοτοτοτοῖ* M. Ven. B. *ὀτοτοτοτοὶ* Vit. *ὀττοττοτοῖ* G. Par. C. *ὀττοτοτοῖ* Colb. 2. *ὀτοτοτοῖ* Cantabr. 2. *ὀιτοτοὶ* Lips. Colb. 1. *ὀττοττοὶ* Turn. *ὀτοτοτοῖ ὀτοττοὶ* Ven. A. Ald. Rob. *ὀττοτοττοττοτοῖ* Par. L.

1013. *γὰρ* pro *γ᾽* G. Lips. Par. C. L. Colb. 1. Ask. A. *ἅδε* M. a pr. manu et G. Vit. Lips. Cantabr. 1. Par. A. C. K. et supra scriptum in Par. B. *ἆδε* a sec. manu M. *ἅδ᾽ ἁ* Par. B. Ald. Rob. Turn.

Hoc versu finitur Vit. in quo deest folium.

1014. Pro *οἴμοι* M. *οἶ*, Ald. Rob. *οἶ*, pariterque *μοι* deest in Colb. 2. Deinde *μάλα* omittit Cantabr. 1. Ceteri *μάλα καὶ τόδ᾽ ἀλγῶ* habent, nisi quod *ἀγῶ* est in Par. C. Non intelligitur quid sibi velit *καί*. Scripsi *μάλα τοι τόδ᾽ ἀλγῶ*.

1015. Libri *ἔρεσσ᾽ ἔρεσσε*, nisi quod *ἔρεσθ᾽ ἔρεσθε* habet Colb. 1. in Lips. autem *ἔρεσσ᾽* omissum est.

1016. *διαίνομαι* bis habet Cantabr. 1. *γέεδνος* M. *γὲ ἑδνὸς* Mosc. *γ᾽ ἐδεινὸς* Ask. A. *γοεδνὸς* G. Lips. Ald. Rob. *γόεδνος* minus recte Cantabr. 1. ed. Vict. ex falsa derivatione, quae in scholiis invenitur.

1017. Xerxis notam per errorem omittit Rob. Libri *νῦν*. Correxit Pauwius.

1018. *μέλλειν* Colb. 1. Ask. A. Ven. A. Ald.

1020. Chori notam omittit Lips. *ὀτοτοτοτοῖ* M. Ven. B. *ὀτοτοτοί* Ald. Rob. *ὀττοτοτοῖ* Colb. 2. *ὀττοττοτοῖ* G. Par. C. et cum gravi accentu Lips. *ὀττοτοὶ* Colb. 1. Ask. A. *ὀτοτοῖ* Ven. A. *ὀττοττοί* Turn. *ὀττοτοτοτοτοῖ* Cantabr. 1.

1021. 1022. Hi duo versus in M. ita scripti sunt,

— μέλαινα δ᾽ αὖ μεμίξεταί

— μοι στονόεσσα πλαγά

appicta ad utrumque versum lineola qua mutatio personae indicatur: *αὖ* vocabuli posterior vocalis in litura est additusque circumflexus et prior in *μεμίξεταί* accentus a sec. manu. Ald. Rob. Turn. *ξέρ. μέλαινα δ᾽ αὖ μεμίξεταί μοι. | χο. στονόεσσα πλαγά*, nisi quod Ald. *παλαγά* habet. In Victorii editione, quae habet *ξερ. Μέλαινα δ᾽ αὖ μεμίξεταί | μοι καὶ στονόεσσα πλαγά*, chori nomen per errorem omissum est, nam proximo versui iterum *ξερ.* adscriptum est. In G. omnia cum praecedente chori exclamatione continuantur. Ita voluit etiam librarius qui

codicem Lips. scripsit, nam etsi ante v. 1020. chori notam per errorem omisit, mox tamen ad v. 1023. Xerxis nomen adscripsit. In *μεμίξεταί μοι* consentiunt cum M. Ald. Rob. Turn. codices G. Lips. Ven. A. Cantabr. 1. Par. A. B. *μοὶ μίξεται* pro *μεμίξεται* habere videtur Colb. 1. Hi libri omnes non habent *καὶ*, quod in ed. Vict. additum est. Schützius in minore editione ante *στονόεσσα* posuit *οἴμοι*, neque adnotatum est differre Ven. B. Ad utramque *πλαγά* vocabuli syllabam *ι* adscriptum est in Lips. *πλαγός* habet Par. C. Strophica ostendunt *μέλαινα* non posse verum esse, quia sententia, personis mutatis, nimis imperfecta est. Neque potuit *αὖ* dici. Quare scripsi

Ξ. μάραγνα δ' ἀμμεμίξεται
Χ. οἴμοι, στονόεσσα πλαγά.

Comparari potest Choeph. v. 370.

ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆςδε μαράγνης
δοῦπος ἱκνεῖται.

Ἀμμεμίξεται autem a pr. manu in M. scriptum fuisse veri simile est.

1023. Libri omnes *κἀπιβόα.* Porsonus quum in addendis ad secundam editionem Hecubae p. 88. (103.) emendandum esse diceret *καὶ στέρν' ἀράσσων ἐπιβόα τὸ Μύσιον*, non modo iusto audacior fuit, sed illud quoque non videtur attendisse, solere in huiusmodi versibus pedes pedibus respondere, ideoque non esse spondeum pro iambo inferendum. G. Dindorfio visum est *κἀπιβῶ* scribendum esse. Alii non scribendum quidem ita, sed synizesin admittendam esse putaverunt. Hesychius quidem, qui verba *ἐπιβοᾷ τὸ Μύσιον* in lexicon suum rettulit, si ea ex hoc loco hausit, vulgatam scripturam tueri videbitur. Sed quid impedit quin meliorem lectionem opportune ab Eustathio servatam recipiamus? Is ad Dionysii v. 791. *θρηνητικοὶ δὲ καὶ οἱ Κᾶρες, ἀφ' ὧν καὶ Καρικὰ θρηνώδη αὐλήματα. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Φρύγες· ἔτι δὲ καὶ οἱ Μυσοί. διὸ καὶ Αἰσχύλος φησί, βόα τὸ Μύσιον, ἤγουν θρήνει.* Neque ita in editis tantum exemplaribus, sed eodem modo scriptum est in sex codicibus Parisinis, ut Bekkerus, quem ea de re, quum Parisiis esset, interrogaram, mihi rettulit, n. 2708, 2723. qui optimus est et antiquissimus codex, tum 2731. 2733. 2734. 2852.

1024. *ἄνια ἄνια* M. Lips. *ἄνια ἄνια ἄνια* G. Cantabr. 1. Ox. Par. C. Ven. A. Ald. Rob. Turn. Scribendum *ἄνι' ἄνια.* Vidit hoc etiam Dindorfius.

1025. *πέρθε* edd. Rob. et Vict. *ὕπερθε* M. G. Colb. 2. Par. C. Turn. *ὕπερθεν* Colb. 1. Ven. A. Ald. *ὕπερθος* Lips. *λευκήρα* G. *λευκήνη* Rob.

1026. *ἄπριγδα ἄπριγδα* M. Mosc. *ἄπριγδ'* omittit Lips. *γοεδνὰ* Lips. *γόεδνα* M. G. Ald. Rob. Turn.

1027. *αὔτι* ante sec. manus emendationem M. *ἄντει* Lips. *καὶ τάδ'* M. G. Lips. Cantabr. 1. Par. A. B. Ask. A. *τάδε* Ald. Rob. Turn. *ἔρξω* an *ἕρξω* habeat M. incertum est. *ἕξω* Ald.

1028. *πέπλον δ' ἔρειχ' ἐγχοκολπίοις ἀκμῆ χειρῶν* Lips. *πλέον* pro *πέπλον* Colb. 2. *ἔρειδε* (*ερειδέ* a pr. manu M.) *κολπίαν* M. Ven. B. Rob. *ἔρρεικε κολπίαν*, ad ultimam syllabam *ους* supra adscripto, Mosc. *ἔρειχ' ἐγκολπίαν* G. Par. F. Ceteri *ἔρεικε κολπίαν*.

1029. *ἄνια ἄνια* M. Lips. Rob. *ἄνια ἄνια ἄνια* Ox. Ald. Turn. *φεῦ ἄνια ἄνια* G. Ask. A. Par. H. et fortasse Par. C. ex quo *φεῦ ἄνια* enotatum est. *φεῦ ἄνια ἄνια ἄνια* Ven. A. *φεῦ φεῦ φεῦ ἄνια ἄνια* Cantabr. 1.

1030. *κατοίκτισαι* Par. A. B. H. Ald. et ex correctione M. in quo prius scriptum fuerat *κατοικτῆσαι*. Ven. B. *κατοίκτισον*. Quod in Par. B. supra scriptum est, *κατοίκτιζε*, habent G. Lips. Rob. Turn. Recte. V. ad v. 1023.

1031. *ἄπριγδα ἄπριγδα* M. Lips. *γόεδνά*, sic cum duplici accentu Lips. Ceteri *γόεδνα*.

1032. *δίαιν' ὅσσε* Ven. B. Rob. *δίαίνοῦ δ' ὅσα* Lips.

Hoc versu finitur Cantabr. 1.

1033. Inde a Brunckio obtinuit *νυν*. Turn. *νὺν*. Ceteri *νῦν*. Ceterum non incipit hic epodus, ut olim putabam, sed sine epodo omnia per antistrophas usque ad finem decurrunt, metris et sententiis satis aperte, quamvis in magna lectionis deformatione, indicium facientibus.

1034. *οἴοῖ οἴοῖ* M. *οἰοιοιοῖ* Par. B. *οἰ* quater Lips. Rob. Turn. ter G. Ald. novies Ven. A. *ὀτοτοτοῖ* scripsit Porsonus.

1035. *αἰακος ἐς* Lips. *αἰακτὸς δ' ἐς* G.

Post hunc versum inserui *αἰαῖ, αἰαῖ*. Postulat hoc et stropharum et ipsius sententiae ratio.

1037. *ἰὼ ἰὼ* a sec. manu, *ἰῶ ἰῶ* a pr. M. *ἰὼ* semel habent Lips. Par. F. L. *δύσβατος* M. G. Lips. Ven. A. B. edd. ante Brunckium. *δύσβακτος* Par. A. B. H. In Par. B. teste Bekkero pro variis lectionibus et *δύσβατος* et *δύσβάϊκτος* adnotata sunt. Praeterea in eodem codice adscriptum est *δυσθρήνητος*. Hinc *δυςβάϊκτος* Brunckius scripsit, *δυςβαϊκτός* Porsonus. Xerxi tribuendus erat hic versus, quem libri, in quibus *αἰαῖ, αἰαῖ* excidit, choro assignant.

1038. Xerxi hunc versum libri tribuunt. *ἰωὰ δὴ* Mosc. Par. A. B. C. et nunc M. in quo prius *ἰῶ ᾶ* fuisse videtur. In Par. B. *κρανγή* adscriptum. Restituit *ἰωὰ δὴ* Brunckius. *ἰὼ δὴ* G. et edd. ante Brunckium. *ἰὼ ἰὼ δὴ* Lips. Ven. A.

1039. Choro hic versus tribuebatur. Sed *ναὶ ναὶ* G. Lips. Xerxi assignant. Invertendus est ordo et *ναὶ ναὶ* choro dandum, prior versiculi pars Xerxi. *ἰωὰ* (M. sic ut v. 1038.) *δῆτα* M. Par. A. B. In Par. B. *γρ. ἰὼ* adscriptum. *ἰὼ δῆτα* G. Lips. Ven. A. B. et edd. ante Brunckium, praeter Rob. in qua *ἰὼ ἰὼ δῆτα* est.

1040—1048. Post hunc versum, *ἰωὰ δῆτα. ναὶ ναί*, in M. haec sequuntur

ξερξ. γοᾶσθ' ἁβροβάται·

χο. ἰὼ ἰὼ (a pr. manu ἰῶ ἰῶ) περσὶς αἶα δύσβατος·
ξερξ. η ή η ή τρισκάλμοισιν·
η ή η ή βαρίσιν (sic) ὀλόμενοι·
χο. πέμψω τόι, σε δυσθροοις γοοις. αἰσχύλου πέρσαι.

Primus horum versuum in Ven. B. Rob. ita scriptus est, ἰὼ γοᾶσθ' ἀβροβάται. Ceteri libri ἰὼ omittunt. ἀβροβᾶται G. ἀβροβάται Ald.

Deinde proximo versu ἰὼ semel G. Lips. Par. C. δύσβατος G. Lips. Ven. A. B. edd. ante Brunckium. δύσβακτος Par. A. H. δυσβάϊκτος et γρ. δύσβακτος Par. B. Tertio et quarto versu ἰὴ ἰὴ Ven. B. Par. F. L. Rob. ἦ ter Ven. A. ἦ ter G. Ald. ἦ quater Lips. et ceteri. Quarto versu βάρισιν ceteri libri. Tum ὀλλύμενοι Ask. A. ὀλόμεναι, supra scripto οι, Mosc. ὀλόμεναι, supra scripto ο ad α, et σι ad finem vocis, Lips. Vltimo versu πέμψω τοί σε δυσθρόοις γόοις G. Ox. Colb. 2. Par. F. L. πέμψω τοῖσδέ σε δ. γ. Par. B. C. I. Ask. A. nisi quod Ask. A. γόοις bis habet. πέμψω τοῖσδε δ. γ. Lips. πέμψω τοῖσε δ. γ. Ald. πέμψω σε δ. γ. Turn. Ex Ven. A. τόνδε pro σε affertur. Rob. nihil amplius quam πέμψω δυσθρόοις γόοις.

Haec omnia valde conturbata et deformata esse manifestum est. Ac primum quidem ἀβροβάται ineptissima est per se et nihil ad rem faciens appellatio. Deinde tota carminis ratio postulat ut illis ἰὼ ἰώ, Περσὶς αἶα δυςβαϊκτός eadem verba respondeant sintque initium antistrophae. Denique ante ultimum versum excidisse alium versum et turbata responsionum aequabilitas monstrat, neque potuit chorus abrupte dicere πέμψω τοί σε δυςθρόοις γόοις. Videntur haec in eo codice, ex quo nostri libri derivati sunt, binis versuum ordinibus vel, ut nos dicimus, columnis scripta, ipsa autem pagina detrita aut lacerata fuisse. Studui hos versus ita conformare, ut dignus Aeschyli arte tragoediae finis evaderet, quamquam in iis, quae asteriscis inclusa addidi, singula verba praestare non possum. Γοάσθω et βοάτω quum dicitur, Περσὶς αἶα intelligenda est.

ADNOTATIONES AD SEPTEM ADVERSVS THEBAS.

Nomen huic tragoediae in plerisque codicibus et in editionibus antiquis est *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*, et sic apud Clementem Alex. Strom. I. p. 401. ed. Ox. Iustinum in Quaest. et resp. ad orthodoxos qu. 146. Tzetzam Chil. IV. v. 983. *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* vocatur in nonnullis codicibus, ut in Mediceo et Lipsiensi, in didascalia quam codex Mediceus servavit, ab Aristophane in Ranis v. 1021. et, qui ad Aristophanis versum respicit, a Plutarcho Quaest. sympos. VII. 10. p. 715. E. apud quem Böttigerus in libello de personis Furiarum legere sibi visus est de quibus ille numquam cogitavit; tum ab Athenaeo I. p. 27. A. et in codice Parisiensi Longini cap. XV. nam vulgo ibi *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις* legitur. Eustathius ad Hom. p. 146, 10. *μάχιμος ἡ λέξις τοῦ ἐπανίστασθαι καὶ τῆς ἐπαναστάσεως, τῆς ἐπί προθέσεως τὸ κατά δηλούσης, ὡς καὶ ἐν τῷ "ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς" παρ' Εὐριπίδῃ, καὶ "Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας" παρ' Αἰσχύλῳ, ἤγουν κατὰ Θηβῶν.* idem eadem p. 809, 36. aliis verbis repetit. Duces isti *ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* dici solent, ut apud Aristotelem Metaph. XII. 6. Diodorum Siculum IV. 65. 66. scholiastam Euripidis ad Phoen. v. 1377. In codice Guelferbytano et quibusdam aliis nomen huic tragoediae impositum est *Ἐτεοκλῆς*. V. Harlesium Bibl. Gr. vol. II. p. 174. Ceterum Stanleius merito in dubitationem vocavit haec Pausaniae II. 20, 5. *τούτους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνων ἑπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύλος πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων καὶ Μεσσήνης καί τινων καὶ Ἀρκάδων στρατευσαμένων.* Sed hic quum statim addat *τούτων δὲ τῶν ἑπτά (ἐπηκολουθήκασι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι τῇ Αἰσχύλου ποιήσει) πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήβας ἑλόντες*, ipse se refutare videtur. Neque enim ab Aeschylo accepisse Argivos istam famam credibile est, sed multo prius ita traditum fuisse, numero ad oppugnatas septem Thebarum portas accommodato.

Personarum index in M. Lips. hic est, *ἐτεοκλῆς. ἀντιγόνη. ἄγγελος κατάσκοπος. ἰσμήνη. χορὸς παρθένων. κῆρυξ.* In Vit. *ἐτεοκλῆς. ἄγγελος κατάσκοπος. χορὸς παρθένων. κήρυξ. ἀντιγόνη. ἰσμήνη.*

In G. ἐτεοκλῆς. ἄγγελος. χορὸς γυναικῶν ἐπιχωρίων. ἀντιγόνη. ἰσμήνη. κήρυξ. In Ald. Rob. Turn. ἐτεοκλῆς. ἄγγελος κατάσκοπος. χορὸς παρθένων. ἰσμήνη. ἀντιγόνη. κήρυξ. Addunt G. Vit. Ald. Rob. Turn. προλογίζει δὲ ἐτεοκλῆς, παρασκευάζων τὸν τῶν Θηβαίων δῆμον (σκευάζων τὸν δῆμον τῶν Θηβαίων Vit.) εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως.

1. Exemplum δορυφορήματος. Conspicitur enim in scena, vel potius in orchestra, populus Thebanus, personae mutae. Böttigerus in libello quem de personis Furiarum scripsit p. 124. seqq. nescio quae simulacra imaginatus est, quae vestibus amicta κωφὰ πρόσωπα et δορυφορήματα dicta fuerint: quo nihil fingi potuit quod magis absurdum esset. De ista voce praeter G. C. G. Schneideri libellum, cui titulus est *das attische theaterwesen*, p. 139. conferri possunt quae dixerunt Lambertus Bos Obs. crit. p. 67. cuius verba rettulit ad Luciani Icaromenippum c. 19. Reitzius t. II. p. 760. et C. Fr. Hermannus ad Lucianum de conscrib. hist. p. 23. Versum Aeschyli affert Aristides t. I. p. 342. sive t. I. p. 528. ed. Dind.

2. πόλει Par. C. In G. virgula post πόλεως distinctum. Ald. Rob. Vict. post πρύμνῃ distinguunt. Respicit hunc versum Plato in Euthydemo p. 291. D. quo auctore quum Stephanus post πόλεως potius interpungi malebat, peccavit eo quod ferri posse alteram interpunctionem putavit.

3. νόμων Lips. βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ affert Eustathius p. 981, 50.

4. θεοῦ M. G. Vit. Lips. Colb. 1. 2. Ask. A. Par. E. H. K. L. Arund. Ox. Vind. 2. 3. 4. Ven. B. quod merito recepit Blomfieldius. Edd. vett. θεῶν.

5. αὖ G. Par. E. Vind. 1. 2. 3. 4. ξυμφορὰ G.

6. ἐτεοκλῆς M. a pr. manu (a sec. deletus circumflexus et ἑ supra adscriptum) G. Vit. Lips. Ask. A. Par. N. Ven. A. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Rob. ὧν εἶς Ask. A. Cantabr. 1. ἂν εἶς ὧν G. Ven. A. Ald. Rob. πολὺς supra versum M. πόλιν Vit. Lips. Par. C. Ald. Rob.

7. ὑμνεῖθ' Ald. et aliquot codices Thomae M. p. 205. ed. Ritsch. Alii Thomae codices ὑμνεῖσθ'. Eustathius p. 634, 11. Αἰσχύλος "ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις." Idem ad Dionysii v. 1181. καὶ Αἰσχύλος δὲ ἐξ ἀντιφράσεως τὸ κακολογεῖν ὑμνεῖν ἔφη ἐν τῷ "ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις." φρυμίοις Vit. πολυβρόμοις Lips. sed adscriptum γρ. πολυρρόθοις. Valckenarium ad Phoen. v. 1346. παλιρρόθοις coniicientem secutus est nimium fidelis assecla Brunckius.

8. Affert hunc versum scholion ad Aristoph. Plut. v. 58. a Brunckio editum. οἰμώγμασι θ' G. Lips. Cantabr. 1. 2. οἰμόγμασι θ' Vit. ἀλεξιτήριος G. Vit. Colb. 2. Par. E. N. Vind. 2. 3. 4. Ald. Rob. Turn. atque ita etiam M. sed ut ante rasuram ἀλεξητήριος scriptum fuisse videatur.

Verba Eteoclis duplicem interpretationem admittunt, prouti γένοιτο

aut ex praegresso optativo coniunctoque cum eo ἄν pendere, aut, quod praestat, per se optandi potestate positum esse putatur. Aperte autem collocatio verborum praedicatum esse ἐπώνυμος postulat, hac sententia, *Iuppiter averruncus vere averruncus fiat.*

10. νῦν omittit G.

11. ὁ παρ' Αἰσχύλῳ ἔξηβος memoratur Eustathio p. 727, 13. 1428, 21. Auratus et Grotius χρόνον.

12. βλάστημον M. aliique, ut videtur, codices et Turn. βλάστιμον G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Mosc. 1. 2. Par. C. E. N. Vind. 2. 3. 4. Ald. βλάστιμον τ' Vind. 1. Rob. βλάστημα γ' Ven. B. Quod in fine versus G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Colb. 1. Mosc. 1. 2. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. habent πολλήν, pro quo in Aug. πολλάν, in Par. E. πολλὸν scriptum est, refertur ad ὥραν. Ad βλάστημα autem πολύ, quod est in Ven. B. Cantabr. 1. Par. C. Masculinum πολὺν habent M. Rob. Turn. Stephanus aliique scribendum putabant βλάστημά τ' ἀλδαίνοντα σώματος πολύ. Triclinius in scholiis Vindobonensibus, qui βλάστιμον scriptum videret, metri caussa scribebat βλάστην μέν, addens οὕτω χρὴ γράφειν καὶ τόνδε τὸν στίχον καὶ τὸν ἑξῆς, ὡς διωρθώθησαν παρ' ἐμοῦ, ἵν' οἰκείως ἔχωσι πρός τε τὸ μέτρον καὶ τὴν σύνταξιν. οἱ γὰρ ἄλλως γράφοντες οὐ καλῶς γράφουσιν, ἀγνοοῦντες τὰ περὶ τῶν μέτρων. Sed quomodo scripserit cetera, non est mihi indicatum. Praeterea quem Blomfieldius Bigoti codicem vocat, cuius scripturas Musgravius secum communicatas habuerit, ex cuius libro eas exscripserit Porsonus, ἀλδαίνειν τε. Ea vero Aurati correctio est, et, nisi secutus Auratum est, Grotii. Nimis secure et lexicographi et editores Aeschyli βλάστημον substantivum esse crediderunt, quo usus sit Aeschylus etiam in Suppl. v. 303.

τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆςδε βλάστημον λέγεις;

Quo in versu Rob. habet βλάστιμον, agnoscendum autem certe adiectivum est. Hoc autem de quo disputamus loco non mirandum quod homines Graece docti scribendum putarunt βλάστημά τ' ἀλδαίνοντα σώματος πολύ. Atque Eustathius, cui bis ὁ ἔξηβος ex hoc loco commemoratus est, in fine praecedentis versus interpunxerat, sicut factum est in editionibus veteribus. Scilicet ἔξηβος iis erat, ut Hesychius interpretatur, ὁ ἔξω τῆς ἥβης, τριάκοντα πέντε ἐτῶν, adolescentes, viros, senes nominari putantibus. Poterat quidem articulus omitti, qui ad ἀλδαίνοντα pertinebat, sed tamen nec satis recte senes per τε quasi in cumulum additi essent, nec viri ut nominarentur opus erat, immo fortior est sententia omissis, quos per se consentaneum erat arma capere debere. Recte scholiastae καὶ τὸν ἔξηβον χρόνῳ, τὸν ἔξω ἡλικίας, τὸν γέροντα et ἤτοι τὸν γηραιὸν καὶ παρηβηκότα καὶ παρακμάσαντα ὑπὸ τοῦ χρόνου. Nulla post χρόνῳ interpunctio est in codicibus M. et Vit. ut ἔξηβον χρόνῳ vel pro adiectivo ad sequens substantivum pertinente, vel substantivi potestate positum sequenti alicui adiectivo iungi posse videatur.

Sed hoc quidem modo Aeschylum orationem conformasse non est veri simile, sive βλάστημον adiectivi significatione cum posuisse putamus, sive, quod quis fortasse coniicial, scripsisse καὶ τὸν ἔξημβον χρόνῳ βλαστήμων', ἀλδαίνοντα σώματος πολύ, quo adiectivo usus est Nicander Alexiph. v. 561.

ἠὲ χαμαιπίτυος βλαστήμονος ἄμμιγα κώνοις
φύλλα καθεψηθέντα.

Verum ne substantivi quidem iusta forma est βλάστημος sive, ut G. Dindorfio visum est, βλαστημός. Debebat enim in σμός terminari, ut ὀρχησμός, πατησμός, aliaque quae Lobeckius Paralip. p. 397. congessit. Quare scribendum duxi βλαστησμόν, coniungendumque cum eo ἔξημβον.

13. ὥραν ἔχονθ' ἕκαστον M. cum litura post ἔχον, addito autem τ' a recentiore manu post ὥραν. Adscriptum est hoc scholion, ὥραν (sic)· φροντίδα, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς οὗτος, ἕκαστον ὑμῶν ἔχοντα φροντίδα τῆς πόλεως, ἢ ἕκαστον πρὸς τὴν ἡλικίαν βοηθεῖν τῇ πόλει, ὡς πρέπον ἐστίν. Copulam omittunt G. Vit. (in Vit. scriptum ἔχοντ') Lips. Cantabr. 1. Colb. 1. Ox. Par. A. B. N. ὥραν ἕκαστον ἔχοντα habent Mosc. 1. 2. Rob. ὥραν τ' (θ' Turn.) ἔχονθ' ἕκαστον Ven. A. Turn. ὥραν θ' ἕκαστον ἔχοντα Ald. Quod ex Bigoti libro, quicum Grotius consentit, affertur ὥραν ἔχειν, coniecturam esse puto: certe Auratus ὥραν τ' ἔχειν. Recte Brunckius ex Par. A. B. recepit ὥραν ἔχονθ' ἕκαστον. Ita etiam Par. N. Deinde ὥστι, sed cum litura post τι, et σ inter ὥ et τι a recentiore manu in litura addito, M. ὥς τις Mosc. 2. Par. E. Ceteri libri ni fallor omnes ὥς τι vel ut Vit. ὡς τὶ, nisi quod in Par. B. ὥς τι in ὥςτε mutatum esse Fachsius dicit. Tum ξυμπρεπὲς G. Mirum est quod etiam Porsonus ὥςτε adscivit, in quod coniectura inciderant Grotius et Stanleius. Id Graece dicendum erat ὡς τὸ συμπρεπές. Sic Euripides in Ione v. 1249. ὥςπερ τὸ δίκαιον. Scribendum putavi ὥς τις ἐμπρεπής.

14. πόλιν τ' ἀγείρειν Par. C.

15. Inter μὴ ξ et αλειφθῆναί ποτε litura est in M. μὴ ἐξαλειφθῆναι ποτὲ Vit. μὴ ξαλειφῆναι ποτὲ G. Mosc. 2. μὴ ἐξαλειφῆναι ποτὲ Lips.

16. τέκνοις τε M. Rob. Turn. τέκνοισί τε G. Vit. Lips. Par. C. N. Ald. τέκνοισί γε Mosc. 2. Idem τροφῶν.

17. ἃ γὰρ Par. A. ἢ γαρ G. ἢ γὰρ M. Vit. Lips. Par. B. ceterique, ut videtur, codices et editiones veteres, pronomine accentu recte notato. νέους θ' Lips.

18. προσδοκοῦσα G. Vind. 1. 3. δοκοῦσα Colb. 2. Ceteri παν-δοκοῦσα, de quo verbo dixi Opusc. V. p. 200. Comprobatur verbum substantivo, quo Plato de leg. XI. p. 918. D. usus est, πανδοκεία, sive πανδόκεια. V. Lobeckii Pathol. proleg. p. 42. Libri παιδείας. Ex Victorii editione παιδίας in posteriores manavit. In ὄτλον M. τ litteram in litura habet.

19. *οἰκηστῆρας* G. et sic aut *οἰκιστῆρας*, nam ambiguum est, e correctione Lips. *οἰκητῆρας* Mosc. 2. Aug. et ante correctionem Lips. Ceteri *οἰκιστῆρας*, quod interpretantur glossae *οἰκήτορας* et *ἐποίκους*. Non exputo cur *οἰκιστῆρας* scripsisse Aeschylum dicam, vocabulo nec proprio nec quod sciam alibi apud tragicos invento. Blomfieldius quum Aeschylum, si altero uti voluisset, *οἰκήτορας* potius quam *οἰκητῆρας* dicturum fuisse putavit, non meminerat *οἰκητῆρα* scriptum in Sophoclis Oed. Col. v. 627. Nihil proficimus Schwenckii defensione, inusitatos significatus a tragicis captari memorantis. Quare veram scripturam *οἰκητῆρας* esse arbitror, mutatam errore antiqui librarii in usitatius vocabulum. *ἀσπιδοφόρους* Rob.

20. *γένησθε* G. Mosc. 2. Par. E. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Turn. Singulari attractione dictum est *πιστοὺς ὅπως γένοισθε.* V. ad Eur. Iph. Taur. v. 925.

21. *μὲν* omittunt Ven. A. Ox. Ald. Ex Par. E. *το σὸν δ'* affertur. *ῥέποι* Vit.

22. *ἤδη* omittit Mosc. 1. pro quo alterum nominant Butlerus et Wellauerus. *τάνδε* Ald. *πυργουμένοις* G. Cantabr. 1. Par. L.

23. *καλὸς* Cantabr. 2. *πολέμιως* Par. L. sive *πόλεως*, ut Fachsius dicit. *κυροῖ* Par. K.

24. *φησὶ* Lips. Incipit ut usitata ratione dicturus *ὡς ὁ μάντις φησὶ νυκτηγορεῖσθαι μεγίστην προσβολήν*, sed statim mutat.

25. *νωμῶ* Rob. *φρεσὶ* M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Rob. *πυρὸς δίχα* si Aeschylus sic dixisset, ut Tiresiam non ex igne vaticinatum significaret, perinepte ignem commemorasset, ubi potius sine oculorum lumine illum volatus avium notasse dicendum erat. Non dissensit Aeschylus ab Sophocle in Antigona v. 1005. atque Euripide in Phoenissis v. 954. sed quod dixit *πυρὸς δίχα* est *praeter signa ex igne capta*, ut *δίχα σίτου* dictum est a Dionysio Halic. ant. Rom. VII. 19. p. 1357, 7.

26. *ἀψευδῆ* Mosc. 1. 2.

27. *τοιῶν* Aug. *δεσπότης τοιῶνδε* Colb. 1. Par. N.

28. *ἀχαΐδα* M. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. B. Ven. B.

29. *νυκτιγορεῖσθαι* Lips. Par. E. *κἀπιβουλεύσειν* Vit. aliique, ut videtur, codices et Ald. Rob. Turn. *κἀπιβουλεύσει* Lips. *κἀπιβουλεύειν* M. G. Arund. Cantabr. 1. Mosc. 2. Par. L. Ven. B. Vind. 1. 3. quod agnoscere videntur etiam scholiastae, qui *βουλεύεσθαι* et *ἐπιβουλεύεσθαι* interpretantur. Praetulit praesens Blomfieldius non, ut temere Wellauerus ait, sine caussa. Si quid mutandum esset, aptius futuro esset *κἀπιβουλεῦσαι*.

30. *τόλας*, adscripto tamen *πύλας*, Par. E. *πυργημάτων* Mosc. 2. Ad ultimas syllabas vocabulorum *πύλας* et *πυργωμάτων* in M. a recentiore manu supra adscriptum est *ῶν* et *α*, et legisse *πυλῶν πυργώματα* videtur scholiastes, qui *προμαχεῶνας* interpretatur. Defendi vulgata potest v. 33.

31. Hunc versum omittit Lips.

32. πληροῦται Lips. πληροῦνται Par. E. θωρακία Lips. σέλμασιν M. pro vulgato σέλμασι.

33. πολλῶν G. sed primae syllabae ῠ supra adscriptum. ἐξόδους, supra scripto οις, Ven. B.

34. εὐθαρσεῖτε M. G. Vit. Lips. εὖ θαρσεῖτε Ald. Rob. Turn. V. Valckenarium ad Phoen. v. 1331. p. 447.

35. ἄγαν γ' Ven. B.

36. κατοπτῆρα M. a pr. manu: recentior ς addidit. κακοπτῆρας, sed ad alterum κ supra scripto τ, G. καμπτῆρας Par. E.

38. λειφθῶ Ald. ληφθῶ quidem, sed ει supra scripto, Lips.

39. Ἐτέοκλες G. Vit. Par. E. Ven. A. Vind. 2. 4. Ald. Rob. Ἐτεοκλῆς Vind. 1. ἄριστε Vind. 3. Interpunctio editionis Victorianae, Ἐτεόκλεες, φέριστε Καδμείων ἄναξ, recte a Blomfieldio aliisque sic mutata est, ut Ἐτεόκλεες φέριστε coniungerentur. In Lips. virgula est post καδμείων. Eupolis Πόλεσιν apud scholiastam Aristophanis ad Pacem v. 1046. Ἱερόκλεες βέλτιστε, χρησμῳδῶν ἄναξ. Animadvertit imitationem G. Dindorfius.

40. σαφῆ τε τὰ,'κεῖθεν Ox. σαφῶς τἀκεῖθεν Ask. A.

41. εἰμ' M. εἶμ' Lips. Ven. A. B. Ald. Rob.

42. Haec usque ad ὡρκωμότησαν affert Longinus cap. 15. Versus 42—56. Stobaeus VII. 11. Versus 42. 43. scholiastes Aristophanis ad Lysistr. v. 188.

43. Vtitur his verbis Aristides t. II. p. 317. ed. Iebb. sive p. 417. ed. Dind. Apud Stobaeum et Longinum ac scholiastam Aristophanis εἰς scriptum est. Codex Longini Vaticanus 194. εἰς μέλαν σε τοῦ κύκος, cod. Vat. 1471. εἰς μέλαν σε τὸ σακος, ad σα supra scripto τα. Vnde coniici posse κύτος animadvertit Blomfieldius. Sed quo gravior res ipsa, eo aptius proprium vocabulum, quod praeter ceteros habet etiam scholiastes Baroccianus Euripidis ad Or. 809. ἐς μελάνδετον σάκος afferens. σάκκος Cantabr. 1. et fortasse Par. E.

44. χερσὶν Ald. Rob. χειρὶ Stobaei codex A. ταυρίου Ald. Turn.

45. ἄρη τ' M. Arund. Stobaeus, Longini optimus Paris. et Vat. 1. ἄρρη τ' G. ἄρην τ' Lips. Cantabr. 1. 2. Colb. 1. 2. Ox. Par. C. Ven. A. B. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Rob. edd. Longini. ἄρρην τ' Vit. Par. N. Ἄρην omissa copula Turn. et posteriores. Ἄρη tragicis vindicandum putabat Valckenarius ad Phoen. v. 1013. p. 367. Contra Porsonus ad Phoen. v. 134. hoc Aeschyli versu Ἄρην flagitari ratus, ubique Ἄρην praeferebat, ut in eadem fabula v. 950. 1020. Contrarium probat optimorum librorum scriptura (v. ad v. 53.), copula autem ad Ἐνυὼ eodem modo omissa est, quo οὔτε — οὔ — οὔτε iungi solent. φόνον Arund. Cantabr. 1. Ven. B. Vind. 2. Rob. et supro scripto β Colb. 2.

46. ὡρκομότησαν G. ὡρκωμώτησαν Ald. πόλεις Par. C. κατὰσκαφὰς M. κατασφαγὰς, adscripto κατασκαφὰς Par. B.

47. Eustathius p. 68, 27. de verbo *ἀλαπάζειν* disserens, *γίνεται δὲ ἐκ τοῦ λαπάζω πλεονασμῷ τοῦ ᾱ. παρὰ γοῦν τῷ Αἰσχύλῳ εὕρηται τὸ ῥῆμα χωρὶς τοῦ ᾱ.* Ex Par. C. affertur *κάδμει*, fortasse pro *καδμεῖον*.

48. *γῆν* omittit Par. E. *πρόσθε* pro *τήνδε* Stobaeus. *φυράσσειν* G. Cantabr. 2. Ox. Par. C. N.

49. *σημεῖα δ' αὐτῶν* Stobaeus. *μνημεῖα, τὰ οἰκαδε πεμπόμενα ὑπὸ τῶν ἐν πολέμῳ τετελευτηκότων τοῖς οἰκείοις* Hesychius. *εἰς δόμους* M. et Stobaeus. *ἐν δόμοις* Colb. 1.

50. *πρὸς ἅρματ'* Colb. 1. Par. B. K. N. Sic etiam Vit. e correctione: antea *πρὸς ἅρμ'* erat scriptum. *πρὸς δ' ἅρμ'* G. Par. C. Ask. A. Ven. A. (Bekkero teste) Rob. *χεροῖν* G. Par. B. Ald. Rob.

51. *διὰ στόματος* Colb. 1. Par. N. *ἀνὰ στόμα* Stobaeus.

52. *ἀνδρίᾳ* Cantabr. 2. et Stobaeus.

53. In *λεόντων* M. *ό* a recentiore manu in rasura habet. *ἄρη* M. et Stobaei codex A. Idem ex regio Aeschyli codice Spanhemius affert. *ἄρρην* Par. N. Ceteri *ἄρην*. V. ad v. 45.

54. Stobaeus *καὶ τῷδε πίστις*, sed Schowii libri *καὶ τῶνδε πίστις*. Et *πίστις* etiam Colb. 2. Reliqui libri *πύστις*. Sic etiam scholiastae videntur legisse. Recte vero *πίστις* a Schützio Bothioque receptum est. Facto comprobatum iri dicere debebat, non auditurum rem esse Eteoclem: audivit enim modo ex ipso nuntio. *οὐ μόνῳ χαρίζεται* Stobaei codex A.

55. *κληρονόμους* Lips. *δ' ἔλειπον* M. Vit. Turn. *δ' ἔλιπον* G. Lips. Cantabr. 2. Ox. Par. A. B. C. E. N. Vind. 1. 3. 4. Ald. Rob. et edd. vett. Stobaei. Brunckius, quod in Par. B. suprascriptum esset *γάρ*, edidit *κληρουμένους γὰρ ἔλιπον*.

56. *πύλαις* Par. C. *ἄγῃ* G. Cantabr. 2. Colb. 2. Mosc. 1. Par. E. L. Vind. 1. 2. 4. et *οι* supra scripto Colb. 1. *ἄγει* Aug. Vind. 3.

58. *ἐπεξόδοισι* M. G. *ἐπ' ἐξόδοις* Lips. *ταγεῦσαι* Rob.

60. *κονιεῖ* M. G. Vit. Lips. Ald. *πεδία γὰρ ἀργιστὴς* Vit. et *ἀργιστὴς* etiam G.

61. *πνευμάτων* G. Aug. Mosc. 2. Vind. 1. 3. Ceteri *πνευμόνων*, praeter M. qui *πλευμόνων* habet, ut Brunckius edidit. V. Pors. ad Eur. Or. v. 271.

62. *ναὸς* restituit Porsonus et hic et, ubi idem versus legitur, in Euripidis Medea v. 523. Et habent *ναὸς* M. Colb. 2. Ven. B. *νεὼς* Vit. Ceteri *νηός*.

64. *ἄρεως* M. Ceteri *ἄρεος*, quam formam non usurpari nisi metri caussa monuit Elmsleius ad Bacch. v. 302. et ad Oed. Col. v. 947. Gregorius Cor. de dial. Aeol. 31. *Ἄρεος διὰ τοῦ ō μικροῦ κλίνουσιν, ὡς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Σοφοκλεῖ.* Sane Sophocles ita, ubi metrum poscebat. *χερσαῖον*, sic, supra scripto *ον*, Vit. *χερσαίον* Par. C. Ald. Turn. et adscriptum, ut videtur, in Par. B. Recte *χερσαῖον* M. ceterique codd. et Rob.

65. *τῶνδε* M. Rob. et supra scripto *τόνδε* Mosc. 1. *τὸν δὲ* Mosc. 2. *τόνδε* G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. Par. C. Ven. A. B. Vind. 2. 4. Ald. Turn. et *τῶν* supra scripto Par. N. *ω* supra scripto Colb. 1. *ὥς τις* G. Lips. Ven. B. Vind. 2. Rob. et adscriptum in Par. B. N. *λάβαι*, supra scripto *ε*, Lips. Ceteri *λάβε*.

67. *σαφηνεία* M. *σαφηνείᾳ* Vit. Cantabr. 2. Ox. Ask. A. Par. B. Rob. *σαφηνίᾳ* G. Lips. Ald. Turn. *σαφήνει' ἀλόγου* Cantabr. 1. In Vit. inter *καὶ* et *σαφηνείᾳ* supra adscriptum *σύ*.

68. *εἰδὼς σὺ τὰ* Ox. Ven. A. Ald. Rob. Libri *ἔσῃ*.

69. *πολισοῦχοι* G. Lips. Vind. 1. 2. 3. 4. *πολιοῦχοι*, supra scripto *πολισσοῦχοι*, Vit.

70. *ἐρινὺς* M. Vulgo *Ἐρινύς*.

71. *μή μου* Rob. *τὴν πόλιν* Par. E. et *γε* omisso Vind. 2. 4. Elmsleio ad Eur. Med. v. 175. *μή τοι πόλιν γε* scribendum videbatur. *πρέμνοθεν* Blomfieldius et ante eum Valckenarius. Libri *πρεμνόθεν*, praeter Cantabr. 2. qui coniunctis duabus scripturis *πρεμνόθεν* habet.

72. *δηάλωτον* Brunckius. Libri *δηϊάλωτον*.

73. *δήμους* Mosc. 2. Ald.

74. *τε γῆν δὲ* Colb. 1. *τε γῆν τε* Lips. Ox. Ald. *τε γῆν*, altero *τε* omisso, Ven. A.

75. *ζυγοῖσι δουλείοισι* M. G. Vit. Cantabr. 2. Par. A. B. C. N. Colb. 1. *ζυγοῖσι δουλέοισι* Lips. *ζυγοῖσι δουλίοισι* Ald. Turn. *ζευγλῇσι δουλείῃσι* Ox. Par. H. I. Ask. A. Vind. 2. 4. Rob. Librorum scripturam *σχέθειν* in *σχεθεῖν* mutavit Blomfieldius. V. Lobeckium Paral. p. 46. qui tamen fallitur, quum Etym. M. p. 456, 18. affert, quasi *σχέθω* insuitatum esse testetur: ibi *φθίθω* usitatum esse negatur. Iterat illud Lobeckius ad Buttmanni gramm. II. p. 63.

76. *γενέσθε* Rob. *γένοισθε* Vind. 2. 4. Omittit hunc versum Mosc. 2. et, si recte notavi, G.

77. *δαίμονα* Lips.

78. De hoc chori carmine multa a multis diligentiane nescio an levitate infeliciore disputata esse dicam. Nominavit eos non meliorem viam ingressus Franciscus Passovius in ea dissertatione quae tertia in eius Opusculis est, p. 95. Quod ille refert ut a me dictum, virgines choricas haec *σποράδην* prodeuntes canere, non commemini me dixisse: ipsius Passovii hanc opinionem fuisse video. Singulas virgines separatim canere et metra ostendunt huic rei propria, et vero etiam multo magis sententiae neque vinculis inter se connexae et fere eosdem sensus, easdem preces ita repetentes, ut aperte non possint totius chori perpetuatam orationem continere. Praeterea strophae ita inter se modo similitudine metrorum, modo discrepantia initiorum et finium sunt distinctae, ut facile discerni singularumque ambitus determinari possit. Neque vero cogitandum est de antistrophica ratione ita, ut totum carmen ad eam exigatur. Priorem enim partem carminis *ἀλλοιόστροφον* esse oportebat, ut in

magno repentinoque tumultu. Sed ea tamen nimia parumque decora virginibus perturbatio esset, si *σποράδην* singulae deinceps alia aliunde accurrerent. Immo totus simul chorus adveniebat, concitatior quidem, sed non sine ordine. Id eo cognoscitur, quod tres deinceps strophae, quae sunt octava, nona, decima, inter se similes sunt, item ut undecimae et duodecimae initia sibi respondent. Praeterea memorabile est, quod, ubi paullum remisit animorum consternatio, carmenque antistrophicum fieri coepit, prima duo antistropharum paria ex ternis partibus constant. Quo confirmatur, quod primae quoque totius carminis sex strophae eam comparationem habent, ut numerum ternarium ostendant. Ex his satis certo videtur colligi posse, *κατὰ ζυγὰ* dispositum fuisse chorum. Itaque virginum dicta, quae sunt numero quinque et viginti, ita distribui, ut convenirent isti *κατὰ ζυγὰ* stationi: quamquam sitne ea distributio illa ipsa, quam poeta fecit, pro certo affirmare non possum: non dissimilem tamen fuisse et ordo stropharum et inter sese comparatio ostendit. Putandum est autem tertium ordinem in medio stetisse, eique a lateribus adstitisse reliquos quattuor ordines, eam autem virginem, quae numero septima est, coryphaei partes habuisse.

78. *θρέομαι* M. Vit. Ald. Rob. Turn. et scholiastes Euripidis ad Phoen. v. 239. qui Triclinius est. Sed idem eadem dicens Triclinius in scholiis Vindobonensibus ad Aeschyli carmen cum G. Lips. Arund. Cantabr. 2. Mosc. 1. 2. Par. C. L. Vind. 1. 3. *θρεῦμαι.* Idem adscriptum, ut videtur, in Par. B. Hoc trochaei semanti pondere exordiendum erat carmen, non anapaesto. *θροῦμαι* Aug. quod suopte iudicio posuit Blomfieldius, vulgaria inferre in Aeschyli poemata solitus. *θρεῦμα* Par. E. Deinde *μεγάλα τ' ἄχη* G. Vit. Cantabr. 1. Mosc. 2. Par. F. N. Colb. 1. 2. (in Colb. 2. *τ'* ab alia manu) Ven. B. Vind. 1. 2. 3. 4. Rob. Idem adscriptum, ut videtur, in Par. B. *μεγάλ' ἄχη* recte M. Lips. Ald. Turn. *μεγάλα,* addito a recentiore manu *ἄχη,* Cantabr. 1.

79. Quod in scholiis codicis Vit. legitur, *ἀφίεται, ἤδη ὁρμὴν ποιεῖται ἐπὶ τὴν πόλιν,* non putandum est indicium esse alius scripturae, *μεθίεται.* Videtur interpres *ἀφεῖται* scripsisse non secus quam editus scholiastes, apud quem eodem errore legitur *ὁ ἱππικὸς στρατὸς συγκεχώρηται καὶ ἀφίεται.* G. Dindorfius specimine emendatae editionis, quod Zimmermanni diurnis antiquariis a. 1836. insertum est, aut imperitos criticos videtur ludificare voluisse, aut sese ipse ludos fecit. Tzetzes in Exegesi Iliadis p. 72. seq. memoriae errore scripsit *στρατὸς γὰρ τὸ πλῆθός ἐστι τῆς ἐκστρατείας, στρατόπεδον δὲ ὁ τόπος καὶ αἱ σκηναὶ τοῦ στρατοῦ. τοῦτο δὲ καὶ Αἰσχύλος σαφέστερον παριστᾷ λέγων "ῥεῖ δὲ στρατὸς στρατόπεδον λιπών."*

80. *πολὺς ὅδε* M. Arund. Mosc. 1. Par. L. Rob. *πολὺς ὧδε* G. Cantabr. 1. 2. Mosc. 2. Par. A. B. *πολὺς δ' ὧδε* Ox. Ven. A. Ald. Turn. et ante correctionem Vit. *πολὺς δ' ὅδε* Vit. ex correctione. *πολὺς δ' ὅγε* Lips. Idem et *πολὺς δ' ὧδε* adscriptum in Par. B.

λαὸς Lips. Cantabr. 1. et Blomfieldio teste Ask. A. Videtur hoc etiam in Vit. fuisse antequam in λεὼς mutaretur. ἱππότης, supra scripto ας, Vit.

81. αἰθέρια Vit. αἰθερίᾳ Ald. φανεῖσα G. Ald. Turn.

82. σαφὴς δ' Vit. Par. C. N. Colb. 1. Ven. B. Vind. 3. ἕτυμος Lips. ἕτοιμος Mosc. 2.

83. 84. ἐλεδέμας sic a pr. manu M. ex quo recentior manus inserto ν et addito in ultima syllaba accentu ἐλεδεμνὰς fecit. ἐλεδέμνας G. ἐλεδεμνὰς Vit. Ald. ἐλϊδεμνὰς Rob. ἐλεδεμνὰς Lips. Turn. ἐλαδάμνας Par. C. Vrsinus ad Virg. Aen. XI. 879. habet ἐλαδάμνας. Deinde πεδιοπλοκτύπος (sic a pr. manu: recentior πεδιοπλόκτυπός fecit) τι (eraso accentu) χρίμπτεται M. Ad hanc scripturam refertur scholion codicis Vit. χρίμπτεται δὲ καὶ πλησιάζει ἡμῖν τί, ἤτοι μικρόν τι, ἢ κατά τι ἡμῖν προςπελάζει ἡ βοή. — τινὲς δὲ ὠτὶ χρίμπτεται γράφουσιν, ἤγουν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν προςπελάζει βοή. πεδιοπλόκτυπος δὲ χρίμπτεται Vit. et Colb. 1. In Vit. ὠτὶ ad δὲ supra scriptum est. πεδιοπλόκτυπός τε ὠτὶ χρίμπτεται G. Par. H. I. K. Ask. A. Taur. Ven. B. Sic etiam, nisi quod ὠτι enotatum est, Par. C. in quo ὦσι adscriptum. Ex Par. B. Faehsius affert "τε ὠτί. supraser. ὠσί. γρ. τί pro τε." ὠσὶ etiam in Par. A. Brunckius invenisse videtur. πεδιοπλόκτυπος ὠτὶ χρίμπτεται Mosc. 1. Sic etiam Mosc. 2. nisi quod χρίμπτατται habet. πεδιοπλόκτυπος ὥστε χρίμπτεται Colb. 2. π. τε χρίμπτεται Lips. Arund. Cantabr. 1. Ox. Ven. A. Ald. Turn. π. τὲ χρίπτεται Par. E. πεδιοπλόκτυπός τ' ἐγχρίμπτεται Rob. Deinde βοᾶ M. a pr. manu, post quam vocem litura apparet: recentior manus βοά fecit. βοὰ G. Mosc. 1. 2. Ox. Par. A. B. H. I. K. Ask. A. Colb. 1. Taur. Turn. βοᾶ vel βοᾷ Lips. Arund. Cantabr. 1. Ven. A. B. Ald. Rob. In Vit. circumflexus a pr. manu in gravem mutatus est. Itaque vulgo edebatur ἐλεδεμνὰς πεδιοπλόκτυπός τ' ἐγχρίμπτεται βοά, ποτᾶται, βρέμει δ'. Sed ἐλεδεμνάς vel ἐλεδεμνάς nihili vocabulum esse facile quivis concedet: quin si potuisset tale verbum componi, ineptissima esset eius interpretatio, ἐλαύνων ἐμὲ ἐκ τῶν δεμνίων καὶ οὐκ ἐῶν καθεύδειν, vel quod in M. adscripto ζήτει legitur ἐλεδεμνὰς ἡ ἑλοῦσα ἀπὸ τῶν δεμνίων. Itaque ego in Elem. doctr. metr. p. 269. ἐλέδεμας scripsi, ut in Agamemnone v. 666. de Helena est ἐλέναυς, ἔλανδρος, ἐλέπτολις. Confirmatur haec emendatio quum eo quod in M. a prima manu ἐλεδέμας scriptum erat, tum scholio, quod in eodem codice recentior manus, quae saeculi XIV. est, adiecit, ἐλεδεμὰς (sic scriptum) ἡ τὸ δέμας ἡμῶν (sic scriptum, non ἡμᾶς) τῷ φόβῳ λαμβάνουσα ἢ ταράττουσα. Simile scholion in Vit. legitur, ἐλεδεμνάς, ἀντὶ τοῦ τὸ δέμας καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν τῷ φόβῳ λαμβάνουσα καὶ συσφίγγουσα καὶ κατέχουσα καὶ καταρράττουσα καὶ περιθλίβουσα. Quod monet Lobeckius in Paralipomenis p. 226. contrarium esse ἐλέδεμας praecepto Herodiani p. 224. allato, ἀπὸ τῶν εἰς $\overline{\alpha\varsigma}$ οὐ γίνεται σύνθετον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν εἰς $\overline{\varsigma}$, facilius ego credam Herodianum aut non

meminisse Aeschylei verbi aut iam corruptam scripturam habuisse, quam Aeschylum non composuisse hoc modo vocabulum quod alio modo componi non poterat. Et Eustathium tamen p. 870, 2. *ἑτερούας* memorare observat Lobeckius p. 225. quod memoratur etiam in Theognosti can. in Crameri Anecd. Ox. II. p. 7, 22. Ad *πεδιοπλόκτυπος* in M. hoc scholion a manu saeculi XI. adscriptum est, *καὶ τὰ τῆς γῆς δέ μου πεδία κατακτυπούμενα τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τοῖς ὅπλοις* (sic scriptum) *ποιεῖ μου προσπελάζειν τὸν ἦχον τοῖς ὠσίν.* Hinc colligi potest *πεδί' ὁπλόκτυπα* scriptum fuisse. Videtur autem excidisse *διά*, ut aut hoc modo Aeschylus scripserit,

ἐλέδεμας δὴ διὰ πεδί' ὁπλόκτυπ' ὠ -
τὶ χρίμπτει βοά·

565. Libri *μητρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη*, nisi quod *μητρός τε πηγὰς* habet G. sed scholio *πηγήν* praefixum est. *κατασβέση δίκην* L. et *δίκην* erat ante correctionem etiam in G. Non verum est Par. B. habere *μητρὸς δέ*. Brunckius codices suos *τε* habere testatur, Fachsius autem, dum scholion affert, ipsius Aeschyli verba adscripsit ut Brunckius ea dedit: *μητρὸς δὲ* scripserunt Grotius in Excerptis p. 21. Brunckius, Schützius, Porsonus, Blomfieldius. Turnebus post *πηγήν* colon posuit, ut haec cum praecedentibus coniungerentur, quam interpunctionem memorat scholiastes codicis G. qui haec adscripsit, *μητρός τε πηγήν. τινὲς μέχρι τούτου στίζουσι, νοοῦντες τὸ πηγὴν διὰ τὸν Ἰσμηνὸν ποταμὸν καὶ τὴν Δίρκην πηγήν, ἀνάγοντες πρὸς τὸ πορθεῖν. τὸ δὲ μητρὸς διὰ τὴν γῆν τῶν Θηβῶν κοινὴν οὖσαν μητέρα. τὸ δὲ κρεῖττον διὰ τὴν Ἰοκάστην λέγειν ταῦτα, καὶ τὴν πηγὴν τῶν δακρύων τῆς μητρὸς ποία δίκη κατασβέσει;* In M. hoc scholion adscriptum est, *τὰ δάκρυα τῆς πατρίδος ποία παύσει τιμωρία;* Iocastae quidem nulla hic mentio fieri potuit. Patriam vero quis umquam simpliciter *μητέρα* vocavit? Neque enim comparari possunt talia quale hoc Platonis est in Menexeno p. 237. B. *τρεφομένους οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς, ὡς ἄλλοι, ἀλλ' ὑπὸ μητρός, τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν*, aut quod Isocrates dicit Paneg. §. 25. *μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει.* Si autem patriam simpliciter ita appellare licuisset, quis eam sic vocaturus esset, ubi statim sequeretur *πατρίς τε γαῖα*, tamquam diversum quid? Schützii coniectura, *μητρὸς δὲ πηγή τις κατασβέσει δίκην;* quam ita interpretatur, *matris vero (caesae) vindictam num fons aliquis restinguet*, quam dura sit et contorta, mani-

festum est. Melius Seidlerus putavit scribendum esse πληγήν. Blomfieldius, etsi loco non recte intellecto, tamen non male suspicatus est scribendum esse δίκῃ. Sed nulla mutatione opus esse existimo. Sententia enim haec est, *quis matrem iure occidat? Ita patria, a te bello petita et vastata, quomodo tibi amica sit?* Μητρὸς πηγὴν dicit maternum fontem, fontem matris, ex quo quis natus est. Itaque res eo redit, ut dicat, quemadmodum matris caedes iniusta est, ita iniusta est expugnatio patriae. Recte se habet τίς δίκη, *quae iustitia matrem exstinguet*, i. e. quis iuste matrem suam occidat? Recte etiam μητρός τε et πατρίς τε dicta sunt, opposita et per illa duo τε comparationem indicantia.

566. πατρίς τε Rob. πατρός τε G. Par. C. Vind. 3. Ald. Turn. idemque adscriptum in Par. B. πατρὶς δὲ M. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. A. B. K. Ask. A. Colb. 1. γαίας ἧς ὑπὸ a pr. manu M. γαῖα σῆς ὕπο idem a sec. manu. σποδῆς Lips.

567. ξύμμαχος M. Ceteri σύμμαχος.

568. δὴ omittit Ald. Πιανῶ non videtur de corpore putrefacto intelligendum esse, sed significare *superbam reddam*, similiter atque in Agamemnone v. 261. 1640.

569. πολεμία Lips. Par. C. ὑπὸ χθονός G. a pr. manu et Ald. Turn. ἐπὶ χθονός M. Lips. Cantabr. 1. 2. Colb. 2. Par. K. Taur. Ven. B. Rob. et a sec. manu G. ὑπὸ χθονός. γρ. ἐπὶ χθ. ex Par. B. Faehsius affert.

571. τοιάδ' Cantabr. 1. Colb. 2. τοῖα δ'. Par. H. εὔκυκλον νέμων G. Lips. Turn. et reliqui, ut videtur, plerique codices. γρ. εὔκυκλον νέμων sec. manus in margine M. adscripsit: ipse enim M. εὔκηλον ἔχων habet. Et ἔχων est in Colb. 1. Par. N. Ald. Rob. adscriptumque in Par. B. νωμῶν Mosc. 1. νόμον, alteri syllabae ω supra adscripto, Par. K. Apud scholiastam Euripidis ad Phoen. v. 1111. (1118. Valck.) ante Barnesii interpolationem sic legebatur, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ, τοίαν (τοίων δ' codex Taurinensis) ὁ μάντις ἀσπίδ' ἔχων (ἀσπίδων ἔγκυκον ἔχων Taur.) πάγχαλκον ἕρπε (ἕρπει Taur.), σῆμα δ' οὐκ ἐπὴν κύκλῳ.

572. ἠὖδα G. Lips. et a pr. manu M.

573. γὰρ omittit Par. E. Plato de re publ. II. p. 361. B. τοῦτον δὲ τοιοῦτον θέντες, τὸν δίκαιον παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον κατ' (scr. καὶ κατ') Αἰσχύλον οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Et p. 362. A. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον, ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. Ad priorem locum scholiastes Αἰσχύλου ἐξ (ἐπ' corrigit Bekkerus) Ἀμφιαράου, "οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλων, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα." Hi loci Platonis non arguunt Platonem δίκαιος, non

ἄριστος, quod apud Aeschylum libri habent, legisse. Habent autem hoc vocabulum δίκαιος alii scriptores qui hoc dicto utuntur. Clemens Alex. Strom. I. p. 117. Sylb. 319. Pott. εἰ δέ τις οὐ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλῃ, συνιέναι τὰ κάλλιστα τοῦτον αὐτῷ προσήκει. Basilius de leg. Graec. libris c. 11. p. 92. ed. Grot. ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ ἔσχατος τῆς ἀδικίας ὅρος, εἴ τι δεῖ Πλάτωνι πείθεσθαι, τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. Damascius apud Photium Bibl. p. 337. A. 4. Bekk. οὐ δοκεῖν δὲ δίκαιος, ἀλλ' εἶναι ἤθελε, βαθεῖαν τῷ ὄντι καὶ αὐτὸς αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Accuratius, ut videtur, Damascii verba Suidas in v. δίκαιος servavit, κατὰ τὸν Αἰσχύλον οὐ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλων, βαθεῖαν τῷ ὄντι καὶ αὐτὸς αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Sopater in Walzii Rhet. Gr. IV. p. 79. φιλοσοφίας γὰρ ταῦτα, ἡ πηγὴ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν ὑπάρχουσα οὐ δοκεῖν δικαία, ἀλλ' εἶναι θέλει. Suidas in v. δοκιμάσας haec habet, καὶ Αἰσχύλος φησίν "οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλων (sive θέλω, θέλει)," quae alieno loco legi Kusterus vidit: petita sunt fortasse ex priore loco in v. δίκαιος, aut pertinent ad vocem δόκησις. Sed hi scriptores Aeschyli verba aut a Platone sumpsisse videntur, aut accommodasse rei de qua loquebantur. Eo modo iis usus est Philemon apud Stobaeum IX. 22. ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν εἶναι δίκαιος κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει. Et Choricius in Villoisoni Anecd. II. p. 22. ἐβούλετο γὰρ οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι χρηστή. Libanius Ep. 579. οὗτος γὰρ κατ' Αἰσχύλον εἶναι ἐθέλων ἢ δοκεῖν τούτοις ἀντ' ἐκείνων χρῆται. Sallustius Cat. c. 54. de Catone, *esse quam videri bonus malebat.* Sed ἄριστος praeter Aeschyli libros et Tzetzam, cuius verba ad v. 535. exhibui, Plutarchus habet de aud. poetis p. 32. E. Αἰσχύλος δὲ καὶ τὸ πρὸς δόξαν ἔχειν ἀτύφως, καὶ μὴ διασοβεῖσθαι, μηδὲ ἐπαίρεσθαι τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνοις, ἐν τῷ φρονεῖν τίθεται, περὶ τοῦ Ἀμφιαράου γράφων "οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα." Idem in dictis regum et imperatorum p. 186. B. Αἰσχύλον δὲ ποιήσαντος εἰς Ἀμφιάραον "οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα," καὶ λεγομένων τούτων, πάντες εἰς Ἀριστείδην ἀπέβλεψαν. Verum idem eandem rem narrans Plutarchus in vita Aristidis c. 3. haec habet, ὅθεν, ὡς ἔοικε, τῶν εἰς Ἀμφιάραον ὑπ' Αἰσχύλου πεποιημένων ἰαμβείων ἐν τῷ Θεάτρῳ λεγομένων, "οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα," πάντες ἀπέβλεψαν εἰς Ἀριστείδην, ὡς ἐκείνῳ μάλιστα τῆς ἀρετῆς ταύτης προσηκούσης. Et poterit veri simile videri δίκαιος ab Aeschylo scriptum fuisse, si ob eum versum oculi omnium sunt in Aristidem conversi. Iustus enim ille ab omnibus vocabatur. Sed propter hanc ipsam rem poterat Plutarchus memoria falli. Quamquam praestat fortasse Plutarchum alia ratione

secum conciliare. Videtur enim mihi in libro de audiendis poetis et in dictis imperatorum hunc versum sic scriptum attulisse, ut factus erat ab Aeschylo, et nihil voluisse aliud significare, quam omne theatrum oculos coniecisse in Aristidem, quum isti versus Aeschyli recitarentur. In vita Aristidis autem, ubi *δίκαιος* pro *ἄριστος* praebet, hoc videtur indicare, histrionem, qui versus illos recitabat, quum eos temporibus accommodaret, *δίκαιος* pro *ἄριστος* dixisse, eoque id esse consecutum, ut Aristidis virtutem splendido ornaret praeconio. Simillimum exemplum editum novimus in Ciceronem, laetiorem fortasse tali fortuna, non beatiorem, neque comparandum ad illam Aristidis sanctitatem. Is ita dicit in oratione pro P. Sextio c. 56. *"summum amicum, summum in bello," nam illud ipse actor adiungebat amico animo, et fortasse homines propter aliquod desiderium approbabant, "summo ingenio praeditum."*

574. *ἄλοκα* M. Lips. Ald. Rob. Turn. et reliqui, ut videtur, plerique libri, et sic scribitur apud Platonem et in iis locis Plutarchi quos ad praecedentem versum attuli. *ἅλωκα* Cantabr. 1. *αὔλακα* G. Taur. Vind. 1. 3. Timaeus in v. *βαθεῖαν αὔλακα*, et in Damascii loco Photius et Suidas. Sic scribitur etiam apud Plutarchum de utilitate ex inimicis capienda p. 88. B. ubi hic et sequens versus afferuntur, et apud Damascium in Photii Bibl. p. 345. B. 34. *δῆλος ἦν* (delendum, quod additur *οὐ* vel *ὁ*) *βαθεῖαν αὔλακα τῶν νοημάτων καρπούμενος, ἐξ ὧν τὰ σοφὰ βλαστάνει θεάματα τῆς τῶν ὄντων φύσεως.* Eustathius p. 360, 37. *καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν λάσιον κῆρ, καὶ ψυχὴ λασιουμένη τοῖς νοήμασι, καὶ συνεχῆ καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, καὶ ὡς οἷον αὖλαξ βαθεῖα, δασέα τὰ κεδνὰ τραγικῶς εἰπεῖν βλαστάνουσα βουλεύματα.* Nicephorus Gregoras hist. Byz. VI. 8. p. 195, 24. ed. Bonn. *ἄνδρα γηραιὸν καὶ στρατηγικὸν καὶ βαθεῖαν αὔλακα, φάναι, διὰ φρενὸς καρπούμενον.* Idem in epistola in Boissonadii Anecd. III. p. 192. *βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενον, ἐξ ἧς ἀκραιφνεῖς βλαστάνουσι γνῶμαι καὶ νόμιμοι δίκαι.* Theodorus Hyrtacenus in eodem Boissonadii volumine p. 17. seq. *ἀρότρῳ δὲ σωφροσύνης βαθείας ἀνοίγοντες αὔλακας.* Libri omnes *διὰ φρενός*, et sic scriptores qui haec afferunt, praeter Damascium, qui in priore loco *διὰ φρενῶν* scripsit, altero loco omisso *διά* dixit *τῶν νοημάτων.* Scholiastam credas non habuisse *διά*, qui dicat *βαθεῖαν ἄλοκα τῆς φρενός.* Dicit autem Aeschylus propterea *διὰ φρενός*, quod mentem cum arvo, integritatem animi cum sulco per arvum ducto comparat.

575. *ἐξ ἧς* libri Aeschylei, Plato, Plutarchus de ut. ex inim. capienda. Eustathius p. 78, 43. *καὶ τὸ τοῦ Αἰσχύλου εἰπεῖν ἐξ οὗ τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.* Idem tria prostrema verba affert p. 720, 7. Etiam Damascius altero loco *ἐξ* habet. *ἀφ' ἧς* Plutarchus in locis ad v. 573. allatis. Aristophanes Lys. v. 407. *τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα.* Referendum est *ἧς* non ad *φρενός*, sed ad *αὔλακος*, quod vocabulum in G. recte supra adscriptum est. In scholio M.

non habet ἐξ ἧς φρενὸς φύεται τὰ ἀγαθὰ βουλεύματα, sed ἐξ ἧς ἀνδρὸς φύεται λόγος.

576. ἀντηρώτας G.

577. δεινῶς G. θεοὺς G. e correctione, primae quidem manus, quum antea θεὸν scriptum esset. Habere θεὸν collectionem sententiarum ex Aeschylo in codice Barocciano 68. Blomfieldius adnotavit.

578. Libri Aeschyli ξυναλλάσσοντος, nisi quod ξυναλάσσοντος est in G. Lips. Ald. Apud Thomam M. p. 257, 5. ed. Ritsch. ubi hic versus cum sequente affertur, συναλλάσσοντος scriptum est. βροτοὺς, sed supra scripto τοῖς, Ox.

579. δυσσεβεστέροις M. G. Lips. Ald. Turn. Thomas. δυσσεβεστάτοις Cantabr. 2. Mosc. 1. Par. K. L. Ask. A. Rob. Comparativum ita defendas, ut generatim τὸν δίκαιον ἄνδρα intelligas. Sed quum aptius intelligatur Amphiaraus, superlativum Schützius recte praetulit.

580. In πράγει inter π et ρ lituram habet M.

581. οὐδὲν κάκιον Ask. A.

582. Nulla in libris lectionis diversitas. Agnoscit hunc versum scholiastes, qui sic interpretatur, λύμης χωρίον ἡ τῶν πονηρῶν φιλία. γνώμη. Alienum eum esse intellexerunt Schützius et Porsonus: quamquam Schützius postea non delendum putavit, sed, ut oratio cohaereret, ita scripsit, καρπὸν οὐ κομιστέον ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται, ut ὁμιλία κακή dicatur ἄτης ἄρουρα. Sed durum hoc est, neque satis apta sententia. Itaque credibile est hunc versum ex adnotatione aliqua in ipsam Aeschyli orationem illatum esse. Potest ex alia, fortasse ipsius Aeschyli, fabula sumptus esse: similis enim est sententia in Persis v. 823. ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν ἄτης, ὅθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος. Quamquam dubitationem movet verbum ἐκκαρπίζεσθαι, quum καρπίζεσθαι a vetustioribus ita vix dici observaverit Valckenarius ad Eur. Hipp. v. 431. ubi sane κομίζεται verum esse videtur. Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 104, 5. habet quidem καρπίζεσθαι, ἀντὶ τοῦ καρπώσασθαι, ita ut hoc verbum tamquam ab Atticis non repudiatum commemorare videatur, sed nullo utitur auctore. Dobraeus Adv. I. p. 344. versum illum a Christiano homine adscriptum esse putat.

583. πλεῖον Par. C. E. εὐγενὴς vulgato supra adscriptum in Colb. 1. 2.

584. ναύταισι Blomfieldius. ναύτοισι Colb. 2. Ceteri ναύτῃσι.

Pro καὶ Par. K. L. ἐν habent. In G. ἐν tamquam glossa superscriptum. Recte intellexit Blomfieldius καὶ πανουργίᾳ τινί idem esse quod καὶ πανούργοις τισί.

585. θεοπύστῳ Par. C. θεομίσῳ G. Ox. Par. E. Ald. et adscriptum in Par. B.

586. ξὺν πολίταις M. G. Lips. Par. B. H. K. L. Taur. Turn. et Blomfieldio teste Colb. 1. Hoc etiam scholiastes legit. ξυμπολίταις Arund. Par. A. Ask. A. Ald. Rob. Damnant συμπολίτης Atticistae, quamquam

eo vocabulo usus est Euripides: v. Lob. ad Phryn. p. 172. Hoc loco si id praeferendum est, quod maxime Aeschyleae orationi conveniat, non dubitem tueri *ξὺν πολίταις*. Verba sic construenda sunt, *ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσιν ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσιν, δίκαιος ὤν, ἐδάμη θεοῦ μάστιγι πληγείς, ταὐτοῦ αὐτοῖς κυρήσας ἀγρεύματος.*

ἀνδράσι G. Lips. Cantabr. 1. 2. Ald. Turn.

587. *ἀμνήμοσιν* M. Cantabr. 2. Ceteri *ἀμνήμοσι.*

588. *τ' αὐτὸν* Ald. *ἐκδίκως* M. (hoc habere videtur M.) Arund. Ald. Turn. et alter scholiastes. *ἐνδίκως* G. Lips. Ox. Rob. et prior scholiastes. In M. hoc tantum scholion est, *οἷον σὺν αὐτοῖς θηραθείς.* De Par. A. B. Brunckius haec dicit, "mox *ἐκδίκως*, ex utroque cod. enotatum, ubi vulgatum etiam reperitur *ἐνδίκως*, quod absonum est:" edidit tamen *ἐνδίκως.* Faehsius ex Par. B. haec enotavit, *ἐνδίκως ἀγρεύματος. δικαίως. γρ. ἐκδίκως. διότι ἐπορεύετο μετὰ ἀσεβῶν.* Alienum est ab hoc loco *ἐκδίκως.* Neque enim deorum iustitiam vituperare vult Eteocles, sed de tristi necessitate, quae insontem addat scelestis, conqueritur. Quare *ἀναξίως* dicere poterat, non *ἐκδίκως.* Vera lectio est *ἐνδίκως.* Non est autem hoc ita accipiendum, ut sit *iure:* quod quidem aperte repugnat iis quae Eteocles hic dicit: sed ut *πανδίκως* saepe idem est quod *πάντως*, ita etiam *ἐνδίκως* nonnunquam primam significationem amittit. Itaque nunc est, ut Hesychius interpretatur, *ἀληθῶς.* Euripides Med. v. 1241.

ἔοικ' ὁ δαίμων πολλὰ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ
κακὰ ξυνάψειν ἐνδίκως Ἰάσονι.

Iph. Aul. v. 366.

μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα·
ἐκπονοῦσ' ἑκόντες, εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς,
τὰ μὲν ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ' ἐνδίκως
ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.

Heracl. v. 769.

Ζεύς μοι ξύμμαχος, οὐ φοβοῦ-
μαι· Ζεύς μοι χάριν ἐνδίκως
ἔχει.

Nunc autem significat, *ut consentaneum est.* Sophocles Oed. R. v. 133.

ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σύ,
πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν·
ὥςτ' ἐνδίκως ὄψεσθε κἀμὲ σύμμαχον,
γῇ τῇδε τιμωροῦντα, τῷ θεῷ θ' ἅμα.

Euripides Androm. v. 921 (895.).

Ο. συνῆκα· ταρβεῖς τοῖς δεδραμένοις πόσιν.
Ε. ἔγνως· ὀλεῖ γάρ μ' ἐνδίκως.

Similiter Latini *aequum est* dicunt. Plautus Rud. II. 2, 7.

quid agitis? ut peritis?
P. ut piscatorem aequum est, fame silique speque.

Hoc igitur dicit Eteocles, consentaneum esse, ut iustus pariter atque iniusti iisdem retibus capiantur.

589. *παγκοίνως* Colb. 2. *γρ. παγκοίνως* ex Par. B. Fachsius affert. *᾽δάμη* cum coronide Brunckius, et sic G. *δάκη* Vind. 3. Ceteri *δάμη*.

590. *οὕτως δ᾽* M. a pr. manu et Cantabr. 2. Par. A. idemque superscriptum in B. *οὗτος δ᾽* M. a manu recentiore, et sic reliqui, sed in Lips. priori syllabae acutus, alteri *ω* supra adscriptum. *Οἰκλέους* Porsonus. *οἰκλεος* Cantabr. 1. 2. et ante correctionem Lips. *οἰκλέως* Arund. *ὀϊκλέους* M. G. Lips. ex corr. Ald. Rob. Turn.

591. *εὐσεβὴς ἀγαθὸς ἀνὴρ* G. (sic G.) Cantabr. 1. Par. L. *ἀγαθὸς* omittit Lips. *εὐγενὴς* Arund. Cantabr. 2. Colb. 1. Ask. A. Rob. et ad *εὐσεβὴς* adscriptum in Par. B.

593. *ἀνδράσι βίᾳ φρενῶν* M. G. Arund. Colb. 1. 2. Par. C. Taur. Vind. 1. 2. 3. 4. *ἀνδράσι φρενῶν βίᾳ* Lips. aliique, ut videtur, libri et Ald. Rob. Turn. *ἀνδράσιν φρ. β.* Porsonus.

594. Ante *πομπὴν* rasuram habet et *τὴν* omittit G. in quo versus 594—621. post v. 649. collocati sunt, errore literis indicato. *πάλιν* M. Turn. *ἐπὶ τὴν εἰς ᾅδην ἀποικίαν ἐλκυσθήσεται μολεῖν τὴν ἐναντίαν τῇ εἰς Ἄργος* scholion in M. *πόλιν* G. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. A. B. E. N. Taur. Ald. Rob. et *α* superscripto Par. C. Brunckius affert ex suis codicibus glossam *ἤγουν εἰς τὸν ᾅδην*. Dindorfio hic versus a grammatico confictus videtur, qui hoc dicere voluerit, *τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν ὥςτε τὴν πόλιν μολεῖν*. Ad *μολεῖν* in Taur. supra adscriptum *γρ. ἑλεῖν*. In G. hae glossae adscriptae *λαβεῖν. ἑλεῖν. ἐλθεῖν*.

595. *συγκαθελκύσεται* Par. N.

596. Hinc pergit Vit. *οὖν* omittit Lips.

597. *ἄθυμον* Turn. Sed *ἄθυμος* M. G. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. E. K. L. N. Colb. 1. Taur. Ven. B. Vind. 1. 2. 4. Ald. Rob. *καθὰ δειλὸς ὤν* glossa in G. *δειλός, ἄφρων* glossa in Vit. Agnoscit nominativum etiam scholiastes in G. Positus est autem nominativus *πρὸς τὸ νοούμενον*, ut loquuntur grammatici, tamquam praegresso *προςβαλεῖ*. Sic Homerus Il. II. v. 350. seqq.

φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα, —
ἀστράπτων ἐπιδέξι᾽, ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Similiter alii. *λήμματος* G. Taur.

599. *ἔστι* Colb. 1. 2. Taur. *ἔστι* adscripto *αι* Par. N. *θεσφάτοις* Vind. 2. 4. *θεσφάτοις τοῦ* Arund. Ask. A. Rob.

600. *λαλεῖν* Cantabr. 2.

602. *ἐχθόξενον* Arund. *ἀντιτάξομαι* Rob.

603. *τὸν* omittit G. *ἡβῶσαν. γρ. ἡβῶντα* Par. B. *φέρει* vulgo, quod in G. per *ἔχει* explicatur. *φύσει* M. (in quo a recentiore manu *φέρει* superscriptum est) Arund. Cantabr. 2. Rob. idemque adscriptum

in Par. A. B. ex quo Fachsius *φέρει. γρ. φύσει ἤγουν ἡλικίᾳ* affert. In Vit. pagina, in qua haec scripta sunt, ita male habita est, ut ex hoc verbo tantum *ει* reliquum sit: sed non scriptum fuisse *φέρει* inde cognoscitur quod *γρ. φέρει* supra adscriptum est. *φύγῃ* Lips. sed in scholio adnotatur *γρ. καὶ φέρει.* Brunckius suspicatus est Aeschylum *τρέφει* scripsisse. Sed *φύσει* et *φύγῃ* argumento sunt poetam *φύει* dedisse. Incidit in hoc etiam Wellauerus. Sic v. 516. *ὥρας φυούσης* dictum est ita ut *ἴουλον* intelligatur. Notum est *φύειν φρένας*, et alia huiusmodi. Similiter Aeschylus v. 11. dixit *τὸν ἔξηβον χρόνῳ βλαστησμὸν ἀλδαίνοντα σώματος πολύν.* Similiter Sophocles in Aiace v. 1077.

ἀλλ' ἄνδρα χρή, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα,
δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.

605. Vt *ἐπ' ἀσπίδα* est *sinistrorsum*, *παρ' ἀσπίδα ad sinistram*, sic *παρ' ἀσπίδος* est *ab sinistra.* Intellexit hoc Brunckius. Is *δόρυ ensem* interpretatur. Et dicit scholiastes Sophoclis ad Aiacis v. 906. *πᾶν δὲ ἀμυντήριον καὶ δόρυ καὶ ἔγχος καλοῦσιν οἱ νεώτεροι.* Quae adnotatio ex grammatici alicuius in Homerum commentariis deprompta videtur: *οἱ νεώτεροι* autem ipsi sunt tragici. Et *ἔγχος* quidem ensem a tragicis dici observavit etiam Eustathius p. 422, 35. 604, 1. 644, 46. quo loco Sophoclem (Ai. v. 658.) ensem etiam *βέλος* dixisse adnotavit. Securim Aeschylus in Agamemnone dicit *βέλεμνον* v. 1464. 1483. et *δόρυ* v. 1108. Sed memoratus a Blomfieldio vir doctus in Actis eruditorum a. 1750. p. 31. *hastam* intelligit: veteres enim, dum in armis starent, manibus nondum consertis, hastam in sinistra sub scuto tenuisse: unde apud Aristophanem Av. v. 390. dici *καὶ τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον, περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς τῶν ὅπλων ἐντός, παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν.*

606. *θεοῦ τε* G. *θεοῦ*, omissa particula, Vit. Par. E.

607. 608. *κλύοντος* Lips. *δικαίους λιτὰς ἡμετέρας* G. Vit. Par. E. H. Colb. 1. Vind. 1. 3. 4. *δικαίας λιτὰς ἡμετέρας* M. aliique, ut videtur, codices et Vind. 2. Ald. Rob. Turn. In M. recentior manus — *ους λόγους* — *ους* supra adscripsit. Eadem lectio adscripta est in Vind. 2. 3. eamque in textu habent Lips. Cantabr. 2. *τελοῖθ'* Arund.

κλύοντες θεοὶ δικαίους λόγους ἐμοὺς, εὖ τελεῖτε πόλιν εὐτυχεῖν Rob. ita ut singulae syllabae strophicis congruant. Sed haec ipsa metrorum convenientia in tanto ceterorum librorum dissensu arguere videtur, istam lectionem emendatori alicui, fortasse Triclinio, deberi. Displicet etiam *εὖ.*

609. 610. *δορύπονα* Lips. Arund. Cantabr. 1. Vind. 2. 4. *ἐκτρέποντες γᾶς ἐπιμόλους* M. Arund. Cantabr. 1. Mosc. 1. Par. A. C. E. K. L. Ask. A. Ven. B. *ἐκτρ. γὰς ἐπὶ μόλους* Lips. In M. ad *ἐπιμόλους* a recentiore manu *εἰς* supra adscriptum est. *ἐκτρ. γᾶς πρὸς ἐπιμόλους* G. Vit. Par. B. Vind. 1. 3. Ald. Turn. *γρ. γᾶς ἐπιμόλους χωρὶς τῆς πρός* Par. B. *ἐκτρ. γᾶς τῶνδ' ἐπιμόλους* Rob. Scripsi, repetita syllaba, *ἐκτρέποντας ἐς γᾶς ἐπιμόλους.* Nam *πρός* interpretum est.

πύργω, a recentiore manu ν supra adscripto, M. δ' omittunt Ox. Ald. ἔκτοθεν M. G. Vit. Lips. Par. A. ἔκτοσθεν Cantabr. 1. Ox. Par. B. Ald. Rob. Turn.

611. Ζεύς in Vit. omissum, sed tamquam glossa supra scriptum ὁ ξεύς. Id habent Taur. Vind. 1. 3. κάνοι, non κάνοι, etiam M. sed cum liturae post ά vestigio. κανεῖ Ask. A. κονεῖ Cantabr. 1. et adscripto γρ. κάνοι Cantabr. 2. κονοῖ Rob. κράνοι Par. C.

612. τὸν pro τόνδ' G. νῦν maluit Brunckius. Blomfieldius τόν τ' existimavit scribendum esse. Sed τόνδε recte dictum est, ut saepe similia, quum sequitur explicatio. ἐβδόμοις Vit. Par. N. Colb. 1.

613. λέγω Ask. A.

614. οἵας Lips. Par. C. Taur. Vind. 1. 3. Turn. et hoc praefixum scholio in G. οἵας γ' M. G. Par. B. Rob. sed in M. ας in litura scriptum est a recentiore manu et accentus mutatus, apparet enim a pr. manu οἷ. Ex Par. B. οἵας γ' ἀρᾶται. γρ. οἷα et οἷος ὁρᾶται Fachsius affert. οἵα γ' Vit. οἷα γ' Cantabr. 1. Vind. 4. οἷα Ald. οἷα γὰρ Vind. 2. Certe nihil hic opus γέ particula. πύλας pro τύχας Ald.

615. πύργοι ἐπ' ἐμβὰς Lips. κἀπικηρύχθειν Lips. κἀπικηρυχθείς. χειροτονηθεὶς βασιλεύς. γρ. καπιγνωσθείς (scr. κἀπικυρώθεις) Par. B. χθονὸς Par. L.

616. ἐπέξιαγχάσας G. ἐπέξιακχήσας Taur. ἐπάξια καγχάσας Vit. ἐξιακχάσας Ald. Turn. ἐξιακχεύσας Rob.

617. ξυμφέρεσθαι M. G. συμφέρεσθαι Vit. Lips. Ald. Rob. Turn.

618. τὼς σ' ἀνδριλάτην Ald. Turn. τωσάνδριλάτην, additis a sec. manu spiritu et priore accentu, M. τὼς ἀνδριλάτην G. sed τὼς minio in θ' ὡς mutatum, quod habet etiam Taur. τὼ σ' ἀνδριλάτην Lips. τὸν δ' ἀδριλάτην (sic) Vit. a pr. manu habuisse videtur, recentior τὸν in τὼς mutavit, οὕτως suprascripto. τ' ὡς ἀνδριλάτην Rob.

620. αἰτεῖ Rob. γενεθλίους θεοὺς Colb. 1. Taur.

621. πατρῴας τε G. γῆς M. Vit. Cantabr. 1. 2. Ald. et superscriptum in Par. B. γᾶς G. Lips. Par. A. B. Rob. Turn. λιπὼν ante sec. manus correctionem M.

622. βίᾳ Ald. Rob.

623. καινοπληγὲς Par. L. καινοπηγαῖς Par. E. εὔθετον Arund. Par. A. Ask. A. Rob. et adscriptum, ut videtur, in Cantabr. 2. εὔκυκλον M. Vit. Lips. Par. B. L. Ald. Turn. ἄκυκλον G. γρ. εὔθετον, ἵν' ᾖ εὐβάστακτον. θεῖναι γὰρ τὸ ὑναλαβεῖν λέγουσιν Ἀττικοί· καὶ ὅπλα ἔθεντο, ἀνέλαβον manus secunda in marg. M. γρ. εὔθετον, ἀντὶ καλοβάστακτον. θεῖναι γὰρ τὸ ἐναγκαλίζεσθαι λέγουσιν Ἀττικοί, ὡς τὸ ὅπλα ἔθεντο, ἀντὶ ἔλαβον Par. B.

624. προσμεμιχανημένον M. G. Vit. Lips. Arund. Mosc. 1. Par. L. Ask. A. Colb. 1. Taur. Vulgo προσμεμιχανευμένον.

625. τεχνιστὴν M. Lips. τεχνιστὴν G. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. H. Vind. 2. 3. Ald. Rob. Turn. τεχνιστὸν Vit. τεύχη Par. E.

627. Libri *Δίκη δ' ἄρ'* vel *ἄρ.* Scribendum videbatur *Δίκη γάρ*, ut hoc referretur ad *σωφρόνως ἡγουμένη.* *φασὶν* Vit. *τὰ* omittit G.

628. *λέξει* Lips. et *γ* superscripto Cantabr. 2. Idem M. sed in litura, ut *λέγ* deletum esse videatur. *κατάξω τ'* Par. B.

629. *ἕξει· πατρῴων* M. et sic vel *πατρῴων* G. Vit. Lips. et cum plerisque, ut videtur, reliquis Ald. Rob. Turn. *ἕξει πατρῴαν* Porsonus, et sic Blomfieldio teste Arund. *πατρῴαν ἕξει* Cantabr. 1. 2. *τ'* omittunt Par. E. Vind. 2. 4. In M. a sec. manu insertum est.

630. *εἰσὶ* Vit.

631 *πέμπειν γνῶθι τίνα* Cantabr. 1. *δοκεῖς* Lips. Rob. Turn. *δοκεῖ* M. G. Par. H. et adscripto *δοκεῖς ἡγοῦν νομίζεις* Par. B. *δοκεῖ σοι* Vit. Colb. 1. Par. N. Ald.

632. *τῶνδε* Vit. Colb. 1.

633. *μέμψῃ* libri. Sed *ῃ* in litura scriptum in G. *σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι κανκλιρεῖν πόλιν* libri. Scribendum erat *σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι, κανκλήρει πόλιν.* Hac sola ratione vis est in repetitione.

634. *θεομενές τε θεῶν* Par. E.

635. *ἐμὸν* G. Par. N. Rob. et *α* superscripto Cantabr. 2. *ὠμὸν* Ox. Ald. *οὐμὸν* Vit.

636. *δὲ νῦν ἀραὶ* G. Vit. *δὴ ἀραὶ νῦν* Vind. 1. 3. Ald. Rob. *τηλεσφόροι* G.

637. *κλάειν* Cantabr. 1.

638. *δυσφορώτερος* M. Lips. Ald. Rob. Turn. *δυσφορώτατος* Vit. Cantabr. 2. Par. K. L. N. Colb. 1. Ven. B. Vind. 2. 4. *δηφορώτατος* G.

639. *Πολυνείκει* Brunckius ex Par. B. restituit. Id habent etiam M. Lips. Par. L. sed in M. *ει* in litura scriptum esse videtur. *πολυνείκη* G. Vit. Ald. Rob. Inde Turnebus fecerat *Πολυνείκη.*

640. *εἰσόμεθα* Vit. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. *οἰσόμεσθα* Cantabr. 1. *τἀπίσημι'* Victorius, et videntur hoc M. G. a pr. manu habuisse. *τοὐπίσημι'* M. G. a sec. manu et Vit. Lips. Cantabr. 1. Arund. Ox. Par. C. Ask. A. Ven. A. Vind. 2. 3. 4. Ald. Rob. Turn. *ὅποι* M. Rob.

642. *σὺν φοίτῳ* Vit. Arund. Mosc. 1. 2. Ox. Par. A. B. C. E. F. H. K. L. Colb. 1. Ven. A. *συμφοίτῳ*, cum glossa *μανίᾳ* a recentiore manu supra adscripta, M. et Cantabr. 1. Rob. *συνφοίτῳ* G. Lips. *σὺν τύφῳ* Ald. Turn. Hesychius *φοῖτος, μανία, λύσσα.* Ex Par. B. Fachsius affert *φρενῶν. γρ. φρενί.*

643. *εἰ δὴ* G. *παρθένου δίκην* Ald. *δίκη παρθένος*, omisso *παῖς*, Lips.

644. *φρεσὶν* M. Vit. Lips. *φρεσὶ* G. Cantabr. 1. 2. Ald. Rob. Turn.

645. In *οὔτε νιν* litteras *ε* et *ν* in litura a recentiore manu habet M.

646. *πω* omittit Par. E.

647. *ξυλλογῇ*, superscripto a sec. ut videtur manu *σ*, M. *συλλογῆς* Vit. Ceteri *συλλογῇ.*

648. Libri omnes *προσεῖπε*. Id scholiastae et glossatores *ἠσπάσατο*, *προςεφώνησεν*, *λόγου ἄξιον ἔκρινεν* interpretantur. Scholiastes cod. M. *προςεῖδε* legit, adscripsit enim haec, *εἶδεν αὐτὸν καὶ ἐφίλησε. ἀντὶ οὐδὲ ἐν μιᾷ ἡλικίᾳ ἔπραξέ τι δίκαιον.* Reponendum censuit *προςεῖδε* B. Martinus Var. lect. IV. 19. p. 243. reposuere Brunckius, Schützius, Blomfieldus. Tetigerunt hanc loquendi rationem Muretus Var. lect. IV. 20. Iacobsius ad Meleagrum XXIII. 1. interpretes Horatii ad carm. IV. 3, 1. Sed non opus esse videtur ut librorum scriptura mutetur. Similiter enim dicit Euripides Suppl. v. 959. *οὐδ' Ἄρτεμις λοχία προςφθέγξαιτ' ἂν τὰς ἀτέκνους*, ubi alia exempla attulit Marklandus, sed ut nullum tamen omni ex parte aptum sit. *Προςεῖπε καὶ κατηξιώσατο* idem est quod *προςειπεῖν κατηξιώσατο*, ut in Prom. v. 342. *τὰ μέν σ' ἐπαινῶ κοὐδαμῇ λήξω ποτέ.*

649. *οὐδ' ἐν* Brunckius ex Par. A. B. et sic etiam Cantabr. 1. Ox. Recte. *οὔτ' ἐν* ceteri. *μὴ* pro *μὴν* M. sed a sec. manu *ν* supra adscriptum est.

650. *οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν* M. (in quo post *νιν* litura est) Vit. Cantabr. 1. Ox. Mosc. 2. Par. A. B. H. Colb. 1. Ven. A. Rob. Sic habuerat etiam G. in quo *νῦν* minio in *σὺν* mutatum est. *οἶμαί νιν αὐτῷ νιν παραστατεῖν* Lips. *οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν συμπαραστατεῖν* Ald. *οἶμαί νιν αὐτῷ συμπαραστατεῖν* Turn. Post *πέλας* G. addit *ῥεῖα.*

651. Minore interpunctione in fine praecedentis versus posita, *ἦ*, quod in libris omnibus est, in *ἢ* mutavi. Adscriptum est *ἢ* a recentiore manu in M.

652. *συνοῦσα* Lips. *ξυνοῦσα. γρ. ξενοῦσα καὶ φιλιουμένη* Par. B.

654. *αὐτῷ* Par. L. 655. *ἄρχοντι γὰρ* Colb. 1.

656. *σὺν* erat ante Brunckium. *ἐχθροῖς* Par. E. *ξυστήσομαι* Taur.

657. *αἰχμὴν* G. aliique, ut videtur, codices et Ald. Rob. Turn. *αἰχμῆς* M. Vit. Lips. Arund. Par. H. Colb. 1. idque habuit etiam alter scholiastes. *πτερῶν* G. Cantabr. 1. Rob. et a pr. manu Vit. Adscriptum hoc in Arund. Cantabr. 2. Vind. 4. et in Lips. qui in textu *καὶ πετρῶν* bis habet. *πετρῶν* M. et a sec. manu Vit. et sic cum reliquis plerisque, ut videtur, codicibus Ald. Turn. Commemorat utramque scripturam alter scholiastes, *πτερῶν προβλήματα* interpretans *τοὺς ὀϊστούς*, quod dicere debebat, nisi re vera dixit, *τῶν ὀϊστῶν.* Valckenarius ad Phoen. v. 786. si *πτερά* sagittae dicerentur, non adspernandam ratus *πτερῶν*, servandum tamen arbitratur *πετρῶν.* Quae ei lectioni firmandae affert, eorum similia multa colligi possunt, sed sine fructu. Mirum enim et paene absonum est scutum dici tutamen adversus eiusmodi telorum genus, quo non de more, sed rarius et casu utebantur. Hoc sensere, opinor, qui *αἰχμῆς καὶ πετρῶν προβλήματα* scripserunt. Sed hi alia ratione hunc versum vitiarunt, omnem ei vim et virtutem detrahentes. Quare equidem *πτερῶν* revocavi, quamvis non meminerim alius loci, ubi sagittae *πτερά*

dicantur. Sed cur minorem volemus Aeschyli audaciam esse quam Latinorum poetarum, quos *pennam* pro *sagitta* dicere notissimum est? Et *πτερώματα* certe sagittae sunt in Lycophronis v. 56.

τοῖς Τευταρείοις βουκόλου πτερώμασιν,

quem versum afferens Eustathius p. 172, 30. interpretatur *ἤγουν τοῖς τοῦ Τευτάρου Σκύθου ὀϊστοῖς.*

658. *ὁρμὴν* Colb. 1. Par. N. et a sec. manu Vit. qui a pr. manu habuerat *ὀργὴν*, ut ceteri. Adscriptum *ὁρμὴν* etiam in Par. B. *ὅμοιος* G. *ὁμοίως* Ald. *αὐδουμένῳ* G. *αὐδομένῳ* Vit. In M. hoc scholion adscriptum est, *τὸν τρόπον τῷ ἀδελφῷ σου βλασφημούμενος*, et in altera parte *ὑπὸ σοῦ*. Alter scholiastes interpretatur *τῷ κακωνύμῳ Πολυνείκῃ*. Glossa in G. *λέγοντι*, in Vit. *κακίστως λεγομένῳ*. Praestat active intelligere *αὐδωμένῳ*, ut spectentur quae dixisse Polynicen rettulerat nuntius, velle illum cum fratre congredi.

661. *χέρας* M. G. Vit.

662. Ad ultimas syllabas in *ἀνδροῖν* et *ὁμαίμοιν* in Lips. *ω* adscriptum. *αὐτόκτονος* a pr. manu M. recentior accentum correxit. *αὐτοκτόνως* Ox. Taur. *αὐτόκτόνῶς* Lips. Nominativo utitur poeta quasi dicturus *θάνατος οὐ γηράσκει.*

663. *γῆρας* M. Par. B. Rob. Turn. idemque adscriptum in Vit. Lips. Par. B. C. *πέρας* G. Vit. Lips. Cantabr. 2. Mosc. 2. Par. C. E. N. Colb. 1. Ven. A. B. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald.

664 — 666. *φέροι* M. Vit. et cum reliquis, ut videtur, plerisque codicibus Vict. *φέρῃ* G. *φέρει* Lips. Cantabr. 1. 2. Ven. B. Ald. Rob. Turn. Scholiastes, cuius haec est in M. adnotatio, *εἰ ὅλως τις ἀτυχεῖ, καλὸν τὸ δίχα αἰσχύνης*, iungit *αἰσχύνης ἄτερ ἔστω.* Et sic interpunxit Turnebus. *μόνον κέρδος γὰρ* Vit. *ἓν* G. Ox. Vind. 1. 2. 3. 4. et a recentiore manu M. a prima enim *ἐν* habuerat, ut ceteri. Secunda manus hoc scholion adscripsit, *ἡ εὔκλεια ἓν κέρδος, τὸ αὐτὸν ἐκδικῆσαι ἀδικούμενον. ἐὰν δὲ ἀνεκδίκητος ἀποθάνῃ, ἕνεκά γε τῶν εἰς αὐτὸν γενομένων κακῶν καὶ αἰσχρῶν, ἄδοξος.* Postea recentior manus haec adscripsit, *τοῦτο γὰρ μόνον τὸ ἕν, κέρδος· τὸ φέρειν κακὸν ἐμέ* (si ita legendum est obscurius scriptum vocabulum). *τόδε κακὸν καὶ αἰσχρόν.* Deinde *τεθνηκόσιν* M. *τεθνηκόσι* ceteri, nisi quod *τεθνηκότι*, adscripto *τεθνηκόσι*, habet Par. B. Denique *κ' αἰσχρῶν* M. G. Vit. Lips. Ald. Turn. *κ' αἰσχρῶς* Rob. Non puto dici, quod volunt, *μόνον γὰρ κέρδος τοῦτο ἐν τεθνηκόσιν.* Hoc si poeta voluisset, non *γάρ*, sed *τόδε* posuisset. Sed, si haec ita scripsit, hoc dicit, sententia ex philosophia deprompta, *si quis infelix sit sine turpitudine, esto: nam lucrum omne apud inferos quaerendum est* (si ibi non punimur: sola quae post mortem est vita consideranda est). *At infelicitas cum turpitudine coniuncta nusquam in honore est.* Sed recte videtur Schützius mutari iubere ordinem versuum, ut ultimus sit *ἔστω·* — *τεθνηκόσιν. Sane,* inquit, *declinarem fratrem, si malum hoc, non punire*

ferocientem, sine turpitudine ferre possem: sed quae mala simulque turpia sunt, non dicas laudanda. Esto (congrediar cum fratre): *solum enim apud inferos lucrum est,* i. e. in morte.

667. *τί μέμονας* M. Arund. Cantabr. 2. Par. L. In M. ad *ο* a recentiore manu *η* supra adscriptum est, itemque in Cantabr. 2. *τί μέμηνας* G. Vit. Taur. Ald. Turn. et *ο* ad *η* supra adscripto Lips. *τί μέμηνας* Vind. 2. 4. *μέμηνας* explicat prior scholiastes, *μέμονας* et *μέμηνας* alter: in M. nullum est scholion. *τί καὶ μέμονας* Rob. unde Porsonus *καὶ μέμονας* fecit. *τέκος* Par. H. et adscripto *γρ. τέκνον* Par. B. *μήτι σε* Ald. Rob. Turn. *μήτις σε* M. G. Vit. Lips. Par. A. B. Taur. Vind. 1. 2. 3. *θυμοπληθὺς* G. Vit. *θυμοπλήθυς* Rob.

668. *δορὶ μάργος*, supra scripto a recentiore manu *δορίμαργος*, M. *δορίμαργος* Cantabr. 1. 2. Par. L. Vind. 2. 4. *ἄτη* Lips. Cantabr. 1. 2. Par. G. Ald. Rob. Turn. In M. ad *α* recentior manus *η* supra adscripsit.

669. *ἔκβαλλ'*, ut tamen alterum *λ* ab alia manu additum videatur, M. *ἀρχὴν* Cantabr. 2. Omittit hoc vocabulum Lips.

671. *κωκυτὸν* Lips. *παρὰ κωκυτοῦ* Par. L.

672. *φοίβω*, ad *ω* supra adscripto *ου*, Lips. *πᾶν* omittit Ven. A. *λαΐον* Colb. 1.

673. *θυμὸς* pro *ἵμερος* Rob. Sic etiam Brunckius, haud dubie codices secutus, nam Robortelli editione carebat. *ἐποτρύνει* Cantabr. 2. Par. L. (si Faehsio fides) Rob. Brunckius. *ἐπ* ad *ἐξ* recentior manus in M. supra adscripsit.

674. *πικρόκακον* Rob. *ἀνδροκλασίαν* M. a pr. manu: recentior *τ* ad *λ* supra adscripsit.

675. *οὐ θεμιστοῦ* M. et hoc Brunckius restituit, quum in Par. B. hanc adnotationem, *γρ. ἀθεμίστου*, invenisset. *οὐ θεμητοῦ* Lips. Ceteri *οὐ θεμιτοῦ*. In M. ad *στ* recentior manus *τ* supra adscripsit.

676. *γὰρ καὶ* Rob. *ἐχθρά* Arund. Cantabr. 1. 2. Mosc. 1. Par. A. E. F. K. L. Colb. 1. Ven. B. Vind. 2. Rob. *γρ. ἐχθρά* Par. B. *αἰσχρά* M. G. Vit. Lips. Par. B. Ald. Turn. *μοῦ* Par. K. L. *τελεῖ ἄρα* sic M. sed ut prius *ἀρὰ* scriptum fuisse videatur: recentior manus *τελεία* supra adscripsit. *τελεῖ ἀρὰ* G. Vit. Ox. Taur. Ald. *τελείᾶρα* Lips. *τελεία ἀρὰ* Par. K. L. *τελεῖ' ἀρὰ* Rob. *ἀρὰ τέλει* Colb. 1. *τέλει' ἄρα. γρ. καὶ οὕτως. τελεῖ. τελευτᾷ ἀρά. τὸ τελεῖ ἀντὶ τοῦ τελειοῦται* ex Par. B. Faehsius affert. *τελεῖν ἀρὰ* Turn. *τέλει' ἀρὰ* inde a Victorio edebatur. Bonum esset *τελεία*, si ultima syllaba elidi posset. Itaque Turnebi scripturam recepi, ut *τελεῖν* cum *ὄμμασιν προσιζάνει* coniungeretur, quod horum haec vis est, *monet me.* Idem putavit Blomfieldius. Respondet Eteocles his verbis ad ea quae chorus dixerat, *ἵμερός σε ἐξοτρύνει ἀνδροκτασίαν τελεῖν.* Wordsworthius in Museo philologico I. p. 222. *τάλαιν' ἀρὰ* scribendum esse coniecit, comparans Eur. Hipp. 1236. *ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.*

677. ξηροῖς τ' Colb. 1. et τ' a recentiore manu addito Vit. ὄμμασιν Porsonus. ὄμασι G. ὄμμασι ceteri. προςίζάνει a pr. manu M. correxit sec. manus.

678. προτέρας ἑστέρον μόρον Vit. a pr. manu: sec. manus μόρον in μόρον mutavit. Habent μόρον G. Colb. 1. Ald. Turn. sed G. cum glossa θανάτον. Hoc dicit, *instigant me patris dirae, lucrum prius commemorantes secutura morte*, i. e. hortantur vindictam sumere quamvis moriturum.

679. μὴ ἐποτρύνου Vit. Par. C. κακὸς δ' οὐ Vind. 2. 3. 4. δειλὸς οὐ Arund. Par. K. L. Ask. A. Ven. B. Rob. et adscripto γρ. κακός Colb. 2. κακὸς γρ. δειλός Par. B. Libri κεκλήσῃ.

680. βίον εὖ κυρήσας, *bene se habens quod ad vitam attinet*, i. e. recte instituens vitam. πατρὸς ante μελαναιγὶς inserunt Vind. 2. 4.

Post μελαναιγὶς libri δ' habent. Deleverunt Arnaldus Animadv. crit. p. 196. et Pauwius.

681. Ad εἶσι in M. recentior manus ν supra adscripsit. δόμους Brunckius. δόμων M. Lips. Par. A. δόμον ceteri. ἐρινὺς M. Ἐρινὺς vulgo. ὅταν Arund. Cantabr. 1. 2. ὅτ' ἂν a pr. manu M. mutatum in οὔτ' ἂν ab alia, fortasse secunda, manu. ὅτ' ἂν a pr. manu Vit. mutatum a sec. manu in οὔτ' ἂν, quod reliqui libri habent praeter Ald. in qua οὔτ' ἂν, et Rob. in qua οὔθ' ἂν est. Scribendum fortasse est ἀφ' ὅτου χερῶν.

682. δέχονται Par. C. Rob.

684. In ὀλομένων alterum ο in litura habet M. ὀλλομένων Vit. Inter ὀλομένων et θαυμάζεται supra versum οὐ adscriptum in G. οὐ θαυμάζεται Taur. Vind. 1.

685. τί γ' οὖν Cantabr. 1. τί νυν Blomfieldius. V. ad v. 190. ἂν σ' αἰνοῖμεν ante sec. manus emendationem habuisse videtur M. σαίνομεν μόρον ὀλέθριον, sed cum glossa κολακεύοιμεν, G.

686—689. νῦν ὅτι Rob. V. ad Suppl. v. 614. παρέστακεν ad α supra adscripto η Lips. παρέστηκεν G. Vit. Ox. Par. C. ἐπεὶ δαίμων λήματος libri omnes, nisi quod λήμματος habet Colb. 2. ἀντροπαίᾳ G. Vit. Lips. et cum reliquis, ut videtur, paene omnibus codicibus Rob. ἀντροπαῖα a pr. manu M. recentior manus acutum accentum adscripsit. ἀντροπαίου, cum glossa τοῦ ἰσχυροῦ, Mosc. 1. ἐν τροπαίᾳ Ald. Turn. χρόνια M. sed ut accentus antea in altera syllaba fuerit, α autem non sit certum. χρόνια G. Vit. Lips. Arund. Ox. Ald. Turn. χρονίᾳ. γρ. χρόνια καὶ βραδέως καί ποτε ex Par. B. Fachsius affert. χρόνιᾳ Rob. χρονίᾳ editum inde a Cantero. Verbis μεταλλακτὸς ἴσως in Vit. supra adscripta est haec adnotatio, μεταλακτὸς Ἀττικὸν ὁ τοιοῦτος θυμός. Deinde ἂν ἔλθῃ Colb. 2. Par. L. θαλλωτέρων, litteris αλ in litura, M. θαλερωτέρῳ ceteri omnes, et ita recentior manus in M. correxit. ζῇ Lips. ζῆ Rob. Scholiastae, quorum nulla est in M. adnotatio, nihil frugi ad hos versus afferunt. Qui

quum vocabulum *δαίμων* et per *τύχη* et per *θυμός* interpretentur, videri possunt aliam lectionem secuti esse. Neque credibile est Aeschylum *δαίμων* scripsisse, dochmii forma parum accurate strophicae respondente. *Θαλερωτέρῳ* in G. explicat glossa *ἰσχυροτέρῳ*, in Vit. *χλωροτέρῳ*. Sed hoc alienum est ab horum versuum sententia, quae id postulat, quod prior scholiastes per *ἀσθενεστέρῳ καὶ ἀναπεπτωκότι πνεύματι*, alter per *μαλακωτέρῳ* expressit. Verum ita non potest dici *θαλερώτερον πνεῦμα*. Aliena enim sunt quae Blomfieldius in glossario attulit. Quare scripsi

νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ κλύδων,
λήματος ἀντροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλ-
λακτός, ἴσως ἂν ἔλθοι χαλαρωτέρῳ
πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.

Nunc in tua potestate est (licet tibi adhuc evitare mortem): *nam aestus, sera consilii conversione mutatus, remissiore fortasse veniat flamine: nunc autem fervet adhuc.* Praestat autem fortasse scribere *ἂν τροπαίᾳ*, ut *ἂν* ad *μεταλλακτός* pertineat: nam *ἀνατροπαία* non tam *mutatio* est, quam *eversio*.

690. *ἐξέζεσαν* M. G. Lips. Ox. Par. C. E. Ald. Rob. Turn. *ἐξέζησαν* Par. L. *ἐξέζεσεν* Vit. et plerique, ut videtur, reliqui codices. Et videtur hoc in M. alia manus *α* in *ε* mutato fecisse. Ita editur inde a Victorio. Hoc dicit, *fervefecerunt enim animi aestum dirae patris.* Recte autem se habet pluralis *ἐξέζεσαν*, quum *κατεύγματα* personae vicem gerant.

κατεύματα Lips. *ματεύματα*, cum glossa *αἱ ἀραί*, G.

691. *ἀλληθεῖς* G. *ἀληθὴς* Lips. *ἐνυπνίων φαντασμάτων* M. G. Vit. Lips. Par. B. Ald. (in qua *φαντασμάντων*) Turn. *φαντασμάτων ἐνυπνίων* Cantabr. 2. *φασμάτων ἐνυπνίων* Arund. Cantabr. 1. Par. A. Rob. et adscriptum in Par. B.

692. *δοτήρια* a pr. manu M. secunda manus *οι* ex *α* fecit, recentior primae syllabae *δα* supra adscripsit. *δατήριον* Ald. De hoc somnio dictum fuisse necesse est in praegressa tragoedia Oedipo.

693. *πειθὸς* Lips. *πιθοῦ* Blomfieldius. V. ad Prom. v. 276. *γυναῖξιν* M. *καίπερ μὴ* Par. L. Rob. *ὁμῶς. γρ. νόμους* Par. B.

694. *ἄνη τίς*, a recentiore manu supra adscripto *τὶς*, M. *ἄνη τις* teste Blomfieldio Arund. Id praefixum scholio in M. et hoc, commemoratum a Stephano, primus dedit Canterus. *ἄντις* Vit. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. F. L. Ald. Rob. Turn. *ἄνυσις* G. Lips. Par. E. H. N. Colb. 1. Taur. Vind. 1. 2. 3. 4. *οὐ δὲ* Rob. *μακρά* Par. N. Rob. *γρ. μακρά* Par. B. Ante *μακράν* in Lips. supra insertum *λέγειν*, cum glossa *πολυλογεῖν*.

695. *μ' ἔλθης ὁδοὺς* Vit. *μὴ 'λθ ὁδοὺς* sic Lips. *ἐφ'* omittunt Vit. Par. N. *εὐδόμαις* G. *ἑβδόμοις* Vit.

696. *τεθειγμένον* G. *ἀμβλυνεῖς*, a recentiore manu supra scripto *ἀπ*, Vit. *λόγω*, ad *ω* supra adscripto *ου*, Lips.

697. Libri *νίκην γε*, nisi quod G. *γε* omittit, et *κακὴν*, nisi quod

καλὴν habet Lips. Ex scholiastae verbis, *τὴν γὰρ κακὴν δίκην ἢ νίκην, λέγω δὲ τὴν γενομένην ἀνόμως, τιμωρεῖται ὁ θεός*, colligi potest etiam *δίκην* lectum fuisse. In M. hoc tantum scholion est, *τιμωρεῖται. ἢ ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος.* Habet interrogationis signum in fine versus Cantabr. 1. Per interrogationem haec non magis dici possunt, quam *τιμᾶν* significare *ulcisci*. Frustra hunc versum explicare conati sunt interpretes. Putavi scribendum esse

νίκῃ γε μέντοι καὶ κακὸν τιμᾷ θεός.

At victoria etiam improbos ornat deus. Dehortatur chorus Eteoclem, ne ad certamen cum fratre abeat, quod deus interdum etiam improbo (nunc quidem Polynici) victoriam impertiat. Ad haec respondet ille, non decere virum fortem de eo, quod vinci possit, cogitare.

698. *στέγειν* Ald. *στέργειν γ'* G. *στέργειν τ'* Par. E. *τοὔπος* Taur.

700. *ἐκφύγοις* a pr. manu M. sed recentior *οι* supra adscripsit. *ἐκφύγῃ* Cantabr. 2. Ald. Aberravit ab sententia Nauckius praef. ad Aristophanem Byzantium p. VI. *ἐκφύγοιν* scribendum esse putans.

701. *πέφριξα*, supra adscripto *κα*, Vit. *τὴν* Lips. *ὠλεσίοικον* M. G. Turn. *οὐλεσίοικον* Vit. *ὀλεσίοικον* Par. L. Taur. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Rob. *ὀλοσίοικον* Lips. *ὠλεσίδομον* varia lectio apud Stephanum.

702. *θεὰν* Arund. Cantabr. 1. Ox. Ask. A. et fortasse Par. F. ex quo affertur *θεόν*. In G. Taur. verba hoc ordine collocata sunt *οὐ θεοῖς ὁμοίαν θεόν*. Post hunc versum ante Canterum haec addebantur, *ἃ* (*οὐ* Ox. Ven. A. Ald.) *γὰρ νύκτωρ παρεκελεύσατο* (*παρακελεύσατο* Par. E. *παρεκελεύετο* Vit. *παρελεύσατο* Ox. Ald.) *καὶ γέγονε* (*γέγωνε* Arund. Ox. Rob.). Habent haec verba G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. E. Ask. A. Colb. 1. Taur. Ven. A. B. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Rob. Turn. In M. a recentiore manu in margine adscripta sunt. Nihil haec sunt nisi interpretatio vocabuli *παναληθῆ*, sumpta ex v. 691.

703. *παναληθῆ* etiam M. sed ut eadem manus primum *παναληθεῖ* scripserit.

704. *εὐκτέαν* Arund. *ἀκταίαν* G. *Εὐκταίαν Ἐρινὺν* non puto comparari posse cum Themide *εὐκταίᾳ* Euripidis in Medea v. 170. ut visum est Musgravio et Porsono. Ibi Themis *εὐκταία* est quae vota perficit: hic vix aliud esse potest *εὐκταία Ἐρινὺς* quam excitata Oedipi diris Furia. Sed fateor suspectum mihi esse *εὐκταίαν*. Nam etsi metrum Anacreonteum, sive Ionicum *ἀνακλώμενον*, spondeum pro trochaeo admittit, solet tamen Aeschylus versus diligentissime exaequare: atqui mediam in *εὐκταίαν* syllabam non facilius corripias, quam in *ὠμόφρων* producas. Poterat Aeschylus scribere *παιρὸς ὠκύπουν Ἐρινύν*. Nam hoc rei convenit: *εὐκταίαν* supervacaneum est, quum *τελέσαι κατάρας* sequatur. *ἐρινὺν* M. Arund. Ald. Ceteri *ἐριννύν*.

705. *ὑπερθύμους* Par. F. K. Ask. A.

706. *Οἰδιπόδα βλαψίφρονος* Blomfieldius. Libri *βλαψίφρονος οἰδιπόδα*, nisi quod *βλαψίφρενος* habet Lips. *τοῦ βλαψίφρονος* Cantabr. 2. *οἰδιπόδαο* Vit. *οἰδίποδος* Ox. Ald. *Οἰδιπόδα* Turn.

707. *παιδολέκτωρ* Lips. *παιδολέτω* Ald. *παιδοδέλετωρ* Par. C. Post hanc vocem *δ'* omittunt Cantabr. 2. Ox. Ald. Rob. Turn. Habent particulam M. G. Vit. Lips. *ἔρις. γρ. ἐριννύς* Par. B. *ἄδ'* G. Vit. Lips. (in Lips. *ἤ* superscriptum) Cantabr. 2. Ox. Par. A. B. E. N. Colb. 1. Ald. Rob. Turn. et a recentiore manu M. prima scripserat *ἔρις δ'*, etsi *δ'* praecedit. *ἤδ'* Par. F. *τάδ'* editio Victorii.

708. *ξένους δὲ* Ox. Ald. *κλήρους* dedit Victorius, et hoc a pr. manu habebat M. in quo nunc radendo *ι* ex *υ* factum est. *κλήροις* G. Vit. Lips. Mosc. 2. Ox. Par. C. L. Colb. 1. Taur. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Turn. *κλῆρος* Rob. *ἐπινομᾶ* ex correctione G. *ἐπικομᾷ* idem ante correctionem. *ἐπικωμᾷ*, cum glossa *μεγαλοφρονεῖ*, Mosc. 2. *ἐπινωμᾷν* Par. L.

709. H. Stephani coniecturam *Χάλυψ ὁ Σκυθῶν ἄποικος*, metri negligentior probat Valckenarius ad fragm. Callimachi p. 155. seqq. Hesychius *Χάλυβοι, ἔθνος τῆς Σκυθίας ὅπου σίδηρος γίνεται.* Stephanus Byz. *καὶ Χάλυβοι παρ' Ἑκαταίῳ, "Χαλύβοισι πρὸς νότον Ἀρμένιοι ὁμουρέουσι."* Euripides Alc. v. 980. *καὶ τὸν ἐν Χαλύβοις δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδαρον.* *σκυθῶν*, a sec. manu superscripto *ων*, M.

710. *χρηματοδαίτης* Lips. *χρηματοδέτας* G. *χρηματόδοτας* Arund.

711. *πικρὸς* omittit Vit. *ὁμόφρων* Lips. *σίδαρος*, ad *α* superscripto *η*, Lips. *σίδηρος* G. Ald. Turn.

712. *διὰ πύλας* G. Lips. Etiam in Vit. qui *διαπήλας* cum reliquis habet, supra scriptum *ύ*.

713. *ὁπόσαν καὶ* M. (sic, ut videtur, non *ὁπόσοις καὶ*, M.) Arund. Cantabr. 2. Par. K. Colb. 1. Rob. *ὁπόσᾶν καὶ* Vit. *ὁπόσαν* (ad *α* superscripto *η*) *καὶ* Lips. *ὁπόσην καὶ* Par. F. *ὁπόσην* ex Par. C. enotatum est, *ὅποσα* ex Par. E. *ὁπόσην ἂν καὶ* G. Ald. Turn. *φθιμένοισι* libri, nisi quod *φθιμένοισι* habet Par. E. Plena oratio haec esset, *χθόνα ναίειν διαπήλας τοσαύτην ὁπόσην διαπάλλει καὶ φθιμένοις κατέχειν*, et his additus est accusativus, quasi ita dixisset, *χθόνα ναίειν διαπήλας τοσαύτην ὥστε αὐτοὺς κατέχειν αὐτὴν ἀμοίρους τῶν μεγάλων πεδίων.* Dictum est *κατέχειν* ut *θήκας κατέχουσιν* Agam. v. 433.

715. *ἐπεὶ δ' ἂν* G. Mosc. 2. et sic a pr. manu M. *ἐπειδὰν* idem a sec. manu, ut ceteri. *αὐτοκτόνως* Rob. idque ex codice regio Spanhemius enotavit. *αὐτοκτόνωσιν* a pr. manu habuisse videtur M. unde recentior *αὐτοὶ κτάνωσιν* fecit. *αὐτοκτάνωσιν* Lips. *αὐτοὶ κτάνωσι* G. Vit. Mosc. 2. Vind. 1. 2. 3. 4. *αὐτοὶ κτάνωσιν* Ox. Par. E. Taur. Ven. A. Ald. Turn.

716. *αὐτοδαίκτως* Ask. A.

717. Libri *καὶ χθονία κόνις πίῃ*, repugnante versu antistrophico. Scripsi *καὶ γαῖα κόνις πίῃ*. Hunc ipsum enim versum respexisse videtur

Hesychius, quum scriberet *γαῖα κόνις, ἡ γῆ*. Sic enim eum scripsisse puto pro eo, quod nunc parum apte legitur, *γαῖα, ἡ κόνις, καὶ ἡ γῆ*.

718. *φοίνιον* M. Lips. Ald. Rob. Turn. *φόνιον* G. Vit. Cantabr. 1. Mosc. 1. 2. Taur. Vind. 1. 2. 3. 4. et *οι* superscripto Colb. 1. *φοίνιον γρ. φόνιον* Par. B. *φόνον* Ask. A.

719. *καθαρμοὺς* Vit. Lips. et cum ceteris, ut videtur, plerisque codicibus Ald. Rob. Turn. *καθαροὺς* ex rasura Mosc. 1. *καθαρμὸν* G. Mosc. 2. Ox. Par. L. Taur. Vind. 3. *καθαρμὸν* aut *καθαρμὸς*, non *κάθαρμα*, M. a pr. manu, sed ultimae tres litterae *μὸν* litura paene evanuerunt, recentior manus *ον* supra adscripsit. Secunda manus hoc scholion in margine scripsit, *τίς ἂν εὑρηθείη* (sic); *τίς ἂν αὐτοὺς ἐκλύσει τοῦ τοιούτου μιάσματος;*

720. *λούσιεν* G. *λαίσειεν* Ald.

721. *παλαιοῖσι* Arund. Mosc. 1. Ven. B. *παλαιοῖς* M. et reliqui.

722. *συμμιγεῖς* G. Vit. Lips. Mosc. 1. 2. Par. C. L. Ask. A. et ad *σ* a sec. manu *ξ* adscripto M. *ξυμμιγεῖς* Ald. Rob. Turn. *κακοῖσι* Cantabr. 1. Ask. A. Mosc. 1. Ven. B. *καλοῖς* Lips.

724. *παρβασίαν* Porsonus. *παραβασίαν* M. G. Arund. et e correctione Vit. *παραβασίαν* Vit. a pr. manu et Lips. Par. B. Ald. Rob. Turn. *Ὠκύποινον* et *αἰῶνα δ' ἐς τρίτον* non sibi repugnant. Nam cita poena iam ad tertiam aetatem duravit, celeriter Laium, Oedipum, Iocastam, filios puniens.

725. *εἰς* Cantabr. 1. *μὲν* pro *μένει* Ald. *μενεῖ*, sed correctum *μένει*, Par. L.

727. Ad *τρὶς* supra adscriptum *εῖ* in Lips.

728. *μεσομφάλοιν* Rob.

729. *θνάσκοντα* edidit Victorius, et sic Lips. et ad *ά* a sec. manu *η* supra adscripto M. *θνήσκοντα* G. Vit. Cantabr. 2. Ald. Rob. Turn. *γένας* G. Mosc. 1. 2.

731. *κρατηθεὶς γρ. καρτηθείς* Par. B. *δ'* a recentiore manu scriptum in G. Eicen particulam Porsonus. Servanda est: refertur enim ad *μέν*, quod poni debuerat, *Ἀπόλλωνος μὲν βίᾳ*. *ἐκφίλων* Ald. Rob. Turn. Brunckius, quod *φίλων* in Par. B. per *ἡδονῶν* explicetur, coniici posse ait, scriptum fuisse olim *κρατηθεὶς δ' ἡδονῶν ἀβουλίαις*. Nec tamen quicquam mutandum censet. *ἀβουλίαις* G. Lips. Par. B. Ald. Rob. Turn. *ἀβουλίᾳ* Vit. Par. A. K. L. Ask. A. Ven. B. *ἀβουλίαι*, ultima littera incerta, M. *ἀβουλίας* Taur. Vind. 1. *Ἐκ φίλων ἀβουλίας* interpretantur *malis amicorum consiliis*. Ita etiam intellexit scholiastes qui in M. adscripsit *οἷς ἐκοινώσατο τὸν χρησμόν*. Nihil de hac re traditum est ab antiquis, et satis impii fuissent, qui suasissent oraculum contemnere. Hoc dicit, ut alter scholiastes recte vidit, *per uxoris amorem perverso consilio irretitus*.

732. *ἐγείνατο* Arund. Mosc. 1. Par. K. Ask. A. Rob. *γείνατο* M. G. Vit. Lips. Ald. Turn. *μόνον* Par. C. *αὐτῷ* G. Arund. Mosc. 1. 2.

733. *οἰδιπόδαν* M. Vit. et regius Spanhemii. Idem reliquorum librorum lectioni *οἰδίποδα* supra adscriptum in Par. B.

734. *ὅγε* Mosc. 1. *ὅς* Ask. A. *μὴ πρὸς* G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Mosc. 1. 2. Par. A. B. N. Ald. Rob. idemque in margine M. recentior manus adscripsit. *μητρὸς* Turn. *ματρὸς* M. Par. L. *ἅγναν*, ad alteram vocalem *η* superscripto Lips. *ἁγνὰ* Par. E.

735. *ἐκτράφη* Cantabr. 2. et adscripto *γρ. ἐτράφη* Par. B.

737. *ἔτλη* Mosc. 1. Spanhemii regius, et *α* a sec. manu supra adscripto M. *παρανοία* M. G. uterque a pr. manu: *παράνοια* uterque a sec. manu. *παράνοια δὲ* Rob. *ἔτλα παρ' ἀνοία. ἔτλη δὲ ἀγνοία* sic scholion in M. *σύναγε* M. Turn. et a sec. manu G. Idem adscriptum in Par. B. Recentior manus in M. accentum primae syllabae delevit alterique *ἁγ* supra adscripsit. *συνάγαι* G. a pr. manu et cum glossis *ἑνῶσαι, συνάξαι* Mosc. 2. *σύνεγεν* Vit. *σύν γε* Ald. *συνάγαγε* Lips. Arund. Cantabr. 1. Mosc. 1. Par. H. K. Ask. A. Colb. 2. Rob. Spanhemii regius. *συνάγαγεν* Colb. 1.

738. *φρενώλης*, supra scripto a recentiore manu *εις*, M. *φρεναλεῖς* Lips. Male haec Schützius de Laii et Iocastae concubitu interpretatur: qua interpretatione praeclara vis, quae in hoc loco est, valde minuitur. *Παράνοια* est error, quem chorus propterea fortiore vocabulo nominat, quod caeci in eam fatorum necessitate, tamquam furibundi, irruerunt Oedipus et Iocasta.

740. *πίτνον* Brunckius. *πίπτον* Vind. 2. 4. *πιτνῶν. γρ. πιτνοῖ* et *πίπτον* ex Par. B. Fachsius affert. Ceteri *πιτνόν*. Omittit hunc versum Lips.

741. *τροιχαλὸν* fuerat in Vit. deleto iota *τροχαλὸν* factum est, quod habent Par. E. Ask. A. Vind. 4. *γρ. τροχαλόν, ἤγουν κυρτόν* Par. B. in quo alia glossa, *τριπλοῦν ἢ τραχύ*, ad *τρίχαλον* pertinet, quod habet in textu, ut ceteri libri. Wakefieldius in Silva crit. I. p. 63. scribit *τρίχηνον*, ex Hesychii glossa *τρίχηνον, τρικόρυφον*. At codex Hesychii *τριχὴν* habet. Nec tamen contenderim Hesychii locum non huc spectare, modo ne Aeschylum ex Hesychio, sed Hesychium ex Aeschylo corrigas.

Πρύμν' ἀν πόλεως dicit, quod tamquam de navi loquitur. *Ex illo*, inquit, *Oedipi scelere aliud alii succedit malum, quod etiam ipsi urbi minatur.*

743. 744. *ἀλκὰν* Mosc. 2. in quod coniectura inciderat Burgessius. *ἀλκᾶ* Taur. *ἀλκὰ* ceteri. *δι' ὀλίγον* G. *γρ. πύργου* Par. B. *ἐνεύρει* Mosc. 1. 2. Ceteri libri scholiastae *ἐν εὕρει*, nisi quod *εὕνει* ex Par. E. enotatum est. Difficultatem horum versuum iam senserunt scholiastae, nec melius res cessit recentioribus criticis. In M. hoc scholion est, *μεταξὺ δὲ ἡμῶν δι' ὀλίγου ἐστὶν ἡ τῶν πολεμίων δύναμις τῆς ἡμετέρας καὶ τὸ διάστημα ὁ πύργος ὁ διείργων ἐστίν*. Ad *ἐν εὕρει* adscriptum est *ἐν πλάτει, ἐν μεταιχμίῳ*. Frigidissime, immo turpissime additum est *ἐν εὕρει*. Scripsi, mutata una littera,

μεταξὺ δ' ἀλκὰν δι' ὀλίγου
τείνει πύργος ἐν Ἄρει.

In medio, i. e. inter urbem et ei imminentes fluctus, *ad breve tempus munimentum tendit in bello turris.* Confirmavit hanc emendationem Par. B. ex quo *γρ. ἄρει* Faehsius attulit.

745. *δὲ* omissum in Par. N. Colb. 1. *συμβαλεῦσι* ante recentioris manus emendationem fuisse videtur in M.

746. *μὴ καὶ πόλις* Lips. Cantabr. 1. Par. K. Ask. A.

747. *τέλειαι* G. Vit. Lips. Arund. Mosc. 1. 2. Ox. Par. A. E. L. N. Colb. 1. Ald. Rob. *τέλειοι* Cantabr. 1. *τέλεια* Par. B. Turn. et supra adscripto a recentiore manu *ος*, non *οι*, M. in quo hoc scholion additum est, *τὸ τέλεια ἀντὶ τοῦ τέλειαι. ὑφῆκεν δὲ τὸ ι διὰ τὸ μέτρον.* Tum *παλαιφάτων ἀρᾶι* M. Ox. Ald. Reliqui omnes *παλαίφατοι ἀρᾶι.* Scripsi, remoto turpi hiatu,

τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν
βαρεῖαι καταλλαγαί.

Sic Aristophanes *πολέμου καταλλαγὴν* dixit in Avibus v. 1588. Eodem modo haec emendavit Engerus in diss. de Aeschyliis antistrophicorum responsionibus p. 17.

749. *πελόμεν'* M. a pr. manu, idemque superscriptum in Cantabr. 2. et *πελόμενα* simul cum *παλλόμενα* et *τελλόμενα* adscriptum in Par. B. *τελόμεν'* G. Lips. Arund. Ox. Par. B. E. Colb. 1. et a recentiore manu M. *τελόμεν* Ald. *τελλόμεν'* Cantabr. 2. Par. N. Rob. Turn. *τελλόμενα* Mosc. 1. *τελούμεν'* Vit. Cantabr. 1. Mosc. 2. Taur. Vind. 1. 4. Deinde omnes *οὐ παρέρχεται*, quod in Mosc. 2. bis, et ante et post *τελούμεν'*, scriptum est. Vulgatum *τὰ δ' ὀλοὰ τελλόμεν' οὐ παρέρχεται* interpretantur *calamitas semel orta non praeterit.* Sed *τελλόμενα*, si haec vera esset scriptura, non *orta*, sed *orientia* mala significaret. Recipiendum *πελόμεν'* erat. Hoc aut cum *οὐ παρέρχεται* coniungendum est, ut sit idem ac si dixisset poeta *τὰ δ' ὀλοὰ οὐ λήγει γινόμενα*, aut ita haec explicanda, *quae perniciosa sunt* (i. e. pestifera, ut dirae), *non praetereunt, sed manent.* Neutrum satis placet, et admonet vitii versus antistrophicus. Quare scripsi

τὰ δ' ὀλοὰ
πελόμεν' οὐ μάψ ἔρχεται.

Invenitur *μαψίδιος* apud Euripidem Hel. v. 260.

750. *προπρύμναν* Lips. *πρόπρυμναν* Ald. Rob. *πρόπρυμνον* Turn. et ad ultimam syllabam *α* supra adscripto Par. C. *πρόπρυμνα* recte ceteri. *δὲ* plene Vit. *τὲ* Par. N. *ἐκβόλων* a pr. manu, *ἐκβολῶν* a sec. habuisse videtur M. *ἐκβολὰν* recentior manus fecit. Adscriptum hoc scholion, *ὅταν δὲ παχυνθῶσιν οἱ ἄνδρες τῷ ὄλβῳ, τότε ὅλον τοῦ φόρτον ἐκβολὴν ποιοῦνται. τοῦτο δὲ πρὸς Ἐτεοκλέα. ἐκβολῶν δέ, τῶν ὑβριστῶν, οἷον δι' ἐκβολῆς ὑβριζόντων.* Ceteri libri omnes *ἐκβολάν.*

751. *ἀλφηστᾶν* M. *ἀλφηστὰν* regius Spanhemii. *ἀλφηστάων* Par. B. E. Vind. 2. 4. *ἀλφιστῶν* G. sed ut *ι* in litura sit. *ἀλφιστῶν γρ. ἀλφοιτῶν* Taur. *ἀλφηστῶν* reliqui.

753. *γὰρ* omittit Lips. *τόσον* Rob. *τοσόνδ' γρ. τοσόν γ'* Par. B. *ἐθαύμασας* Lips.

754. *θεοὶ δὲ καὶ* Ox. Ald. *θεοὶ* omisso *καὶ* Cantabr. 2. Pro librorum scriptura *πόλεως* dedi *πόλεος* et addidi *ὁ*. Sic etiam Dindorfius.

755. Libri omnes *πολύβοτος*, nisi quod *πολύβοστος* est in Mosc. 2. Scholion in M. hoc est, *πολύβοτός τ' αἰὼν ὁ ὑπὸ πολλῶν ἐμβατευόμενος ἀνδρῶν, ἢ ἐπὶ πολὺ ἐκτεινόμενος*. Unde Blomfieldius collegit fuisse qui *πολύβατος* legerent. *βροτῶν* a sec. manu additum in Vit.

756. *ὅσων* et *οἰδίπου* Ox. *τόντ'* Par. E. *τίον* G. Vit. Taur. Ald. Rob. Turn. *τῖον* M. *τίων* Lips.

757. *ἀναρπαξάνδρα* Colb. 1. Ald. Ceteri *ἀναρπαξάνδραν*, nisi quod *ἀναρπαξανδρὰν* habet Lips. qui post hanc vocem addit *σφίγγα*. Scribendum erat *τὰν ἁρπαξάνδραν*.

759. *ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων. γρ. δ' ἄρ' ἔμφρων* ex Par. B. Faehsius affert.

760. *γένετο* G. Taur.

761. In *ἄλγει* priores duas litteras a sec. manu in litura scriptas habet M.

762. *μαινομένα* M. G. Vit. Vind. 1. 2. 4. *μαινομένη* Cantabr. 2. Turn. *μαινομένη* Lips. Ald. Rob. *κραδίᾳ* Turn. *καρδίᾳ* M. G. Cantabr. 2. Par. L. Vind. 1. 2. 4. Rob. *καρδία* Vit. Lips. Arund. Ox. Par. E. Ald.

763. *κάκ' ἐτέλεσεν* M. et regius Spanhemii. *κακὰ τέλεσε* Arund. *κατετέλεσε* Lips. *τέλεσε* interpretationi secundi scholiastae praefixum. Ceteri *κάκ' ἐτέλεσε*.

764. *χειρὶ* Lips. Cantabr. 1. 2.

765. *κρείσσω τέκνων* M. Vit. Lips. Ox. Par. A. E. Ald. idemque supra adscriptum in Par. B. *κρεισσῶ τέκνων* Par. C. *κρείσσων τέκνων* G. (sic G.) Mosc. 2. Taur. *κρεισσοτέκνων* Par. B. Turn. supraque adscriptum in Par. C. *κρισσοτέκνων* Mosc. 1. et regius Spanhemii. *κρεισσόνων τέκνων* Arund. Par. F. K. Ask. A. Rob. *τῶν κρειττόνων τῶν* supra adscriptum in Mosc. 2. Deinde *δ' ἀπ' ὀμμάτων* M. Vit. Lips. (*ὀμάτων* Lips.) Arund. Par. B. H. L. Colb. 1. Ald. Turn. *τ' ἀπ' ὀμμάτων* Taur. *δ' ὀμμάτων* Par. A. *ἀπ' ὀμμάτων* G. Par. K. Ask. A. Vind. 1. 2. 3. 4. Rob. Certa emendatione scribendum est

κυροστέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη,

privavit se oculis qui liberis occursuri erant, i. e. visuri eos. Conf. Soph. Oed. R. v. 1268. seqq.

766. Libri *τέκνοις δ' ἀραίας*. Scribendum erat *τέκνοισιν δ' ἀράς*.

767. *ἀφῆκεν* G. Mosc. 2. Ask. A. Turn. adscriptumque in Par. B.

ἐπικότοις, supra adscripto ους, Lips. ἐπικότας Ald. ἐπισκότους Taur. adscriptumque in Par. B. ἐπιτρόπους Par. E. Deinde libri τροφάς. Sed τροφᾶς adscriptum in Par. B. Heathii ἐπίκοτος τροφᾶς probarunt Brunckius, Porsonus, Blomfieldius. Brunckius tamen ἐπικότους τροφᾶς servari posse dixit, servavitque recte Schützius. Scholiastes Sophoclis ad Oed. Col. 1375. postquam versus attulit ex Thebaide, in quibus Oedipus filios propter coxam ab iis missam exsecratus esse narratur, haec addit, τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Interpretatus igitur est τροφᾶς propter victum, idque probavit Heathius. Rectissime Schützius intellexit, potius propterea ira correptum esse Oedipum dici, quod educasset inceste prognatos filios. V. Opusc. VII. p. 204.

768. αἳ αἳ M. Lips. Ceteri, ut videtur, αἳ αἳ. πικρογλώσσου ἀρᾶς Ox. Ald. Ex Par. B. Fachsius haec affert, ἀρᾶς. πικρονόμους ἢ πικρογλώσσους. τὸ δὲ αἳ αἳ διὰ μέσου, et αἳ αἳ, πικρογλώσσους. γρ. πικρονόμους.

769. καὶ σφὲ, ad καὶ supra adscripto ἢ, Lips. ἢ σφὲ Ven. B. σφε δὴ ex Taur. affertur. σιδηρονόμῳ Lips. Mosc. 1. Turn.

770. δία χερί Porsonus. διαχειρίαι M. διαχειρίαν Cantabr. 1. διὰ χειριὰ G. διαχειρία Vit. Lips. Taur. Ald. Rob. Turn. διαχειρίᾳ inde a Victorio scribebatur.

771. ποτὲ κτήματα Par. E.

772. μὴ δὲ τελέσῃ Vit. ἐρινύς M. Vulgo Ἐρινύς. Tzetzes in Exegesi Iliadis p. 15, 24. ἢ ποίνιμος καὶ κατ' Αἰσχύλον καμψίπους Ἐρινὺς μετελεύσοιτο. Hic igitur secutus esse videtur scholiastae explicationem, ἡ κάμπτουσα τῶν κολαζομένων τοὺς πόδας. οἱονεὶ ἡ συμποδίζουσα καὶ μὴ ἐῶσα φυγεῖν. Schützius "aliud est" inquit "γόνυ κάμπτειν, quod significat requiescere, aliud πόδας κάμπτειν, quod est ambulare, ire. Ideoque καμψίπους h. l. est pedes mobilis." Interpretationem veram esse puto: et habet eam etiam scholiastes in cod. G. qui allatis, quae etiam in vulgatis scholiis exstant, addit ἢ ἡ κεκλιμένους ἔχουσα πόδας πρὸς (scr. πρὸς τὸ) ταχέως παραγίνεσθαι ὅπου ἂν ἔλθοι (scr. ἔλθῃ). Rationem tamen minus idoneam ab se allatam esse animadvertisset Schützius, si meminisset Furiam etiam καμπεσίγουνον dictam esse. Hesychius καμπεσίγουνος, ἡ Ἐρινύς, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὰ γόνατα τῶν ἁμαρτανόντων. Praeterea non modo γόνυ κάμπτειν quiescere est, sed etiam κῶλα κάμπτειν, ut apud Sophoclem in Oed. Col. v. 19. Nec dubito quin id etiam πόδας κάμπτειν dici potuerit. Καμψίπους quidem et καμπεσίγουνος de Furia dicta non videntur aliter quam ut Schützius voluit intelligi posse, quum propterea quod huiusmodi composita pedes paene postulant intelligi eius de quo usurpantur, non aliorum, tum quod alia nomina, quibus Furiarum celeritas indicatur, hanc interpretationem suadent. Eandem confirmat vocabulum καμπεσίγυιος, de quo vide Hesychium eiusque interpretes. Neque κάμπτειν γόνυ

necessario de quiete intelligendum esse Xenophon arguit de re equestri I. 6. *τά γε μὴν γόνατα ἢν βαδίζων ὁ πῶλος ὑγρῶς κάμπτῃ, εἰκάζοις ἂν καὶ ἱππεύοντα ὑγρὰ ἕξειν τὰ σκέλη· πάντες γὰρ προϊόντος τοῦ χρόνου ὑγροτέρως κάμπτουσιν ἐν τοῖς γόνασι.* Ex quo loco Pollucem I. 191. haec habere animadverterunt interpretes Xenophontis, *γόνατα δυςκαμπῆ· ὁ γὰρ ὑγρὸς κάμπτει τὰ γόνατα ἀκοπώτερον καὶ ἀπταιστότερον βαδίζει.*

773. *παῖδε* Lips. Libri *τεθραμμέναι.* Hoc cum *μητέρων* coniunctum esset ea ratione, qua *σᾶς ἀλόχου σφαγείς* et similia dicuntur. Sed valde hoc languet. Scholiastes haec adnotavit, *συγγενεῖς, ἢ δειλαί, ὑπὸ μητέρων ἁπαλῶς τεθραμμέναι*, quae videri possunt alius scripturae vestigia continere. Scribendum putavi *τεθρυμμέναι, delicatae.*

774. *δούλιον* Vit. *δόλιον* Par. E.

775. *πέπτωκεν δ'* M. *πέμπτωκεν* Lips. *ὀβρίμων* M. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. A. B. Colb. 1. Taur. Rob. *ὀμβρίμων* G. Vit. Lips. Ald. Turn.

776. *πόλις τ'* Colb. 1. *εὐδείᾳ* Lips. Cantabr. 1.

778. *στέγει* M. Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. Turn. *στέργει* Cantabr. 1. Mosc. 2. Par. C. E. N. Colb. 1. Vind. 2. 4. et adscripto *γρ. στέγει* Par. B. *στέργει* habuerat etiam G. sed *ρ* erasum est. *στένει* Rob. *πύργος καὶ πύλαι·* Vit. *ἱκανοῖς δὲ* ad *φερεγγύοις* adscripto. *φερεγγύους* Rob. *φερεγγύοις. γρ. φερεγγύους, ἢ ἢ πρὸς τὸ πύλας, φερεγγύους πύλας, τὰς δυναμένας φέρειν τὴν ἐγγύην* Par. B.

779. *ἐφραξάμεσθα* Turn. *ἐφραξάμεθα* M. G. Vit. Lips. Mosc. 1. 2. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. Rob. *ἐφρεξάμεθα μονομόχαισι* Par. E.

780. *καλῶς δ' ἔχει* Lips. Cantabr. 1. Colb. 1. 2. Rob. In M. *δ'* a recentiore manu supra adscriptum est. *πλεῖστα ἕξ* Vit. Mosc. 1. uterque supra scripto *ἐν*. In Vit. syllaba una inter *πλεῖστα* et *ἕξ* erasa. *πυλώμασιν* M. Ceteri *πυλώμασι.*

781. *ἑβδομαγέτης* Mosc. 1. Dorica forma etiam Proclus usus est in commentario ad Timaeum Platonis III. p. 200. Dixi de hoc nomine Apollinis in Opusc. VII. p. 293.

782. *εἵλετο* a pr. manu M. *εἵλετ'* G. *εἰδίπου* G. *οἰδίπους* Mosc. 1.

783. *παλαιᾶς* Lips.

784. *πρᾶγος* Arund. Cantabr. 1. Par. A. B. L. Vind. 1. 4. Rob. *πρᾶγμα* M. G. Vit. Lips. Ald. Turn. adscriptumque in Par. B. *νεόκοτον* M. Vit. Lips. Par. B. Ald. Rob. Turn. *νεόκητον* G. Mosc. 2. quod in G. per *νεωστὶ γεγενημένον*, in Mosc. 2. per *νεωστὶ κατεσκευασμένον* explicatur. *νεότοκον* Par. H. N. Colb. 1. idemque adscriptum in Cantabr. 2. Par. B. *παρόν* G. Par. B. aliique, ut videtur, codices et Ald. Turn. *πλέον* M. Vit. Lips. Cantabr. 1. Mosc. 1. Par. E. N. Colb. 1. adscriptumque in Par. B. In Vit. *γρ. παρόν* a recentiore manu supra scriptum est. *καὶ πλέον* Rob.

785—801. Quae post versum 784. sequuntur, valde perturbata sunt. Ea in omnibus libris hoc ordine scripta leguntur,

Α. πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' ὁμόσποροι
ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.
Χ. τίνες; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.
Α. φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος.
Χ. οὐ γὰ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.
Α. οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.
Χ. ἐκεῖθι κῆλθον; βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον.
Α. οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίρουτ' ἄγαν.
Χ. οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.
Α. αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος.
τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
πόλιν μὲν εὖ πράσσουσαν, οἱ δ' ἐπιστάται,
δισσῷ στρατηγῷ, διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.
ἕξουσι δ' ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονός,
πατρὸς κατ' εὐχὰς δυσπότμους φορούμενοι.
πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν
πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

Difficile dictu fortasse videbitur, unde tanta oriri perturbatio potuerit. Factam tamen esse, neque ista hoc ordine scribi ab Aeschylo potuisse, manifestum est. Persequar singula. Primus horum versuum, *πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' ὁμόσποροι*, qui infra paene iisdem litteris repetitur, hac ipsa repetitione suspicionem vitii movet. Magis etiam eo, quod nuntio contra morem tragicorum hic duo versus tribuuntur, quum chorus uno interrogaverit. Itaque Porsonus hunc versum uncis inclusit, ut nuntius hoc uno versu responderet, *'ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.* Sed rectius Porsonus illum versum non hic, sed infra eiecisset. Illo enim loco perabsurdum est, quae modo clare dicta erant, his verbis iterari, *πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.* Quod credas non latuisse librarium, qui codicem Vit. scripsit, vel alium, quem hic secutus est: tribuit enim hos versus nuntio, quum ea, quae inde a verbis *τοιαῦτα χαίρειν* procedunt, choro adscripsisset, similiterque in Lipsiensi ad illum versum *τοιαῦτα χαίρειν* chori nomen adscriptum est, hic autem versus *πατρὸς κατ' εὐχὰς* cum duobus sequentibus nuntio tributi sunt. Contra choro interroganti *τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρών;* quid potuit aptius responderi quam *πόλις σέσωσται?* Quid autem ineptius fuisset quam, ubi nuntius respondisset *'ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων*, chorum subiicere *τίνες; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου*, et mox, quod prorsus absurdum esset, *μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν?* Non magis reliqua sana sunt. Illa quidem, *φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος*, poeta tragicus non posuisset sic ut oratio explenda esset ex praegressis nuntii verbis, sed ut e

sequentibus. Huic versui, *οἳ 'γὼ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν*, non subiecisset illa, quae sunt confirmantis ante dicta, non rem novam afferentis, *οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι*, sed apertis verbis dixisset *mortui sunt*. Nec posuisset ista, *ἐκεῖθι κἦλθον*, nisi proxime praegresso, quo referrentur. Nam si aliquam vim esse in his verbis volumus, sententia haec sit necesse est, *eo igitur pervenerunt, ut mutua caede se interimerent?* Quid porro hoc est, quod his verbis, *βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον*, respondet nuntius *οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν*? Id vero non narrantis est et ad chori interrogationem respondentis, sed sortem fratrum conquerentis: quare, ut brevius dicam, non nuntii est, sed chori. Denique nihil frigidius fingi potuit, quam eodem modo a choro, si praecedens versus nuntii est, iterari *οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα*. Haec igitur tam foede depravata ita mutare ausus sum, ut res ipsa, ut mos tragicorum, ut Aeschyli ingenium postulare videbantur. Iam enim metuenti choro, ne aliud urbi malum immineat, respondet nuntius, ut et hac sollicitudine liberet chorum, et, quid acciderit, narrare incipiat,

πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν —

Praesagiens mala chorus respondet

τίνων; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.

Ad haec nuntius, nominatim, de quibus loquatur, indicaturus, adhuc suspensa oratione,

φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένους —

Iam certius rem intelligit chorus:

οἳ 'γὼ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.

Tum vero nuntius concludit orationem,

πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

Ibi chorus, facinoris atrocitate exhorrescens, apertius etiam sibi narrari rem postulat:

ἐκεῖθι κἦλθον; βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον.

Respondet ergo non ambigue nuntius,

'ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

Inde chorus, rem paene incredibilem secum reputans,

οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν.

Confirmat id nuntius:

οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.

Iterum chorus, eadem cogitatione occupatus,

οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.

Quae iterum denique confirmat nuntius. Non dubito, qui sensum habent tragicorum lectione bene subactum, re diligenter considerata facile ad meam sententiam perductum iri. Origo autem tantae perturbationis, si ad levem, sed cum satis certum errorem attenderis, patebit planissime. In antiquo illo libro, ex quo nostri codices ducti sunt, librarii negligentia omissus fuerat hic versus,

πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

Quem versum librarius una cum illo versu, ad quem haec verba referebantur,

πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν,

adiecit in fine huius colloquii, signis quibusdam monens, ad quem ille locum pertineret. Signis illis, ut saepe factum est, neglectis, grammaticus aliquis emendationem aggressus, neque suspicatus duos illos versus alieno loco positos esse, quum omne colloquium chori cum nuntio videret esse perturbatissimum (et quam perturbatum videri debuerit, facile intelliget, qui totum hunc locum, uti a nobis emendatus est, legere volet versu illo omisso), grammaticus igitur versus in alium ordinem redegit, simulque genitivos *βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν* et *τίνων* et *γένους*, qui non habebant quo referrentur, in nominativos mutavit.

785. *βασιλέως* M. Par. H. In M. a recentiore manu *εῖς* supra adscriptum. *βασιλεῖς* G. Lips. Cantabr. 1. 2. Mosc. 1. 2. Par. F. Ask. A. Colb. 1. 2. regius Spanhemii, Rob. et ex correctione Vit. in quo antea pro ultima syllaba duae fuerunt, quas nunc vix possis dispicere. *βασιλέες* Par. B. (hic quidem adscripto *γρ. βασιλεῖς*) et alii, ut videtur, codices ac Turn. *βασιλεῖ* Ald. Deinde "*ὁμόσποροι, οἱ αὐτάδελφοι. γρ. ὁμοσπόροιν* aut *ὁμοσπόρων*" ex Par. B. Fachsius affert. Servatum est *βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν* infra post v. 801. ubi quidem *βασιλείοιν* habent M. Vit. Mosc. 1. Ox. Ald. *βασιλέοιν* Lips. sed ad *οιν* in hoc vocabulo et in *ὁμοσπόροιν* supra adscripto *ων*.

786. Libri omnes *τίνες;*

787. *τόκος*, sed supra scripto a sec. manu *γένος*, M. Ceteri omnes *γένος*.

788. *οἳ 'γὼ* Canterus. *οἳ ἐγὼ* M. *οἳ ἐγὼ* G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn.

789. *πέπωκεν* M. G. Par. B. Turn. *πέπτωκεν* Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Colb. 1. 2. Mosc. 1. Ox. Par. K. L. Taur. Ald. *πέπωκται* Rob. Deinde *γαῖ'* G. Ald. Rob. Turn. Idem adscriptum in Par. B. et in M. a recentiore manu ex *γὰρ* (sic) factum. *γᾶν* Vit. Cantabr. 1. Colb. 2. Par. B. et adscripto *γρ. γᾶ* Lips. *γᾶ* Mosc. 1. Ox. *γᾷ* regius Spanhemii. In G. ad *πέπωκεν αἷμα γαῖ'* hoc scholion adscriptum est, *πέπτωκεν αἷμα γαῖα. γράφεται καὶ πέπωκε. πέπτωκεν ἤγουν κέχυται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν τῇ γῇ, τῷ φόνῳ τῷ ἐπ' ἀλλήλων γενομένῳ.*

790. *ἐκεῖθε* Par. E. *κεῖσθον*, ad primam syllabam a sec. manu .ηλ. supra adscripto, M. *κεῖλθον* Rob. *βαρέα δ' οὖν ὅμως* M. G. Vit. Par. B. Ald. Turn. *βαρέα μὲν ὅμως* Cantabr. 1. 2. Rob. *βαρέα μὴν ὅμως* Lips. *βαρέα μὲν ἀλλ' ὅμως* Par. C. F. K. L. Ask. A. Ven. B. idemque adscriptum in Par. B. *βαρέα* an *βαρέως* Mosc. 1. habeat dubium. *βαρέως μὲν ἄλλ'* sine codicis nota Spanhemius adscripsit. *φράσω* Par. E.

791. *ἄνδρες* libri. *χερῶν* G. Turn. *χειρῶν* M. Vit. Lips. Can-

tabr. 1. Ald. Rob. χρεῶν Par. E. αὐτομάτων, supra scripto a sec. manu .κτόνων., M.

792. ἠναίροντ' Lips. ἠνήροντ' Turn. Nauckio ad Aristoph. p. 18. hoc versu ἅμα, versu qui nobis 794. est ἄγαν scribendum videtur.

793. μὴν M. Lips. Ald. Turn. νῦν G. Vit. Mosc. 2. Vind. 1. Rob. γε μὴν Cantabr. 1. κατεσποδημένοις G.

794. οὗτος G. ὄντως Vind. 1. 3. κοίνως Par. C.

795. Ad δ' a recentiore manu γ supra adscriptum in M. ἐναλοῖ G. ἑναλοῖ, cum glossa ἠφάνισε, Mosc. 2.

796. χαίρειν κακὰ καὶ Vit. Mosc. 1. Par. N. Colb. 1. δακρύσασθαι G. Vit. Taur. Vind. 1. 3. Turn. δακρύσεσθαι, addito σ ab ipsa, ut videtur, prima manu, M. δακρύεσθαι Lips. Arund. Cantabr. 2. Par. A. B. H. K. L. Ven. B. Ald. Rob. δακρύσεσθαι Mosc. 1. Par. E. N. Colb. 1. Vind. 2. 4.

797. πόλις Taur. et hoc ex πόλιν factum in G. εὖ πράσσουσαν M. G. Lips. Turn. εὐπράσσουσαν Vit. Ald. Rob. εὖ πράσσουσα Taur.

799. Σκύθης σίδηρος ex hoc versu habet Stephanus Byz. in v. Σκύθαι, ubi in libris σκύθης ὁ σίδηρος scriptum est. σκύθησισιδηροκτημάτων Lips. χρημάτων a pr. manu Cantabr. 2. παμπησίας Mosc. 1.

800. ἐν ταφῇ M. G. Vit. Ald. Turn. ἐν τάφῳ Par. F. K. L. Ask. A. Rob. ἐν σαφῇ Lips. Omittit has voces Par. E. Libri χθονός. Brunckius scribendum putabat χθόνα, usus argumento inani, quod χθονός non haberet unde regatur. Necessaria tamen illa emendatio est meritoque recepta a Blomfieldio, quia sensus non potest alius esse, quam tantum illos patriae terrae esse habituros, quantum sepulcro sufficiat: quae sententia iam supra prolata erat a choro v. 712. χθόνα ναίειν διαπήλας, ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν, τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους. Sophocles Oed. Col. v. 789. ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον, ἐνθανεῖν μόνον.

801. δυσποτμῶς Cantabr. 1. Libri φορούμενοι. Videri potest hoc intelligendum esse de exsequiis: sed scribendum potius est φουρούμενοι, ut hoc insolentius active dictum sit.

802. ὦ μεγάλε Ζεῦ afferunt Tzetzes in Exegesi Iliadis p. 121, 20. Eustathius p. 1214, 55. 1843, 17. ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολισσοῦχοι θεοὶ Tzetzes ad Hesiodi O. et D. v. 118. Ac πολισσοῦχοι M. Vit. Rob. Turn. πολισοῦχοι G. Lips. Vind. 1. 2. 4. Ald. πολισοῦχον Par. C. πολιοῦχοι Burtonus scribendum esse vidit. καὶ omittit Par. E.

803. 804. Libri δαίμονες οἳ δὴ κάδμον πύργους | τούσδε ῥύεσθε |, nisi quod δὴ omittit Taur. κάμδον habet Lips. τούσδε ῥύεσθαι Lips. Mosc. 1. τούσδ' ἐρύεσθε, supra adscripto τούσδε φυλάσσετε, Mosc. 1. In M. fuisse videtur τοὺσδ' ἐρύεσθαι, sed ut ipsa prima manus αι in ε mutaverit: hinc deinde factum τούσδε ῥύεσθε. Metrum monstrat aut excidisse aliquid post ῥύεσθε (et putavit Dindorfius excidisse

dipodiam anapaesticam, qua ultima illius verbi syllaba producta fuerit), aut aliter haec perturbata esse. Scripsi

δαίμονες, οἵ τούςδε ῥύεσθε
Κάδμου πύργους.

805. *χαίρων ἀπολολύξω* Lips.

806. *πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι* M. Lips. Ald. Rob. Turn. *πόλεως ἀσινεῖ σωτηρίᾳ* G. Vit. Mosc. 1. (*σωτηρίᾳ* Vit. Mosc. 1.) Par. E. N. Colb. 1. Vind. 1. 3. Altera lectio, bona ad sensum, metro repugnat. Prior sensum praebet minime aptum. Nam sive *σωτῆρι* de Iove, sive, quod Stanleius fecit, generatim de deo dici putes, cur servatore urbis potius, quam servata urbe, cur Iove magis aut deo, quam diis his, quos modo invocaverat, laetatur chorus? Itaque scripsi

σωτῆρι πόλεως ἀσινείᾳ.

Σωτὴρ ἀσίνεια est *σωτηρία*. Hinc eo vocabulo solo usus est scholiastes, qui haec adscripsit, *ἄρα χαίρω καὶ ὑμνήσω καὶ παιανίσω ἐπὶ τῇ πόλεως σωτηρίᾳ*. Non legitur haec adnotatio in M. Alter autem scholiastes *ἀσινεῖ*, inquit, *ἀβλαβεῖ. σωτηρίας τοῦτο γὰρ ἐπίθετον*. Eone ordine hic verba posuerit? Et quid attinebat monere, *ἀσινεῖ* epitheton esse *σωτηρίας*, quod neminem latere poterat? Nisi fallor, observatio illa vitium traxit e corrupto textu poetae, scripseratque scholiastes *ἀσινείᾳ, ἀβλαβείᾳ σωτῆρι· τοῦτο γὰρ ἐπίθετον*. Apertum est idoneam caussam fuisse, quare hoc adderet, *τοῦτο γὰρ ἐπίθετον*.

808. *πολεμάρχας*, quod adscriptum est in Par. B. merito recepit Brunckius. Sic etiam Arund. Par. E. Vind. 2. 4. Ceteri *πολεμάρχους*.

809. *καὶ κατ'* Ald. Rob. *ἐπωνυμίαν* M. G. Lips. Par. A. Ald. Rob. *ἐπωνυμίους*, supra scripto *αν*, Vit. *ἐπωνυμίην* Turn. et plerique, ut videtur, codices.

810. *καὶ* omissum prius, sed minio supra scriptum in G. *καὶ πολυνεικεῖς* post *ὀρθῶς* collocavit Blomfieldius. Bothius et Dindorfius haec duo vocabula delenda esse putaverunt. Mihi non videtur esse veri simile aut praetermissum esse Eteoclem aut non significatum Polynicem. Scholiastes haec adnotavit, *ὀρθῶς οὖν καὶ ἐπωνύμως Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης ἐκλήθησαν*. Puto dimidiam versus partem excidisse: quam sic explevi,

**κλεινοί τ' ἐτεὸν* καὶ πολυνεικεῖς.*

Possunt alia excogitari, veluti *σύν τ' εὐκλείᾳ*.

811. *ἀσεβῆ* Lips.

813. *γένεος τ'* Lips. *γένος* Ask. A. Colb. 1. *οἰδίπου*, omisso *τ'*, Rob. *τὸ τέ παρέλκει* adscriptum in Par. B. *οἰδίπου γ'* Cantabr. 1. 2. ut Stanleius scribendum putabat. Brunckius vulgatam scripturam ita tuetur, ut duas imprecationes intelligendas censeat, unam qua olim universum Labdacidarum genus devotum fuisset, alteram Oedipi, quam is filiis dixerit. Recte, puto: sed quae huic explicationi firmandae attulit,

Eur. Phoen. 1075. Soph. Ant. 593. 860. minus apta sunt quam, quem omisit, Phoenissarum versus 1605. ubi Oedipus sic dicit,

ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.

Ibi scholiastes *ἀρὰς δὲ λέγει τὰς παρακολουθούσας τῷ γένει αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Πέλοπος, οὐχ ἃς αὐτῷ ὁ Λάϊος προσηράσατο, ἐπεὶ οὐδὲ φέρεταί τι τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ Λαΐου πρὸς τὸν Οἰδίποδα, ἀλλ' ὡς ὁ Πέλοψ Λαΐῳ κατηράσατο δυςθυμήσας ἐπὶ τῇ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου ἁρπαγῇ, ἣν ἡρπάξατο ὁ Λάϊος.*

814. *κακόν με* M. Lips. Arund. Cantabr. 2. Par. B. Rob. *κακόν μοι* Vit. Colb. 1. *κακόν μου* G. Cantabr. 1. Mosc. 1. Ox. Par. C. E. F. Ask. A. Colb. 2. Taur. Vind. 1. Ald. Turn. idemque adscriptum in Par. B. Lectum etiam esse *κακοῦ* ex adnotatione codicis Vit. *ἢ κακοῦ ἀντὶ τοῦ κινδύνου*, colligas. *καρδίαν* Cantabr. 1. 2. Par. H. L. ut Brunckius scribendum esse coniecerat. *καρδίαι* (sic, non *καρδίαν*) M. *καρδίᾳ* vel *καρδίᾳ* G. Vit. Lips. Arund. Mosc. 1. Ox. Par. A. B. Ask. A. Colb. 1. Ald. Rob. *κραδίᾳ* Turn. *τι* omittit Taur. *τὶ* in *'πὶ* mutatum in Par. B.

περιπίτνει a pr. manu M. *περιπιτνεῖ* M. a recentiore manu et Vit. Lips. Turn. *πέρι πιτνεῖ* Ald. *περὶ πιτνεῖ* Rob. *περιπίπτει* Arund. Par. F. K. Ask. A. *περιπνεῖ* G. Taur. Ex Par. E. *κρού* enotatum.

815. *μέλος τύμβῳ* Arund. *μὲ τύμβῳ* ex Par. E. enotatum.

816. *θυιὰς* M. *θυὰς* ceteri. Ante hanc vocem Rob. *ὡς* habet, *θυὰς ὡς* ex Ask. A. affertur. Non habent *ὡς* M. G. Vit. Lips. Ox. Par. C. E. L. N. Colb. 1. Taur. Ald. Turn. *αἱματοστυγεῖς* Ald. Rob.

817. *δυσμόρως* M. (sic M. ut videtur, non *δυσφόρως*) G. Arund. Mosc. 2. Par. A. B. (ex Par. B. Faehsius *δυσφόρους. γρ. δυσμόρους* affert) Vind. 3. *δυσμόρους* Lips. Rob. Turn. *δυσφόρως* Ox. et Faehsio teste Par. L. *δυσφόρους* Mosc. 1. Colb. 1. Ald. et adscripto *δυσμόρους* Vit. Par. N. *δυσφόρους μόρους* Par. C.

818. *θανόντα* Rob.

819. *ξυναυλίᾳ* Ald. *δουρός* G. Lips.

820. *ἀπεῖπεν* M. Par. L.

821. *πρόθεν* Par. C. *πατρῴᾳ* Par. F. K. In hoc versu desinit Taur.

822. *ἄπιστοι* ad *ι* superscripto *ει* Vind. 4. *ἄπιστα* Rob.

823. *μέριμναι* Vit. Lips. Cantabr. 1. Ald. *πτόλιν* M. Lips. Turn. *πόλιν* G. Vit. Ox. Par. C. Vind. 2. 4. Ald. Rob.

824. *θέσφατ'* M. Arund. Par. E. L. Colb. 1. Vind. 1. 2. 3. 4. *καὶ θέσφατ'* G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn.

825. *εἰργάσασθε* Ald. Turn.

826. *ἦλθ' αἰακτὰ* G.

827. *πήματα οὐ* Vit.

828. Non animadverterunt critici haec quoque antistrophica esse. In *προῦπτος* litteras *ροῦπ* in litura habet M. *τρεπτὸς* Arund.

829. *διπλαῖς μερίμναις* ante rasuram in M. fuisse videtur.

δίδυμ' ἀνορέα M. G. Vit. Mosc. 1. 2. Ox. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. *δίδυμ' ἀνορέᾳ* Turn. *διδομανόρεα* Arund. Par. L. Rob. *διδυμανόρια* varia lectio apud Turnebum, et sic Lips. sed ut penultima vocalis *ι* in *ει* aut in *ε* mutata videatur. *διδυμάνορα* Par. A. (*δίδυμ' ἄνορα* ex Colb. 2. affertur). *διδυμ' ἄνορα* Cantabr. 1. Deinde *κάκ'* omnes libri. Scripsi mutatione lenissima

δίπλαῖ μέριμναι, δίδυμ' ἀγανόρεα κακά,

gemina fortiter patrata mala.

830. *αὐτοφόνα* M. Lips. Ald. Rob. *αὐτόφονα* G. Vit. Turn. *αὐτόφονον* Par. E. Tum omnes *δίμοιρα τέλεια.* Denique *τὰ πάθη. τί φῶ* M. G. Vit. Lips. Vind. 2. 3. 4. Turn. *τάδε πάθη. τί φῶ* Arund. Par. A. (*δὲ τὰ* ex Colb. 2. affertur) Rob. *τάδε παθεῖν. τί φῶ* Ven. B. *τὰ δὲ πάθη. τί φῶ* Cantabr. 1. 2. Par. K. *τε πάθη. τί φῶ* Vind. 1. *πάθη τί φῶ* Ox. Ald. Sententiae pariter et metro ut consulerem, scripsi

αὐτοφόνα, δίμοιρα, τέλεα τάδε πάθη· τί φῶ;

831. Vulgo *τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων δόμων ἐφέστιοι.* Sola hic Rob. editio salutem affert, in qua *πόνων* omissum est. Eadem *δομάτων,* sic.

832. Libri *ἀλλὰ γόον ὦ φίλαι,* nisi quod *γόων* habent Lips. Arund. Cantabr. 1. Rob. et *ο* supra scripto Par. C. Idem *γόων* supra adscriptum in Par. B. Recte hoc recepit Brunckius: sed metrum postulat, ut etiam *ὦ* deleatur, et scribatur *φίλαι.* *κατ' οὖργον,* sed *γ* a recentiore manu inserto, M. *γρ. κακούργων* Par. B.

833. *κράτει* Par. E. *κρατεῖ* Par. C.

834. *πύτιλον* G. *αἰεὶ* recte G. Vind. 1. 2. *ἀεὶ* Vind. 3. 4. *αἰὲν* ceteri.

835. Libri *τὰν ἄστονον μελάγκροκον ναύστολον θεωρίδα,* nisi quod *τὴν* habet Par. C. *ταἄστονον* G. *τὰν νῦν ἄστολον* Lips. et in margine *γρ. ἄστονον,* sed addito signo, quod hanc lectionem ad *ναύστολον* pertinere indicat. *ἄστολον* pro *ἄστονον* commemorat etiam secundus scholiastes. *τὰν ἄστονον μελάγκροκον ἄστολον θεωρίδα* Rob. Deinde *μελαγκροκὰν* M. *μελάγκαρον* Ald. Thomas M. p. 181, 10. ed. Ritsch. ex hoc loco affert *ναύστολον μελάγκροκον θεωρίδα.* Apparet scribendum esse

τὰν ναύστολον μελάγκροκον θεωρίδα.

Vidit hoc etiam Dindorfius. *τὰν ναύστολον* primo in *τὰν ἄστολον,* inde in *τὰν ἄστονον* abiit, et adscripta vera lectio alienum locum occupavit. *Αἰεί* ostendit *ἀμείβεται* non esse de hoc praesenti planctu intelligendum, sed de remigatione, qua perpetuo mortui in Orcum transferuntur. *Θεωρίς* autem non navis est, sed via. Hesychius in v. *θεωροί,* — *λέγουσι δὲ καὶ τὴν ὁδόν, δι' ἧς ἰᾶσιν ἐπὶ τὰ ἱερά, θεωρίδα.* Euripides Hec. v. 1105. (1073.) *ἢ τὸν ἐς Ἅιδα μελανοχρῶτα πορθμὸν ἄξω τάλας;* Hoc igitur dicit chorus, *largo cum luctu in capite vestro imitamini remigationem manuum, quae perpetuo per Acherontem navalem*

nigram viam. non calcatam Apollini, non lustratam soli, ad omnes recipiens ignotum litus transit. Magna audacia *μελάγκροκον* poeta dixit, nisi forte scripsit *μελαγκρόκων*, *mortuorum*, ut *μελάμπεπλος* dicitur rex mortuorum ab Euripide Alc. v. 859.

836. *τὴν* Par. C. *ἀστιβῆ 'πόλλωνι* Pauwius. Libri *ἀστιβῆ ἀπόλλωνι*. *ἀνάλιον* ad alteram syllabam *ι* superscripto Lips.

837. *πάνδομον*, sed cum glossa *τὴν πάντας δεχομένην*, G. *ἀφανῆ* Boeckhius in praefatione lectionum aestivarum a. 1827. p. 11. in *δυςφαῆ* vel *νηφανῆ* mutandum putavit, utrumque non recte.

838. *ἀλλ' ἥκουσ'* Colb. 1. 2. *οἰκουσ'* Par. E. *ἐπὶ ἐπράγω* Lips.

839. *ἀντιγόνην* Par. C. *ἀντιγόνη τ' ἠδ'* M. *ἀντιγόνη θ' ἠδ'* G. Vit. Colb. 1. Ald. *ἀντιγόνη θ' ἢ δ'* Rob. *Αντιγόνη θ' ἠδ'* Turn. *ἀντιγόνη τ' ἠδ'*. *γρ. θ' ἤδ'* ex Par. B. Fachsius affert. *ἀντιγόνη δ' ἰσμήνη* Lips.

840. *ἀδελφῶν* Par. C. *ἀδελφοῖν*. *γρ. ἀδελφῶν*. supra ser. *ἀδελφόν* ex Par. B. Fachsius enotavit. *ἀδελφοῖς* Cantabr. 2. Post *ἀδελφοῖν* interpungunt G. Vit. Turn. Et sane melius *θρῆνον ἀδελφοῖν* cum praecedentibus coniungimus, ut explicetur eo *πρᾶγος*, quam cum sequentibus.

841. *ἐκ* omittit Par. N. *καὶ* pro eo habet Colb. 2.

843. *ὑμᾶς* Vit. Ask. A. *φήμη* Par. E. *Πρότερον φήμης* esse puto *ante luctum sororum.*

844. *θ'* omittunt G. Vind. 1. Rob. *ὕμνον τ'* Colb. 2. *ἐρινύος* M. Ceteri *Ἐριννύος*.

845. *ἰσχειν* Par. E. *ἀΐδα τ'* M. G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *ἀΐδᾳ τ'* edidit Victorius. Friget dativus et praecessit modo *ὕμνον Ἐρινύος*.

846. *ἐπιμάρπτειν* varia lectio apud Turnebum. *γρ. ἐπιμάπτειν* sic Par. B.

847. Male hi versus in libris tribuuntur hemichorio. Chori sunt universi, cuius nomine vel a coryphaeo vel a paucis ex choro pronuntiabantur. Mox demum, quum melica incipiunt, chorus in duas partes dividitur.

848. *δυσαδελφώταται* G. *δυσαδελφότατε* Lips.

849. *ἐσθῆσιν* M. *αἰσθῆσι* Colb. 2. Ceteri *ἐσθῆσι*, nisi quod *ἐσθῆτα* habent Rob. et *σι* superscripto Cantabr. 2. Probat *ἐσθῆτα* scholiasta secundus.

850. 851. *οὐδεὶς μὴ ἐκ* G. Ald. *οὐδείμη'κ* Lips. *μ' ὀρθῶς* Cantabr. 1.

852. *ἰὼ* semel Par. F. Haec antistrophica esse olim a me animadversum est in libro III. de metris, sed ut in nonnullis peccarem.

853. *φίλον* Ald. *φίλων τ'* Par. E. *ἀπούμονες* Lips.

855. *μέλεοι* bisyllabum est, ut v. 920. *ἀλκᾷ* M. G. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *γρ. αἰχμᾷ* manus secunda in margine M. et sic Arund. Ox. Par. E. H. *ἀκμῇ*, supra scripto *λκ*, Colb. 1.

857. *εὕροντο*, ad alteram syllabam *α* supra adscripto, Lips.

εὕραντο Ald. Rob. δόμων omittit Par. E. λύμᾳ Cantabr. 1. Par. B. et η superscripto Lips.

858. ἰὼ semel Colb. 1. δωμάτων M. Lips. Turn. δομάτων Rob. δόμων G. Vit. Ox. Ven. A. Ald.

859. ἐρειψίτοιχοι G. Turn. ἐρειψίτειχοι Cantabr. 1. ἐριψίτοιχοι Vit. Lips. Arund. Cantabr. 2. Ald. Rob. ἐρριψίτοιχοι Par. L. ἐρριψίτοχοι sic M. ἐπὶ pro καὶ Colb. 1. πικρᾶς Lips. Ald. Rob.

860. Libri ἤδη, nisi quod ἥδη Rob. habet, Turn. autem hanc vocem omittit. Scribendum esse τί δὴ vidit etiam Lachmannus. διήλαχθε Par. C. διηλλάχθαι Arund. διήλλακτε Vit. διήλαχθες Lips.

861. σὺν habent M. G. Vit. Lips. Ald. Turn. Omittunt Cantabr. 2. Par. A. K. L. N. Rob. σιδάρῳ M. Vit. Ald. Rob. Turn. σιδήρῳ vel σιδήρω G. Lips. Cantabr. 2. Par. C. Post hunc versum legebantur hi duo,

οὐκ ἔτ' ἐπὶ φιλίᾳ,
ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε,

in quibus οὐκέτ' habent Vit. Lips. et, ut videtur, a pr. manu M. οὔκει' G. οὐκ, omisso ἔτ', Par. A. Eiiciendam esse hanc adnotationem interpretis monui in libro III. de metris p. 422. idemque vidisse Stanleium Butlerus narrat. Omittit ista verba codex Arund. quod ignorabam, quum librum illum scriberem. Ex codice Farnesiano Elmsleius in Museo critico II. p. 458. hanc adnotationem Triclinii edidit, περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, καὶ ἄμετρον καὶ κοινόλεκτον. διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ.

862. Hemichorii nota carent libri. Post οἰδιπόδα, cui in Vit. ος supra adscriptum est, in Rob. additur κατεύγματα. In Vit. adscripta interpretatio ἀληθῶς, ἢ τὰ κατεύγματα τοῦ Οἰδίποδος, in G. τὰς ἀράς. Iungendum Οἰδιπόδα Ἐρινύς. Accusativum pluralem ἀληθῆ Schützius male in ἀληθὴς mutavit.

863. ἐρινὺς M. Ἐρινὺς vulgo. ἐπέκρανεν M. Par. L. Ald. Rob. ἐπέρανε, eraso κ, G. ἀπέκρανε Lips. Ceteri ἐπέκρανε.

864. Hemichorii notam omittit Arund. et, ut videtur, M.

865. δῆτα M. G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 2. regius Spanhemii. θῆτα θ' Rob. Hemichorii notam ante ὁμοσπλάγχνων habent Lips. Par. L. N. Erasa in M. Inter ὁμ et οσπλάγχνων litura in M. γρ. ὠμοσπλάγχνων Par. B.

866. τε omittunt G. Par. E.

867. Versum excidisse viderunt etiam Lachmannus et Elmsleius Mus. crit. II. p. 458.

868. 869. Hemichorii notam omittunt M. G. Vit. Lips. αἶ αἶ M. Lips. Vulgo αἰ αἴ. Altero loco αἰ. αἴδ' G. θανάτῳ Ald. θανόντων Turn. metro quidem, sed non syllabis antistrophico versui respondentibus. V. ad v. 880.

870. 871. Vulgo haec ita scripta leguntur,

ΗΜ. διανταίαν λέγεις πλαγάν.
ΗΜ. δόμοισι καὶ σώμασι
πεπλαγμένους ἐννέπω.

Lineolam, mutatae personae notam, M. ante *διανταίαν* et ante *πεπλαγμένους* habet, ante *δόμοισι* erasa est. *διαντέαν* G. *δι' ἀνταίαν* Ald. *πληγὴν* Lips. *πλαγὴν* Cantabr. 2. *δώμασι* pro *δόμοισι* G. Par. F. K. L. *σώμασιν* M. *πεπληγμένους* Vit. Lips. Cantabr. 2. Ald. *πεπληγμένην* Cantabr. 1. *πεπληγμένῃ* Ask. A. *ἐννεπῶ* Lips.

Agnoscunt vulgatam lectionem scholiastae. Sed foede haec corrupta esse et metrum ostendit, et non modo exilis, sed etiam barbare expressa sententia. Ac *πλαγάν* quidem ab interprete adiectum esse intellexit Elmsleius, qui ita haec conformavit, *διανταίαν λέγεις δόμοισι καὶ σώμασιν πεπλαγμένους*, omisso *ἐννέπω*. Mihi *σώμασι* nihil aliud esse videtur quam vitiose scriptum *δώμασι*, quod pro *δόμοισι* aliquot libri habent, poetam autem scripsisse puto

διανταίαν λέγεις πεπλαγμένους
καὶ δόμοισιν ἐννέπειν.

Etiam domum mortifero vulnere percussam esse dicit.

872. Hemichorii notam recte delevit Elmsleius. Non habet eam G.

873. *ἀραὶ τ'* sic G.

874. *σὺν* propter metrum addidi.

875. *δὲ καὶ* etiam G. *δὲ*, omisso *καὶ*, Vind. 2. 4. *πολιστόνος* Par. E. *πόλιν τε ὑπ' ἀνδρῶν στόνος* Par. F. K. *πόλιν τε* ex Ven. B. enotatum est.

876. Non habent libri hemichorii notam. *στένουσι τε* G. *στέργουσι* Par. E. Ante *στένει* hemichorii notam habent M. Arund. Rob. ante *μενεῖ* G. Lips. Rob. *δὲ* post *στένει* addunt Lips. Turn.

878. In *κτέανα* quattuor ultimas syllabas a recentiore manu habet M. *τ'* (sic, non *δ'*) *ἐπὶ γόνοις* G. Vit.

879. Hemichorii notam suppeditat G.

880. Libri *δι' ὧν νεῖκος ἔβα καὶ θανάτου τέλος*. Ad ultimam vocem *γρ. μένος* adscriptum in Mosc. 1. Non congruit hic versus cum strophico. Suspicari possis v. 869. ante *θανάτων* syllabam, veluti *σφιν*, excidisse. Sed melius hic *καὶ* omittitur, ut *τέλος* accusativus sit ab *ἔβα* pendens.

881. Hemichorii notam praebent Lips. Rob. *ἐμοίρασαν ποδ'* Ald.

882. *ὥσθ'*, a recentiore manu *τ'* supra adscripto, M. *ὡς* Lips. Vind. 2. 4. *ἴσον* G. Lips. Vind. 2. 4. Rob. Turn. *ἶσον* M. Vit. *ἶσα* Par. N. Colb. 1. *ἴσαν* Ald. Scholion in M. *ὀξύθυμοι ὄντες ἐμοιρήσαντο* (sic) *καὶ διενείμαντο τὰ κτήματα ὥστε ἴσον* (sic, non *ἶσα*) *λαχεῖν. φησὶν δὲ τὰς ταφάς.*

883. Hemicherii nota praefixa in G. Arund. Rob. chori in Lips.

884. *ἀμεμφίᾳ* Ald. Rob. Ceteri *ἀμεμφία*. Scribendum erat *ἀμεμφεία*.

885. ἐπιχαρῆς Ask. A. Vind. 2. 4.

886. Hemichorii notam omittit Arund. Ἀντιγόνη praefixum in Vit. σιδαρόπλακτοι Rob. σιδηρόπληκτοι M. G. Vit. Cantabr. 2. Par. C. et α ad alterum η supra adscripto Lips. σιδηρόπλακτοι Cantabr. 1. Par. L. Ask. A. Turn. σιδηρόπλακτα Ald. ἔχουσιν M. et regius Spanhemii. Ceteri ἔχουσι.

887. Hemichorii notam addunt G. Ald. Turn. Erasa in M. Hic versus in Par. E. hoc loco omissus infra post ἐκ φρενὸς ἃ v. 895. collocatur. σιδαρόπλακτοι Rob. σιδαρόπληκτοι M. σιδηρόπληκτοι G. Vit. Lips. Par. C. σιδηρόπλακτοι Ald. Turn. Libri μένουσι.

Post hunc versum in M. Par. L. τετυμμένοι δῆθ' ὁμοῦ ex v. 864. repetitum est.

888. Hemichorii nota praefixa in G. τάχα δ' ἂν Par. N. Colb. 1. Ald. In τις ultimam litteram a sec. manu in litura habet M. εἴπῃ Vit. Lips.

889. Hemichorii nota praefixa in G. Ald. Turn. Erasa in M. Hoc dicit, *ferri ictu ita prostrati iacent, ferri ictu facta manet eos, mox dici poterit qualis, paterni sepulcri sortitio.* Exilem interpretationem addit scholiastes in G. σιδηρόπληκτοι δέ εἰσιν οἱ τάφοι, διότι ἐλαξεύθησαν οἱ λίθοι δι' ὧν οἱ τάφοι.

890. 891. Hemichorii notam omittunt Vit. Lips. Ox. Ald. Rob. Turn. δόμων μαλαχάεσσα τοὺς προπέμπει M. a prima manu: secunda fecit μάλ' ἀχάεσσα et in margine adscripsit λείπει τὸ προπομπό: recentior manus μάλ' ἠχῶ ἐπ' αὐτοὺς adiecit. μάλ' ἀχὼ ἐπ' αὐτοὺς Vit. aliique, ut videtur, codices et Ald. Turn. γρ. ἀχήεις adscriptum in Par. B. μάλ' ἀχὴ εἰς αὐτοὺς Par. C. μάλ' ἀχὼ ἐς αὐτοὺς Colb. 2. Ask. A. Ven. B. μάλ' ἠχὴ ἐπ' αὐτοὺς Lips. μάλ' ἀχὴν ἐς αὐτοὺς Arund. Rob. et agnoscunt ἠχὴν scholiastae. μάλ' αὐτοὺς ἀχὼ G. (sic G.) Vind. 1. μάλ' ἀχὼ αὐτοὺς Vind. 3. δὲ αὐτοὺς ex Par. E. enotatum est. πέμπει Colb. 2. Elmsleius ad Eur. Med. v. 147. scribendum putavit δόμων μάλ' ἀχὰν ἐς οὗς προπέμπει δαϊκτὴρ γόος. Equidem scribendum potius censeo δόμων μάλ' ἀχὰν ἐπ' αὐτοῖς προπέμπει δαϊκτὴρ γόος, *aedium propter eos lamenta meus prosequitur regum luctus.*

892. γόος τ' Rob.

893. δαΐφρων δ' M. G. Vit. Lips. Arund. Ox. Par. C. E. L. Colb. 1. 2. Ven. A. B. δαΐφρων τ' Rob. Particula recte omissa in Ald. Turn. Sribendum autem erat δαϊόφρων. Vidit hoc etiam Blomfieldius. φιλογαθὴς Arund. Cantabr. 2. regius Spanhemii, et sic M. in quo tamen ο radendo ex α factum esse videtur. φιλεγαθὴς ex Par. E. affertur. φιλομαθὴς Vind. 3. Ceteri φιλαγαθής.

894. ἐτύμως omittit Rob. δακρυχέων δ' M. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. E. Colb. 1. Vind. 1. 2. 3. 4. δάκρυ χέων δ' Rob. δάκρυχέω δ' Par. C. δάκρυα χέων, omisso δ', G. δάκρυ χέων Ald. δακρυχέων Turn. et adscripto γρ. καὶ οὕτως, δάκρυ χέων δ' ἐκ φρ. Par. B.

895. *μου* omittit Lips.

896. *τοῖδε* Lips. *τοῖν δὲ* Vit. Rob. *τοῖν* Par. E. *δοιοῖν* M. *δυεῖν* Par. B.

897. Hemichorii notam praebent M. G. Lips. Rob. *πάρεστιν δ'* M. *δ'* omittunt Arund. Par. E. *πάρα δ'* Cantabr. 2. Par. C. K. Ask. A. Ven. B. et supra adscripto *πάρεστι* Lips. *πάρεστι δ'* praebent G. Vit. Cantabr. 1. Ox. Ald. Rob. Turn. et adscripto *γρ. πάρα δ'* Par. B.

898. *πολίτας* Brunckius ex coniectura, et sic Cantabr. 2. *πολίτες* Par. E. *πολιήταις* Victorius. Ceteri *πολίταις*.

899. *ξένων τε* M. Ald. Turn. *ξένων τ' ἐς* G. Vit. Lips. Ox. Par. C. Ask. A. Ven. A. Rob. *ξένων δὲ* Par. B. Non debet offendere *τέ* post *μέν* positum, transeunte oratione, ut saepe fit, a disiunctione ad coniunctionem.

900. *ἐν δαΐ* M. Par. B. H. L. *ἐν δαΐῳ* G. Vind. 1. 3. *ἐν δαΐσι* Par. E. K. Vind. 2. 4. Ceteri *ἐν δαΐδι*, idque adscriptum in Par. B.

901. Hemichorii nota carent G. Vit. Ald. Turn. Ante *ἐν δαΐδι* habet eam Rob. Libri *δυσδαίμων σφὶν ἁ τεκοῦσα*, nisi quod *ἡ* habent M. Cantabr. 2. Par. C. H. L. Colb. 2. *ἁ τεκοῦσα* omittit Lips. Elmsleius ad Eur. Med. v. 393. *δυςδαίμων* ex interpretatione ortum esse suspicabatur. In G. haec glossa adscripta, *δυςτυχεῖς λίαν αὐτούς*, in Vit. *δυςδαιμονωτέρους αὐτούς*. Scripsi

δυςδαίμονάς σφ' ἁ τεκοῦσα,

i. e. *ἁ σφὲ τεκοῦσα*.

902. *προπασῶν* Arund. *προ* omittit Ask. A. *πρόπαρθεν* ex Par. E. affertur. In M. a pr. manu *πρὸ πασᾶν* fuisse videtur.

903. *ὁπόσοι* Lips. *παιδογόνοι* Colb. 2. *κέκλυνται* Ald. *κέκλῆται* Par. C.

904. *αὐτᾶς* Turn. *αὐτᾶς* G. Ald. Rob. et e correctione Lips. In G. asper spiritus minio adscriptus. *αὐτᾶς* etiam M. sed spiritus lenis a sec. manu in litura scriptus est. *αὐτῆς* Vit. et ante correctionem Lips. Deinde *αὐτᾷ* M. *αὐτῇ* G. Vit. *αὐτῇ* Cantabr. 2. Rob. *αὐτὰ* Turn. *αὐτὴ* Ald.

905. *θεμένῃ* Cantabr. 2. *θεμένη* G. Ald. Rob. *τοιούσδ'* Par. F. *τοίουσδ'* Ven. B. *ἔσχ'* pro *ἔτεχ'* G. *οἳ δ'* sic M. Turn.

906. *ὧδε τ'* Par. N. *ἐτελεύτασάν* M. Vit. Par. A. B. L. *ἐτελεύτησαν* Lips. Ald. Turn. *ὧδε τελεύτησαν* G. *ἐτετελεύτησαν* ex Colb. 1. affertur. *ἐτελεύτησε* Par. E. *ἐτέλεσαν* Rob. *τέλεσαν* Arund. aut, ut Blomfieldius dicit, *ἐτέλεσεν*. Deinde *ἀλλαλοφόνοις* M. Cantabr. 1. Par. A. B. *ἀλληλοφόνοις* Vit. Ald. Turn. *ἀλλαλοφόνοισι* G. *ἀλληλοφόνοισι* Arund. Cantabr. 2. Rob. *ἀλλήλων φόνοισι* Lips.

908. Hemichorio haec recte tribuunt G. Rob. Ismenae M. Vit. Lips. Ald. Turn. *δὴ καὶ* Par. A. *δὴ καὶ δῆτα* ex Par. B. Faehsius affert.

πανόλεθροι Ald. *πανωλέθριοι* Par. E. Vind. 2. 4. et adscriptum in Par. B.

909. Libri omnes *διατομαῖς*, nisi quod in M. a recentiore manu

inde factum est *διὰ τομαῖς*. Scribendum est *διαρταμαῖς*. Si quis obvertat *διαρταμί* non inveniri in lexicis, cogitet lexica e scriptoribus, non scriptores e lexicis colligi. *Διαρταμεῖν* habet Aeschylus Prom. v. 1027.

910. *μενομένα*, ad *α* supra adscripto *η*, Lips.

912. Hemichorii nota carent libri. *γαῖα* G. Vit.

913. Scribendum esse *ζοὰ φονορύτῳ* etiam Blomfieldius vidit. *ζωὴ* Vit. Cantabr. 2. *ζῶν* Par. E. Ceteri *ζοὰ*, cui in Lips. *η* supra adscriptum est. Omnes *φονορρύτῳ*.

914. *εἴσ'* M. G. Cantabr. 1. 2. Mosc. 1. Par. A. B. *εἶσ'* Vit. Lips. Arund. Par. E. N. Rob. *εἰσὶν* Ald. Turn.

915. Chori nota praefixa in M. Lips. Ald. Turn. semichorii in G. Rob. neutra in Vit.

916. *σεισθεὶς* Mosc. 1.

917. *σίδηρος* G. Lips. Cantabr. 2.

918. *δατητὰς* M. Vit. *δατητὴς* Lips. Cantabr. 2. Par. C. Turn. *διατητὴς* Ald. *δαιτὰς* Arund. Rob. *δ' ἀιτὰς*, sed cum glossa *μεριστὴς*, G. Idem cum glossa *ἀφανισμὸν ποιήσας* Mosc. 2. *δαιτὴς* Cantabr. 1.

919. In *ἀρὰν* ultima littera a sec. manu in M. Libri *πατρός*. Scribendum *πατρῴαν*. Viderunt hoc etiam Bothius et Burneius. *ἀλαθῆ* Vind. 1. 3. et *η* supra scripto Vit. *ἀληθῆ* ut ceteri M. sed *α* supra scripto a sec. manu.

920. Haec Antigonae tribuunt M. Vit. Ald. Turn. Ismenae G. hemichorio recte Rob. Nulla personae nota in Lips. *ὦ* Vit. et parte circumflexi erasa G. Ceteri *ὦ*. Omittit interiectionem regius Spanhemii, non videtur omittere M. *μέλαιοι* G.

921. Libri *ἀχέων*. Scribendum erat *ἀχθέων*.

922. *σώμασι* Par. K. *σώματος* Ald. Turn. Ceteri *σώματι*. Defendi potest *σώμασι*, *sub corporibus defunctorum*. Sed melius scribitur *χώματι*, ut Blomfieldio quoque visum est. Hoc dicit, *sub tumulo satis terrae habebunt*. *γᾶς* supra adscripto *ῆ* Lips. *γῆς* Cantabr. 2.

924. Ismenae haec tribuunt M. Vit. Lips. Ald. Turn. Antigonae G. hemichorio Rob. Ex Par. E. *θανθήσαντες* affertur. Ceteri *ἐπανθήσαντες*. Scribendum esse *ἐπαρθήσαντες* Bothius aliique viderunt.

925. *πόνοισι γενεὰν πόνοισί γε δόμους*, ad *ου* in *δόμους* a rec. manu *οι* supra adscripto, M. *πόνοισι γενεὰν πόνοισι τε δόμοι* Par. L. Ceteri *πόνοισι γενεὰν* omittunt, legiturque vulgo *πόνοισί γε δόμοι*. In Vit. *ους* ad *δόμοι* supra scriptum est. *γε δόμους* habent Par. E. Vind. 2. 4. *γε δόμοις* Ox. Ald. *τε δόμοι* Vind. 1. 2. Omisso glossemate recipiendum erat *πόνοισι γενεάν*. In Vit. adnotatum est *λαμπρυνθέντες, στέψαντες τὴν γενεάν*.

926. *τελευταῖα δ'*, sed correctum in *τελευτᾶ δ'*, Vit. in quo *τελευτᾶ δ' α' ἐπιλάλαξαν* scholio praemissum est. *γρ. τελευταία* Par. B. *τελαυτᾶ δ'* G. *τελευτῇ δ'* Lips. Cantabr. 2. *αὖδ'* Vit. Ald. Rob.

Turn. Omittunt hanc vocem Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Par. F. In G. a sec. manu supra adscripta est. *ἄδ'* et in sequente versu *ἀρὰ* Par. E. *αἴ* M. sed *αἴδ'* est in lemmate scholii. *ἀπηλάλαξαν* Vind. 2. 4. Praestat fortasse scribere

τελευταῖαι δ' ἐπηλάλαξαν
ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον.

928. *τετραμμένου*, ad *ου* supra adscripto *ον*, Lips. *τετραμμένον* Rob. *παντρόφῳ* Par. C. *φυγῇ* Cantabr. 2. *τοῦ γένους* Rob.

929. *ἕστηκε* Lips. *ἕστακεν*, supra adscripto *δ* post *ν*, M. *ἄτης* Lips. *ἅπαντας* Par. E. *τρόπαῖον* sic M. *τρόπαιον* ceteri. *ἐν πύλαις* omittit Par. K.

930. *ἐθείναντο* Vit.

931. *κρατήσασα* Colb. 1. *ἔληξε δαίμων* M. Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *ἔληξ' ὁ δαίμων* G. Cantabr. 1. 2. Mosc. 2. Par. A. B. H.

932. Quae hinc usque ad v. 968. leguntur, in libro III. de metris insigni temeritate in alium ordinem redegeram, ut restituerem antistrophica. Fuerunt aliqui, quibus persuaderem. Perpauca tantum eorum, quae tum protuli, vera sunt. Versibus sane antistrophicis hae sororum lamentationes decurrunt, et initio quidem, quod praeclare ab Aeschylo institutum est, sic ut pressa dolore pectora nihil nisi respondentes sibi singultus proferant: paullo post, primo doloris impetu superato, largius funduntur longioribus strophis querelae: denique succedente maestitia paucis brevibus strophis lamentatio paullatim consistit. Personae in libris non ubique recte distinctae sunt. Certa tamen in hoc genere suppetit ratio. Primum enim stropharum summa requiritur aequabilitas. Deinde Polynicis maxime casum Antigona, Eteoclis Ismena dolet. Postremo natu maior Antigona, eademque excelsiore praedita indole, ubique praeit, secundae partes ubique sunt Ismenae, sorori respondentis. In primo versu, qui proodus est, verba *παισθεὶς ἔπαισας* in M. G. Vit. Ismenae tribuuntur, reliqua versus pars Antigonae, et sic in G. Vit. usque ad v. 938. personae mutatae sunt: in M. lineolae adscriptae. In Ald. Rob. Turn. personae recte distributae. *ἔκτανες* Par. C. Ask. A. *κἀκτανών* G. *κτανών* Par. K. Ven. 2. Vind. 1. *θανών* Ask. A.

933. 934. *δορί τ' ἔκτανες. δορί τ' ἔθανες* G. *δορὶ δ' ἔθανες. δορὶ δ' ἔκτανες* Lips. Ceteri *δορὶ δ' ἔκτανες. δορὶ δ' ἔθανες.* Pro *ἔκτανες* scripsi *ἔκανες*, quod metrum requirit.

935. *μελαιόπονος* Lips.

936. *μελεοπαθές* Par. E. Omittit hanc vocem Lips.

937. 938. *ἴτω γόος. ἴτω δάκρυα* M. G. Vit. Arund. Mosc. 1. 2. Par. A. B. E. K. N. Colb. 1. regius Spanhemii. *ἴτω δάκρυα. ἴτω γόος* Ald. Rob. Turn. *ἴτω δάκρυα* Ismenae tribuit Lips. in quo *ἴτω γόος* omissum est. Scribendum esse *δάκρυ* etiam Lachmannus vidit.

939. Personae nota abest in Vit. Libri *προκείσεται*, nisi quod *προσκείσεται* habet Par. E. *προκείσεσθαι* G. Scribendum erat *πρό-*

κεισαι. Post hunc versum Ismenae versus excidit, cuius ea fere sententia fuit, quam his verbis, *πρόκεισαι φονευθείς*, indicavi.

941. 942. *Ἰσμ. ἠὲ ἠέ. Ἀντ. μαίνεται* Arund. Par. K. Rob. Ismenae haec continuat Lips. Antigonae reliqui. Mihi colloquii ratio postulare videbatur, ut prius *ἠέ* Antigonae, alterum Ismenae tribueretur.

943. *δὲ* omittit Par. K. *καρδίᾳ* Ald. *κραδία* Turn. *σθένει* Vit.

944. *ἰὼ* semel Lips. Cantabr. 2. Par. E. L. Deinde *πανδάκρυτε* M. Lips. Arund. Cantabr. 1. Par. B. H. L. N. Colb. 1. 2. Ceteri *πολυδάκρυτε*, idque adscriptum in Par. B. Ritschelio in Schedis criticis Aeschylus scripsisse videbatur *πάνδυρτε*. Probabilius scribitur *δακρυτέ*. Euripides quidem El. v. 1181. *δακρύτ' ἄγαν* dixit, sed Aeschylus Choeph. v. 233. nudam posuit hanc vocem,

δακρυτὸς ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου.

945. *αὖ* G. Par. E.

946. Personae notam omittunt G. Vit. *πρὸς φίλον τ' ἔφθισο* Lips. Par. C. Turn. *πρὸς φίλον τ' ἐφθίσω* Vind. 2. 4. *τεφθίσον* ex Par. E. affertur. Ceteri *πρὸς φίλον γ' ἔφθισο.* Delendam esse particulam etiam Blomfieldius vidit.

947. Antigonae nota praefixa et sic porro personae permutatae in G. Vit. *φίλος* Par. L.

948. *πάρεστιν* post *λέγειν* addunt Vit. Mosc. 1. Par. N. Colb. 1.

950. *ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν* M. Vit. Lips. Par. B. Ald. Turn. *ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθι* Par. N. Colb. 1. *γρ. ἐγγύθι* Par. B. *γόων τοίων τάδ' ἐγγύθεν* Arund. Cantabr. 1. Par. F. K. Ask. A. Colb. 2. Rob. Supra scriptum *ἀχέων* in Par. F. Colb. 2. *γόων ποίων τάδ' ἐγγύθεν* G. Mosc. 2. In margine M. recentior manus adscripsit *ἀχέω ἤγουν θρηνῶ*, atque secundus scholiastes, qui *γόων* legit, postquam *τοίων* per *διπλῶν* ex antecedentibus sumptum explicavit, haec addit, *εὕρηται δὲ καὶ ἐν παλαιῷ βιβλίῳ ἀχέω τάδ' ἐγγύθεν, ἤγουν ἐκ τοῦ πλησίον θρηνῶ, ὅπερ ἐστὶ κρεῖττον. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπαγόμενον τὸ πέλας δ' αἱ δ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν.* Ineptum est *τοίων* vel *ποίων.* Scripsi

ἄχεα δοιὰ τάδ' ἐγγύθεν.

Cohaerent haec et sequentia cum praegressis.

951. Personae notam omittunt Lips. Arund. Ald. Rob. Turn. Antigonae versum tribuunt G. Vit. *πέλας δ' αἵδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν* M. G. (*ἀδελφῶν* G.) Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. Par. A. B. F. *πέλας δ' αἱ δ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν* Rob. *πέλας αἱ δ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν* Ald. Turn. Scripsi

πέλας ἀδελφὰ δ' ἀδελφεῶν,

paria fratrum mala. Sophocles Antig. v. 192. *καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω ἀστοῖσι.*

952. 953. Hi duo versus in libris post v. 976. collocati sunt, ad quem locum quare eos hic posuerim explicabitur.

954. Hunc versum Ismenae tribuit Vit. hunc et duos sequentes Ismenae G. Lips. Rob. Antigonae Ald. Turn. *ἰὼ ἰὼ* Rob. *βαρυσδότειρα* Par. C.

955. Antigonae hic versus est in Vit. *Οἰδίπου σκιὰ* simulacrum Oedipi est quod Eteocli in somniis apparuit: vide v. 691. *Umbra*, mortui simulacrum, *σκιά* est apud Euripidem Herc. fur. v. 494. et apud Sophoclem Ai. v. 1257. et simpliciter *simulacrum* in eadem Sophoclis fabula v. 301. Quod haec rariora sunt, ad alienissima confugerunt scholiastae.

956. Hunc versum cum Vit. Ismenae tribuendum censui. Nam quum omnino parum credibile sit hoc ephymnium ab sola Antigona pronuntiari, tum vero flagitant etiam sequentia, ut utrobique hunc versum Ismena pronuntiet. Vtroque enim loco, quae statim sequuntur, Antigonae verba sunt: a qua non et finiri prior stropha et incipi sequens poterat. *μέλαιν᾽* Porsonus. *μέλαινά τ᾽* libri. *ἐρινὺς* M. *Ἐρινὺς* vulgo. *τις* omittunt Ox. Ald.

957. Librarius qui codicem Vit. scripsit, oculis ad alterum ephymnium aberrans, versus 957—972. omiserat, quos versus, errore animadverso, in ima pagina adiecit, omissis tamen versibus 971. 972. Versus 957—959. Antigonae tribuunt G. Vit. Lips. Ismenae Turn. In Ald. ante *ἦὲ* Ismenae, ante *ἐμοὶ* Antigonae nota apposita est. Rob. *ἦὲ* praecedentibus Ismenae verbis addit, Antigonae nomen ante *δυςθέατα* collocat. In M. primo tantum horum versuum lineola appicta est, ut haec omnia Ismenae tributa sint. *ἦὲ* semel Ox. Ald. Rob. Tribuendum erat unum *ἦέ* Antigonae, alterum Ismenae.

958. 959. *δυσθέατα πήματα | ἐδείξατ᾽ ἐκ φυγᾶς ἐμοί* M. (sic M.) Vit. *δυσθέατα πήματα | ἐδείξετε* (supra scripto ad penultimam syllabam *α*) *φυγὰς* (ad *ὰ* supra scripto *ῆ*) *ἐμοί* G. *δυσθέατα πήματ᾽ ἐδείξατ᾽ ἐκ φυγᾶς* (*ἐκ φυγὰς* Lips.) *ἐμοί* Lips. Turn. *δυσθέατα πήματ᾽ ἐδείξατ᾽ ἐκ φυγᾶς | ἐμοὶ* etc. Ald. *δυσθέατα πήματ᾽ ἐδείξατ᾽ ἐκ φυγᾶς*, omisso *ἐμοί*, Rob. *ἐκφυγὰς* Par. C. *ἐκ φυγῶν* Ven. B. Antistrophicorum ratio monstrat alterum versum tribuendum esse Ismenae atque ita emendandum,

Α. δυςθέατα πήματα.
Ι. ἔδειξε δ᾽ ἐκ φυγᾶς ἐμοί.

960. Ismenae hunc versum tribuunt G. Lips. Rob. *κατέκτανεν* M. Lips. *κατέκτανε* G. Ald. Rob. Turn.

961. Antigonae hunc versum tribuunt G. Lips. Rob. personae notam omittit Vit. *ἀπώλεσεν* M. G. Vit. Turn. *ἀπώλεσε* Lips. Ald. Rob.

962. 963. Libri *ἀπώλεσε δῆτα*, nisi quod *ἀπώλεσεν δῆτα* est in M. Haec Ismenae, proxima Antigonae tribuunt G. Lips. Rob. In Vit. omnia Ismenae sunt. Sequuntur autem haec in M. G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. F. N. Colb. 1. 2. Ven. A. Ald. Turn. *καὶ τόνδ᾽*

ἐνόσφισεν (ἐνόσφισε G. Vit. Par. N. aliique et Turn.). Rob. haec habet καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισεν. Scribendum

Α. ὤλεσε δῆτα, ναί.

Ι. τόνδε δ' ἐνόσφισεν.

Ὤλεσε omissa praepositione repetit praecedens verbum ἀπώλεσεν, ut saepius fit in eiusmodi repetitione. Euripides Hec. v. 168. Τρῳάδες, ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι πήματ', ἀπωλέσαι', ὠλέσαι'· οὐκέτι μοι βίος ἀγαστὸς ἐν φαεῖ.

964. Ismenae haec tribuunt G. Lips. Nulla persona indicata in Vit. ὦ τάλαν Ask. A.

965. Antigonae haec tribuunt G. Lips. Rob. Nulla persona indicata in Vit. Veram lectionem, τάλαν πάθος, in secunda editione assecutus erat Schützius. τάλαν καὶ πάθος sic G. τάλανα καὶ παθόν vel πάθον M. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. Turn. τάλαινα καὶ πάθον Par. E. et regius Spanhemii. τάλαινα καὶ παθόν. γρ. τάλανα πάθη. γρ. καὶ οὕτως, τάλανα καὶ πάθον Par. B. τάλαναν καὶ πάθον Ald. τάλαινα καὶ πάθεν Rob. τάλαινα καὶ ἔπαθον Par. F. τάλανα καὶ ἔπαθον Par. K. Ven. B. τάλανα παθόν Par. A. τάλανα καὶ πάθη Vit. Par. N. Colb. 1.

966. Lineola appicta in M. Ismenae nomen adscriptum in G. Lips. Rob. Nulla personae nota in Vit. Vulgo haec praecedentibus Ismenae verbis continuantur. Libri δύστονα κήδε' ὁμώνυμα, nisi quod δύστονο καὶ ex Par. C. affertur, δύστονα καὶ κήδ' ὁμώνυμα Turn. habet. γρ. δύστηνα adnotavit Stephanus. Scribendum

δίπονα κήδε' ὁμώνυμά.

967. Vulgo haec Antigonae tribuuntur. Omittunt personae notam G. Vit. Lips. Rob. Libri δίγγρα τριπάλτων πημάτων, nisi quod τριπάντων habet Par. L. Illud scholiastae explicant. Scribendum

δίγγρα πήματα παλμάτων.

968. 969. Recte personas distinguunt G. Lips. Rob. Vulgo inversae sunt. Omittit notas Vit.

970. Vulgo continuantur haec tributis Antigonae praecedentibus verbis. Ismenae continuantur in Lips. Ismenae nomen praefixum in Vit. Antigonae nomen recte in G. Rob. et lineola in M. ἰὼ omittunt M. Lips. Arund. Par. E. L. Colb. 2.

971. πότνια δ' Ox. Hunc et sequentem versum Vit. omittit: v. ad v. 957.

972. Vulgo haec continuantur Antigonae: v. ad v. 956. μέλαιν' Porsonus. μέλαι τ' Lips. μέλαιν τ' Ald. μέλαινά τ' ceteri. ἐρινὺς M. Vulgo Ἐρινύς.

973. Haec quoque vulgo Antigonae continuantur. Ismenae tribuunt G. Lips. Rob. Lineola praefixa in M. Omissa personae nota in Vit. Libri σὺ τοίνυν. Sed γρ. νύν adscriptum in Par. B. idque coniectura assecutus eram. Scholiastes σὺ οἶδας ὦ Πολύνεικες (ὦ Ἐτεόκλεις M.)

τὴν Μοῖραν ὅσον δύναται, διαβὰς αὐτήν. Deinde *ἦσθα* Par. E. et in litura G. cum glossa *ὑπῆρχες.*

974. Antigonae hunc versum tribuunt G. Lips. Rob. Personae nota abest in Vit. *ὕστερος* M. Vit. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. II. L. N. Colb. 1. Ald. Rob. et *ν* ad *ς* minio supra adscripto G. *ὕστερον* Lips. Turn.

975. Personae notam omittit Vit. Ismenae tribuunt G. Lips. Rob.

976. Personae notam omittunt G. Vit. Antigonae tribuunt Lips. Rob. *τῷδ'* omnes libri habere videntur. *τῷγ'* ex Canteri editione receperat Stanleius. *ἀντηρέτας* ad ultimam vocalem *η* supra adscripto M.

Huic versui vulgo subiicitur hic,

Α. ὀλοὰ λέγειν. Ι. ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.

In eo personas invertunt Vit. Lips. Rob. Lineolas, ut solet, habet M. Nihil est in iis, quae praecedant, quod magis de tristi mortuorum adspectu, quam de malis, quibus quum civitatem, tum gentem illi suam affecerunt, cogitari iubeat. Quare si deesset iste versus, tantum abest, ut eum quisquam desideraturus sit, ut melius etiam impii belli commemorationem statim exceptura essem illa *ἰὼ πόνος· ἰὼ ἰὼ κακὰ δώμασι καὶ χθονί.* Quod vero longe gravissimum est argumentum, quum eadem illa verba bis in hoc carmine inveniantur, fieri non potuit, ut aliter quam locis lege antistrophica sibi respondentibus collocarentur. Itaque aut neutro eorum locorum, in quibus nunc sunt, iustam sedem habent, aut alterutro certe loco cedant necesse est. Et quum hic non sint apta, aptissime autem post v. 967. posita sint, quumque versus 968. 969. nihil habeant quod eis in antistropha respondeat, et quum denique ei loco, qui illis versibus respondet, eadem verba pulcherrime conveniant, quis dubitabit quin e suo loco in alienum migrarint? Itaque haec Antigonae et Ismenae verba hinc sustuli et post v. 951. collocavi. Accedit quod haec eorundem verborum repetitio viam parat ad repetitionem ephymnii quod utroque loco sequitur.

977. Ismenae *ἰὼ πόνος* tribuit Vit. reliqua usque ad *καὶ τὸ πρόσω γ' ἐμοί* Antigonae. *ἰὼ πόνος* Antigonae, reliqua usque ad *πρὸ πάντων δ' ἐμοί* Ismenae G. Lips. Ald. Turn. Omnia haec, *ἰὼ ἰὼ πόνος — δ' ἐμοί*, Ismenae tribuit Rob. *ἰὼ ἰὼ πόνος* M. Rob. Ceteri *ἰὼ πόνος.* Post *πόνος* additum *ὁ ἐφ' ἡμῖν* in Par. N. Colb. 1. *ὁ ἐφ' ἡμῖν* (*ὁ ἐφ' ὑμῖν* Lips. *ἐφ' ἡμῖν* Vind. 2. 4. *ὁ ὑφ' ἡμῖν* Ven. B.) *ἐξημμένος* in G. Lips. Arund. Cantabr. 2. Par. E. F. K. Ven. B. Vind. 2. 4. Rob. Omittunt hanc interpretationem M. Vit. Ox. Par. A. B. C. Ven. A. Ald. Turn. *ἰὼ ἰὼ κακὰ* M. G. Vit. *ἰὼ κακὰ* Lips. Cantabr. 2. Ox. Par. C. E. Ald. Turn. Omittit haec verba Rob. Scribendum

Α. ὦ πόνος. Ι. ὦ κακά.

978. *δώμασιν* M. Vit. Par. L. Omittit hanc vocem Rob. Tribuenda erat Antigonae. *καὶ τῇ χθονὶ* Rob. Omittit *καὶ χθονί* Ask. A. Tribuendum hoc erat Ismenae.

979. δ' omittit G.

980. Huic versui ἰὼ ἰὼ praeponunt G. (sic G.) Ald. Rob. Turn. ἰώ. γρ. μόνος ex Par. B. Fachsius affert. Alterum ἰὼ omittunt Cantabr. 1. Par. C. utrumque M. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 2. Par. K. L. Ask. A. Colb. 1. 2. Deinde καὶ τὸ πρόσω γ' ἐμοί M. G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 2. Ox. Par. B. E. F. K. L. N. Colb. 1. 2. Ald. Turn. τὸ πρόσω τ' ἐμοί, omisso καὶ, Rob. Inde a Victorio edebatur ἰὼ ἰὼ καὶ πρόσω γ' ἐμοί.

981. 982. Inde a Turn. haec ita leguntur,

I. ἰὼ ἰὼ δυστόνων κακῶν
ἄναξ Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα.

Semel habent ἰὼ Lips. Arund. Ox. Par. B. Ald. Erasum alterum ἰὼ in G. Deinde δυστόνων Lips. Turn. δυστάνων M. Ox. Par. B. E. L. Vind. 1. 2. 3. 4. Ald. δυστήνων Vit. Cantabr. 2. δυσπότμων G. Arund. Cantabr. 1. Par. A. F. K. Ask. A. Ven. B. Rob. Tum πημάτων pro κακῶν Lips. Cantabr. 2. Par. C. Vind. 2. 3. 4. adscriptumque in Par. B. Deinde ἐτεόκλεες Lips. ἐτέοκλες Par. F. ἀρχαγέτα Vind. 1. Verba haec, Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα, omissa sunt in M. Par. B. C. L. Ask. A. Sed in M. sec. manus tamquam interpretationem addidit. Scripsi

A. ἰὼ δυςπότμων *I.* ἄναξ Ἐτεόκλεις.
A. σὺ δ' ἀρχαγέτας *I.* . . . . . .

Excidit Polynicis commemoratio. Recepti a Brunckio δυςπότμων interpretationes sunt δυστήνων et inde facta δυστάνων et δυστόνων, tum etiam κακῶν et πημάτων.

983. Personae notam omittunt Vit. Lips. Antigonae nomen, sed correctum in ἰσμ. habet G. ἰὼ ἰὼ Par. F. πάντων πολυπονώτατοι M. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. A. B. C. E. F. L. N. Colb. 1. Ven. A. B. Ald. Turn. In M. haec interpretatio, ἐπιπονώτατοι. λείπει τὸ ἀδελφοί, a sec. manu supra adscripta est. πάντων πολυπονώτατον Lips. πάντων πολυπονώτατε, sed cum glossa πολυπαθέστεροι, G. πάντων πολυπονώτατοι πάντων sic Vit. πολυστονώτατοι πάντων Rob. Recepi quod Victorii editio praebet, πάντων πολυστονώτατοι.

984. Excidisse versum, qui Ismenae erat, antistrophicorum ratio docet.

985. Antigonae nomen habet Vit. et e correctione G. Ismenae Lips. Ald. Rob. Turn. ἰὼ ἰὼ Vit. Par. F. Rob. Ceteri semel ἰώ. δαμονῶντος Lips. Rob. ἐν ἄτᾳ M. Vit. et plerique, ut videtur, reliqui codices ac Rob. Turn. ἐν ἄτᾳ Ald. ἐν ἄτῃ Lips. Cantabr. 2. ἐν recte omittunt G. Arund. Par. F. Ask. A. Colb. 2. ἐν ἄτᾳ omittit Par. E.

986. Ismenae tribuit hunc versum G. Antigonae Lips. Ald. Rob. Turn. Nulla personae nota in Vit. ἰὼ semel Lips. Cantabr. 2. Par. B. E. In M. alterum ἰὼ a sec. manu insertum est. ποῖ Cantabr. 1. Par. H. et ποῦ supra adscripto Par. B. τήσομεν Ald.

θήσομαι Ven. B. *θάψομαι* Cantabr. 2. *ἐν χθονί* pro *χθονός* G. (sic G.) Arund.

987. Antigonae nomen praefixum in G. Ismenae in Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *ἰὼ ἰὼ* G. Arund. Cantabr. 1. Par. F. Colb. 2. Rob. *τιμιωτάτων* Par. E.

988. Ismenae nomen praefixum in G. Antigonae in Vit. Lips. Ald. Rob. Turn. *ἰὼ* semel Vit. Cantabr. 1. 2. Par. F. *πάτριον* Colb. 2. *πάρευνος* Lips.

989. De tertio actore ab Aeschylo hic in scenam producto v. praef. ad Eur. Phoen. p. IX. *μέλοντ'* pro *δόξαντ'* Brunckius ex Par. A. ut ait: ex Colb. 2. *μέλλοντ'* enotatum est. *ἀπαγέλειν*, altero λ supra adscripto, M. *ἀπαγγεῖλαι* Par. E. Vind. 2. 4.

990. *χθονὸς* pro *πόλεως* Gantabr. 1.

991. *εὐναίᾳ* Vit. Ald. In Vit. *τάφῳ* interpretationis caussa adscriptum. *εὐναίᾳ*, ut ceteri, habet M. sed ut *οι* ex *αι* factum esse videatur, adscriptumque est hoc scholion, *εὐφήμως τὸν τάφον εὐνὴν εἶπεν. ἔδοξεν οὖν τοῖς προβούλοις τῶν Θηβαίων Ἐτεοκλέα ἐν τῷ τόπῳ τοῦ τάφου καταθάπτεσθαι. διὰ μέντοι τὸ θάπτειν Ἐτεοκλέα ἀπαγορεύει καὶ μὴ θάπτεσθαι Πολυνείκην. γῆς δὲ κατασκαφὰς εἶπεν οἷον τὰς κάτω σκαφάς.*

992. *ταῖς* pro *γῆς* Vind. 2. 4. *κατασκαφεῖς* Lips.

993. *στυγῶν γὰρ ἐχθροὺς* M. Vit. Lips. Ox. Par. E. L. N. Ven. A. Ald. Turn. *γύγων* ex Par. C. affertur. In M. *εἴργων δηλονότι* a sec. manu supra adscriptum. *γρ. εἴργων* Par. B. *εἴργων ἐχθροὺς*, supra adscripto a sec. manu *στυγῶν γὰρ*, G. *εἴργων γὰρ ἐχθροὺς* alii, ut videtur, codices et Rob. Veram lectionem *στέγων*, cuius depravatio est *στυγῶν*, explicatio *εἴργων*, invenerunt Wakefieldius in Silva crit. I. p. 98. Dobraeus Advers. II. p. 19. Ritschelius Sched. crit. p. 10. *εἴλετ' ἐν πόλει* G. Lips. *εἷλ' ἐν πόλει* Colb. 1. *εἷλε πόλεως* Par. L.

994. *δ'* a sec. manu esse videtur in M. *Ἱερῶν πατρῴων* iungendum est cum *ὅσιος*, quod idem est ac si dixisset *ἄψαυστος* vel simile quid. *μορφῆς* G.

995. Pro *καλόν*, quod a sec. manu supra adscriptum est, *κανὸν* habet G.

996. *ἐπέσταται* Par. E. *ἐντέταλται* Vind. 3. *γρ. τῶνδ' ἐντέταλται ἤγουν ὥρισται* Par. B.

997. *πολυνείκου* Lips. Supra *νεκρὸν* in Vit. scriptum *λέγω*.

999. *ἀναστῆρα* Vit. Lips. Par. E. *καδμείας* solus Par. A.

1001. *τὸ* pro *τῷ* Vit. Lips. Par. C. regiusque Spanhemii. *ἄτος*, cum glossa *ὄνειδος*, Mosc. 1. *καὶ* omittit Vit. *κεκλήσεται* Par. L.

1003. *ἐπ' ἀκτὸν* Lips. *ἡροπόλιν* Ald.

1004. *πετηνῶν* M. *τόνδ'* in *τῶνδ'* mutatum G.

1005. *τοὐπιτίμια* Colb. 1.

1006. *τυμβόα* Ox. Ald.

1007. *προσέβειν* G. Vit. Lips. Ald.

1008. *ἄτιμον δ' εἶναι δ'* Vit. Lips. *ἄτιμον δ' εἶναι* Ox. Ald. *ἄτιμον δ' εἶν'* ex Par. L. affertur. Ceteri *ἄτιμον εἶναι δ'*. Ita etiam M. sed ut post *ἄτιμον* litura appareat. Brunckius contra libros *εἶναι δ' ἄτιμον*. Ex Par. B. *γρ. δ' ἐκ φθορᾶς. γρ. ἐκφοράν* Faehsius affert. *ἐκφορὰν*, sed *ς* supra scripto, Cantabr. 1. *ἐκφορᾶς*, supra scripto *ν*, Colb. 2.

1009. *ἔδοξεν* M. *τῷγε* Par. F. In G. fuerat *τῶνδε*, sed *ν* erasum est. In *τέλει* post *τέ* lituram habet M.

1010. *δὲ* omittit Par. E. *γε* omittunt Ox. Ald. Rob.

1011. *εἰ μή τις* Ald. Turn. et ad *εἰ μή* supra adscripto *ὧν* Lips. *δε* omittit Par. E. *θέλοι* M. *θέλει* Lips.

1012. *κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ* Turn. *κ' ἀνακίνδυνον βάλω* M. *κἀνακίνδυνον βάλω* e correctione G. *κἂν ἀκίνδυνον βάλω* Vit. et ante correctionem G. *κἂν ἀκίνδυνον βαλῶ* Vind. 2. 4. *κἀνακίνδυνον βαλῶ* Vind. 1. 3. *κἂν ἀκίνδυνον βάλλω* Mosc. 2. et *βάλλω* etiam Cantabr. 1. *κἀνὰ ἀκίνδυνον βάλω* Ald. *κἂν εἰς κίνδυνον βάλω* Lips. Rob. *κἂν ἀκίνδυνον λάβω* Mosc. 1. Scholiastae *εἰς κίνδυνον ἐμβαλῶ ἐμαυτήν* intelligunt. Vnde Blomfieldius *κἀμὲ κινδύνῳ βαλῶ*, quod voluisse putat Porsonum, qui obelum apposuit. Sed *κίνδυνον ἀναβάλλειν* dictum est ut *κίνδυνον ἀναρρίπτειν* vel *ῥίπτειν*.

1013. *τὸν ἐμὸν δ' οὐκ αἰσχύνομεν* Rob.

1014. *δ'* omittit Par. E. *πόλιν*, sed cum glossa *ἐν τῇ*, G.

1015. *δεινὸν γὰρ τὸ* Par. K. L. Ven. B. Rob.

1017. *ἑκοντὶ* ex *ἄκοντι* a sec. manu factum in G. *κοινωνεῖ* Ask. A. ut scribendum esse male putavit Heathius. *κοινωνεῖν* fuerat in G. sed *ν* eraso *κοινώνει* factum est. *κακῶι*, sed ut antea *κακοῦ* fuisse videatur, M. *κακῶ* Ald. *κακῷ* Turn. *κακῶν* recte G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. Par. F. H. K. N. Ask. A. Colb. 2. Ven. B. Rob. In margine Lips. adscriptum *κοινοῦ κακόν*.

1018. *ψυχὴ* e correctione et supra *ῶ*, quum ante fuisset *ψυχὴν*, Vit. *συγκόνω*, ad *ω* supra adscripto *ου*, Lips.

1019. *τούτου* Vit. et plerique, ut videtur, reliqui codices atque Ald. Rob. Turn. Sic e correctione G. *τούτῳ* Par. E. L. Vind. 2. 4. et ante correctionem G. Sic etiam Lips. sed *ου* supra adscripto. *δὲ* omittit G. *οὐδὲ*, non *οὔτε*, etiam G. *κοιλογάστερες* Vit.

1020. *σπάσονται* Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Mosc. 1. 2. Ox. Par. A. B. E. F. H. In Vit. supra scriptum *γρ. καὶ πάσονται ἤτοι γεύσονται*. In Lips. *γρ. πάσονται ἤγουν φάγωσιν*. In G. fuerat *σπάσονται*, sed eraso priore *σ* factum *πάσονται*, adscriptumque *γεύσονται*. Etiam M. habuisse videtur *σπάσονται*: nam litura est ante *πάσονται*, cui *γεύσονται* supra adscriptum est. *πάσονται* Ald. Rob. Turn. *μὴ δὲ* pro *μὴ* Vit.

1021. *τάφον γὰρ αὐτὴ* verissime Piersonus Verisim. p. 41. *τάφον γὰρ αὐτοῦ* G. *τάφον γὰρ αὐτῶν* Par. C. Ceteri *τάφον γὰρ αὐτῷ*. In Lips. *ον* ad ultimam in *αὐτῷ* syllabam supra adscriptum est. *ἐγὼ* omittit Lips.

1022. *οὖσα* omittit Rob.

1023. In G. supra *κόλπῳ* scriptum est minio *οις*. Adscriptum enim hoc scholion, *ἐν τοῖς κόλποις βαστάζουσα τοῦ κοκκίνου καὶ βασιλικοῦ ἱματίου*.

1024. *καὐτῇ* Rob.

1025. Interpunctionem post *θάρσει*, quam etiam M. habet, sustulit Porsonus, *θάρσει* cum Burgessio pro dativo habens. Recte vero glossa in G. *ἔχε θάρρος*. *πάρεστι*, sed supra adscripto *γρ. παρέσται. ἤγουν γενήσεται* Lips. *σωτήριος* Cantabr. 1.

1026. Recepi *τάδε* ex M. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Par. B. E. Colb. 1. 2. regioque Spanhemii et Rob. Sic habuerat etiam G. in quo deinde in *τόδε* mutatum. *τόδε* Ald. Turn. *γρ. τόδε, τὸ τοῦτον θάψαι* Par. B.

1029. *τραχύνεσθ'* Ald. *τραχὺς* Rob. *τράχυνε* recte explicat scholiastes *λέγε πολλάκις, τραχύς ἐστιν ὁ δῆμος, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀναστελεῖς με θάψαι τὸν ἀδελφόν*. Male in Vit. omissum δ', ut in editionibus Pauwiana, Schütziana, Porsoniana.

1030. *σὺ* omittit Vit. *σὺ τιμήσειας* G. Vind. 1. *σὺ μὴ τιμήσῃς* Par. E. Vind. 4. *μὴ σὺ τιμήσεις* Vind. 2. *σὺ κοσμήσεις*, adscripto *γρ. τιμήσεις*, Cantabr. 1.

1031. *οὐ τετίμηται* Vit. *οὐ διατετίμητος* Arund. Ceteri *οὐ διατετίμηται*. Scribendum flagitante sententia

ἤδη τὰ ταῦδ' οὐ δυςτετίμηται θεοῖς.

Talia contra analogiam necessitate quadam formantur, ut *δυςθνήσκειν* apud Euripidem, *δυςαρεσκόμενοι, δυςαρεσκομένην* apud Hesychium. V. Lob. ad Phryn. p. 616. 620. Eadem ratio est nominum, ut *δυςτοκέες τοκέες, δύςμητερ, Δύςπαρι, Δυςελένη*.

1032. *πρίν τε* Lips. *λαβεῖν* Par. L.

1033. *κακοῖσι* Lips. *ἀντιμείβετο* G. Lips. Ald. *ἀνταμείβεται* Par. E. *ἀντημείψατο*, sed supra scripto *ἀντημείβετο*, Cantabr. 1. *ἀντημείβου* Par. C.

1034 — 1038. In G. et in editionibus inde a Canteriana hi versus ita distincti leguntur,

ΚΗ. ἀλλ' εἰς ἅπαντας ἀνθ' ἑνὸς τόδ' ἔργον ἦν.
ΑΝΤ. Ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν.
ἐγὼ δὲ θάψω τόνδε· μὴ μακρηγόρει.
ΚΗ. ἀλλ' αὐτόβουλος ἴσθ', ἀπεννέπω δ' ἐγώ.

In M. ad primum tantum horum versuum lineola appicta est. In Vit. secundus versus chori est, tertius Antigonae. Lips. primum versuum Antigonae continuat, secundum hemichorio, tertium Antigonae, quartum

praeconi tribuit. In Ald. Turn. primus et secundus versus praeconis sunt, tertius Antigonae, quartus hemichorio tribuitur. In Rob. primo et quarto praeconis, secundo et iterum tertio Antigonae nomen praefixum est. Colloquii aequabilitas postulat ut post primum versum excidisse statuamus versum Antigonae, hac fere sententia, *οἵ γε ξυνῃδίκησαν ὑβρίσαντί νιν.* Dicunt autem omnia praeco et Antigona alternis versibus.

1034. *ἀνθενὸς*, non *αὐθενὸς*, G.

1036. *περαίνοι* Ald. ad quam lectionem spectat glossa in Vit. *περαινέτω.*

1037. *θάψων* Ald.

1038. *ἀλλ'* omittit Par. E. *ἴσθ'* M. Vit. Ald. Turn. *ἴστ'* Vind. 2. *ἴ,σθ'*, supra adscripto *ἴ*, Lips. *ἴ,σθ'* G. Arund. Cantabr. 2. Par. E. K. Colb. 2. Vind. 1. 3. 4. Rob. et scholiastes secundus. *ἀπ' ἐννέπω* G.

1039 — 1065. In his quoque personae vulgo non recte distinctae sunt. Verba *φεῦ φεῦ — πρυμνόθεν οὕτως* in Vit. Arund. Rob. choro tribuuntur. Sic etiam ex correctione in G. in quo antea fuerant Antigonae. Hemichorio dantur in M. et reliquis libris. Verba *τί πάθω — δεῖμα πολιτῶν* Antigonae sunt in G. Rob. et in G. quidem usque ad *Πολυνείκην.* Ismenae sunt in Vit. Lips. Ox. Par. A. B. Ald. Turn. Lineola praefixa in M. Verba *σύ γε μὴν — πίθοιτο*, quibus in M. lineola praefixa est, in G. Antigonae continuantur. Personae notam omittit Arund. In ceteris omnibus haec hemichorii sunt. Verba *δράτω — τὰ δίκαια*, quae in ceteris omnibus hemichorii sunt, nisi quod priores duo versus in G. Antigonae continuantur, Rob. Antigonae tribuit. Lineola in M. praefixa est. In Lips. Arund. nulla personae nota. Denique verba *ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ'* et quae sequuntur in Ox. Ald. Turn. chori sunt. Hemichorii nota praefixa est in M. G. Vit. Rob. Nulla nota in Lips. Recte Pauwius *φεῦ φεῦ — πίθοιτο* toti choro, reliqua hemichoriis tribuit.

1040. *θαρσιγενεῖς* Rob.

1041. *ἐρινύες* M. *Ἐρινύες* vulgo. *αἵδ'* Cantabr. 2. *οἰδίποδα*, supra scripto *ος*, Vit. *οἰδίποδος ἀγένος*, vitio ex duabus coniunctis lectionibus orto, G.

1042. *ὀλέσατε* Lips. *ὠλέσσατε* Elmsleius ad Med. v. 814. *πρέμνοθεν* Is. Vossius ad Hesychium in v. *αὐτόπρεμνος* et *πρύμναδε.* Libri *πρυμνόθεν.*

1043. *τί δ' ἐρῶ* M. *μήσομαι* G. Vit. Lips. Par. E. Vind. 2. 3. 4.

1044. *πῶς πῶς* Cantabr. 1. Par. B. Ven. A. Ald. Rob. *μήτε σε* M. G. Colb. 1. *μήτε*, omisso pronomine, Par. H. *μή σε* Rob. *μήποτε σὲ* vel *μήποτέ σε* Vit. Ox. Par. L. Ven. A. Ald. et adscriptum in Par. B. *μήποτε*, omisso pronomine, Turn. *κλαίειν* M. G. Vit. Lips. Par. B. *κλάειν* Victorius, et hoc adscriptum in Par. B. *κλάειν* Par. A. Ald. Rob. Turn. *κλαύσειν*, adscripto *κλαίειν*, Par. N.

1045. *μήτε* M. G. Vit. Lips. Arund. Par. A. B. E. *μήποτε* Par. L. Ven. A. B. *μήποτέ σε* Ox. Par. C. Ald. Rob. Turn. *τύμβῳ* M. G. Vit. Par. B. Ald. Turn. *τύμβων* Rob. *τύμβον*, fortasse rectius, Lips. Arund. Mosc. 2. Par. A. K. L. adscriptumque in Par. B. In Par. E. post verba *μήτε προπέμπειν* legitur *πολιτῶν δεῖμα*.

1047. Hunc versum omittit Lips.

1048. *σύ γε μὲν* Lips. Cantabr. 1. *πενθητηρίων* Par. E. Vind. 2. 4.

1049. Libri *τεύξῃ*.

1050. *μονόκλαυστον* G. Vit. Vind. 2. 4. *ἔχων θρῆνον* G. Vit. Turn. *ἔχων θρῆνος* M. *θρῆνον ἔχων* Lips. Cantabr. 2. Par. N. Colb. 1. Vind. 2. 4. Ald. Rob.

1051. *εἶσιν. τίς ἂν οὖν τὰ πείθοιτο* sic M. *εἶσι. τίς ἂν οὖν τὰ πείθοιτο* Lips. (sic Lips.) Cantabr. 2. Par. L. (teste Butlero) et supra scripto *ταῦτα πίθοιτο* Colb. 2. *εἶσι. τίς ἂν οὖν τὰ πίθοιτο* Arund. Turn. *εἶσι. τίς οὖν ἂν τὰ πείθοιτο* G. Cantabr. 1. Par. F. *εἶσι τίς οὖν ἂν τὰ πίθοιτο* Par. L. teste Fachsio. *εἶσι* (vel *εἶσιν*). *τίς οὖν τὰ πείθοιτο* Vind. 3. *εἶσι* (vel *εἶσιν*). *τίς ἂν οὖν ταῦτα πείθοιτο* Par. E. N. Falli videtur Butlerus, qui ex Par. H. Colb. 1. *εἰσίν* (sic)· *τίς ἂν οὖν πείθοιτο*, omisso pronomine affert: certe fallitur, quum eadem in M. esse dicit. *εἶσι. τίς οὖν ταῦτα πείθοιτο* Ox. Vind. 2. 4. Ald. Rob. *εἶσιν. τίς ἂν οὖν ταῦτα πίθοιτο* Brunckius, qui *τίς ἂν οὖν* Par. A. B. habere dicit. Quod Porsonus dedit, *εἶσι. τίς ἂν ταῦτα πίθοιτο*, exhibet Vit. nisi quod *πίθοιτο* scriptum est. Sed neque cohaerent haec cum praecedentibus, neque omnino commodum sensum praebent. Scripsi

εἶσι. τὶς οὖν ἂν τὰ πίθοιτο;

At metuo, inquit, *et aversor facere unde mihi cives timendi sint. Sane quidem tu a multis lugeberis: hunc autem nemo praeter sororem flebit: ecquis ergo ad eum una cum illa lugendum adducetur?*

1052. Libri *δράτω πόλις*. Turnebus *δὲ*, Canterus *τε* post *δράτω* inseruit. Scribendum erat *δράτω τι πόλις*. Vidit hoc etiam vir doctus apud Elmsleium ad Med. v. 1224.

1053. *πολυνείκη* M. *πολυνεικῆ* Ask. A. *πολυνείκης* Par. E. Ceteri *πολυνείκην*.

1054. *ἡμεῖς μὲν* inde a Victorio editur. *ἡμεῖς μὲν γὰρ* G. (sic G.) Cantabr. 1. Colb. 2. *ἡμεῖς γὰρ* M. (sic M.) Vit. Lips. Arund. Cantabr. 2. Ox. Par. E. N. Colb. 1. Ven. A. Ald. Turn. *ἴσμεν* G.

1055. *πόμπιμοι* Par. C. Idem et *προπομπεῖ* adscriptum in Par. B.

1056. Comparatio alterius systematis ostendit dimidium versum excidisse. Videtur autem excidisse *τῇ Καδμείων* vel, ut Ritschelius Sched. crit. p. 13. seq. coniecit, *τῇ Καδμογενεῖ*. *ἄχθος* Lips. Rob. *ἄλγος* Par. N.

1057. *καὶ πόλις γ' ἄλλως* Vit. Lips. Par. N. Colb. 1. *καὶ πόλις οὐκ ἄλλως* Rob.

1059. *ὥσπερ πόλις* Lips. *ὥσπερ τὶς πόλις* Ox. Ald. *ὥσπερ καὶ πόλις* Par. L.

1060. *καί τε* Par. E. *συνεπαινεῖ* G. Lips.

1061. *θεῶν* pro *Διὸς* Cantabr. 2.

1063. *μὴ ἀνατραπῆναι* M. G. Vit. Lips. Arund. Cantabr. 1. 2. Ox. Par. C. E. Rob. *μὴ ἀνατροπῆναι* Ald. *μὴ 'νατραπῆναι* Turn. *ἀλλοδαπῶν* Vit. Ald. Rob. Turn. *ἀλλοδαπᾶν* Lips. *ἀλλοδαπῷ* M. G. Par. E. F. H. L. Colb. 2. Vind. 2. 4.

1065. *συγκατακλυσθῆναι*, sed *συγ* a recentiore manu, G. *τὰ μάλιστα* M. Vit. Arund. Vind. 2. 4. Ald. Rob. *ταμάλιστα* G. Turn.

ADNOTATIONES AD AGAMEMNONEM.

Personarum indicem non habet M. sed haec tantum post nomen fabulae, *θεράπων ἀγαμέμνονος ὁ προλογιζόμενος, οὐχὶ ὁ ὑπὸ αἰγίσθου ταχθείς.* Eadem post argumentum et personarum indicem habent G. Ald. Turn. *χορός* G. Flor. Ven. Ald. Rob. Turn. *χορὸς πρεσβυτῶν* in M. G. versui 40. praefixum. Post *χορὸς* in libris *ἄγγελος* sequitur. In fine addunt *προλογίζει ὁ φύλαξ* G. *προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων* (*ὁ θεράπων* Ven.) *ἀγαμέμνονος* Flor. Ven. *θεράπων ἀγαμέμνονος ὁ προλογιζόμενος* Rob. Additi sunt personarum indici a Turnebo ex Choephoris *Ὀρέστης, Ἠλέκτρα, Τροφός.*

1. Prima totius fabulae elementa sunt apud Homerum Od. III. 234. seqq. 258. seqq. IV. 512. seqq. XI. 404. seqq. Excubitorem autem sumpsit Aeschylus ex his, IV. 524.

τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε σκοπός, ὅν ῥα καθεῖσεν
Αἴγισθος δολόμητις ἄγων· ὑπὸ δ᾽ ἔσχετο μισθόν,
χρυσοῦ δοιὰ τάλαντα· φύλασσε δ᾽ ὅγ᾽ εἰς ἐνιαυτόν,
μή ἑ λάθοι παριών, μνήσαιτο δὲ θουρίδος ἀλκῆς.
βῆ δ᾽ ἴμεν ἀγγελέων πρὸς δώματα ποιμένι λαῶν.

2. Vulgata scriptura inde a Victorio haec est, *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος.* Et sic Flor. Farn. Ven. *ἐτείας· μῆκος δ᾽ ἦν* M. Marc. *ἐτείας, μῆκος δ᾽ ἦν* G. Ald. *ἐτείας, μῆκος δ᾽ ἦν κοιμώμενος* oratione usque ad *δίκην* continuata Rob. *μῆκος δ᾽ ἦν* etiam Bess. In margine M. adscriptum *ἦν ἐπὶ μῆκος κοιμώμενος*, in Flor. *ἐπὶ μῆκος δὲ ἦν κοιμώμενος.* In altera margine M. hoc scholion est, *τῶν κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἐτείας φρουρᾶς.* Turnebus, coli signo in fine primi versus posito, *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ἦν κοιμώμενος, στέγαις — δίκην.* Valckenarium, qui ad Herod. IV. 151. p. 743. *μῆχος* scribi iussit, vocem non alibi usurpatam Aeschylo, qui *μῆχαρ* praetulisse videtur, secuti sunt Porsonus, Blomfieldius, alii. *Μῆκος* quos defensores nactum est, eorum quidam *ἐτείας κατὰ μῆκος* interpretati sunt: quos refutare nihil opus esse videtur. Longum annuae observationis spatium intelligi Aeschylus

voluit, accusativum adiiciens intellecto tali verbo, quo significaretur *in mente habeo*. Sic infra v. 1054.

μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι,
κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγάς.

Et Sophocles Ant. v. 857.

ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
πατρὸς τριπλοιστὸν οἶκτον.

Sed quid exemplis opus in re pervulgata?

3. *ἔγκαθεν* G. Ald. Hesychius mendose *ἀγρίαθεν*, *ἀνέκαθεν*. *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι*. Idem *ἄκκαθεν*, *ἀνέκαθεν*. Sed ibi codex *ἄκκαθεν*, *ἄναλθεν*. Disertius grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 337, 25. *ἄγκαθεν*, *κατὰ ἀποκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν*. *οὕτως Αἰσχύλος*. Sic etiam scholiastes. Mira apocope, qua vocalis necessarius abiicitur. Et licebat hic *ἀνέκαθεν* dicere, ut factum est in Choeph. v. 422. Fierique potuit, ut quemadmodum in Eum. v. 361. male scriptum erat *ἄγκαθεν*, ubi metrum *ἀνέκαθεν* ab Aeschylo profectum ostendit, ita hic quoque peccarent librarii. Diversum est *ἄγκαθεν* ex *ἀγκάς* derivatum, quo utitur Aeschylus in Eum. v. 83. quod est *ἐν ἀγκάλαις*, quae interpretatio in Farn. Agamemnonis versui adscripta est. Videtur ea vera esse. Nam etsi *ἀγκάς*, *ἀγκάλη*, *ἀγκαλίζω* de interiore parte brachii dici solent, ut *ἀγκάς*, *ἄγκαθεν* sit *in ulnis*, tamen, ut *ἀγκών*, quo vocabulo exterior pars significatur, de interiore dicitur non solum apud Longum I. 6. sed etiam apud Sophoclem Ant. 1237. et apud Euripidem Suppl. 817. Iph. Aul. 131. ita *ἄγκαθεν* significabit quod *ἐπ' ἀγκῶνος* dicitur. Aptissimus Aeschyli loco versus Homeri est Od. XIV. 494. *ἦ, καὶ ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν σχέθεν, εἶπε τε μῦθον.*

4. *νεκτέρων* G. Marc. Ald.

5. *θέρος βροτοῖς* M. Bess. et edd. Ita etiam Achilles Tatius, qui in Isagoge in Arati Phaenomena p. 81. sive in Petavii Uranologio p. 122. versus 4. 5. 6. affert. *θέρος βροτοὺς* G. *βροτοῖς θέρος* Ven. Flor. Farn.

6. *ἐνθέρει* pro *αἰθέρι* Bess.

7. *ὅταν* Flor. Turn. *ὅτ' ἂν* M. G. Bess. Marc. Ven. Ald. Rob. ut solent. Quoniam Achilles Tatius non habet hunc versum, Valckenarius ad Phoen. v. 506. eum ut ineptum damnavit: cui assensi sunt quum alii, tum Porsonus in Appendice ad Toup. p. 479. et in editione Aeschyli. Tuiti eum sumus, Heathius, ego in Opusc. II. p. 78. Petersenus in Misc. Hafn. I. p. 45. Conzius, Vossius in Curis Aeschyleis p. 14. Orellius in Symbolis ad philol. ex Helvetia I. p. 193. Nam nec Tatio magna fides habenda, cuius liber non est emendatissimus, et in ipso versu potius cur servetur, quam cur abiiciatur, videtur inesse. Omisso enim, ut recte dicat excubitor se signa quae anni tempestates afferant contemplari, tamen hoc loco rectius addet observare se quando occidant atque oriantur. Numerare enim dies et computare tempora solent, quibus molesta est diuturna exspectatio. Quaerendum vero est, qua ratione iungenda sint

verba. Si subiectum est *δυνάστας*, et interpungitur demum post *αἰθέρι*, friget sane addita explicatio *ἀστέρας:* sin, ut quibusdam placuit, iunguntur haec, *ἐμπρέποντας αἰθέρι ἀστέρας*, non est id multo melius, quia descriptio prope idem quod nomen ipsum significat, nec stellae sunt quae non sint in aethere. Quare *ἀστέρας* pro subiecto habendum videtur, *καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς ἀστέρας*, quibus adiiciatur amplificandi caussa non *λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι*, sed *ἐμπρέποντας αἰθέρι λαμπροὺς δυνάστας*, *sidera, quae lucidi in aethere reges micant.* In *τῶν* non esse quod offendat monuit Boissonadus, afferens Suppl. 343. *τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις*, 422. *ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἱρεῖσθαι μέγαν*, Sept. ad Th. 178. *χὔτι τῶν μεταίχμιον*, 366. *ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον.* Non est autem *ἀντολάς τε τῶν* interpretandum *et ortus horum*, sed *et aliorum ortus.*

10. 11. *κρατεῖ* codices et Rob. *κρατεῖν* Ald. Turn. Proximo versu *ἐλπίζον* M. Marc. Flor. Ven. Farn. Rob. In M. *o* iterum super *ἐλπίζον* scriptum est. *ἐλπίζων* G. et *o* supra adscripto Bess. *ἐλπίζω* Ald. Turn. *Sic*, inquit, *imperat sperans virile mulieris cor.* Placeba! Reizio quoque haec scriptura, *κρατεῖ ἐλπίζον*, receptaque est ab novissimis editoribus, vellemque non essent alteram defendere conati Elmsleius in censura editionis Blomfieldianae et, qui eleganter in Anglicum sermonem hanc fabulam transtulit, I. Symmons. Elmsleium commoverant haec duo, quod nude dictum esset *ἐλπίζον*, quasi significaretur *εὔελπι:* adiiciendum enim fuisse aliquem accusativum: deinde quod in periphrasi, qualis esset *γυναικὸς κέαρ*, non locum haberet duplex epitheton, sicut non dicturum fuisse Homerum *ἱερὴ ἷς Τηλεμάχοιο δεδεγμένη.* Fallitur in utroque. Nam *ἐλπίζον*, non participii, sed adiectivi potestate positum, non opus habet accusativo, quia quid speret Clytaemnestra ex re ipsa intelligitur. Ac fortasse consulto ita loqui putandus est excubitor, quo innuat aliquid illam amplius quam excidium Ilii sperare. Intelligit enim excubias eam propterea instituisse, ut ne ex improviso adveniens Agamemno deprehenderet indicia adulterii. Periphrasis autem non est qualis in illo *ἱερὴ ἷς Τηλεμάχοιο*, quae pro ipso est nomine proprio, sed pertinet ad illud genus, in quo singula verba vim suam habent, eoque aliis in construendo legibus tenentur: accedit quod cor sedes est spei, ut Clytaemnestra si sperat, proprie cor eius sperare dicatur. Praeterea, si *ἐλπίζω*, ut Elmsleio placet, pro *νομίζω* dictum esset, non apparet quid sibi velit excubitor illa sententia. Nam nisi Elmsleius *κρατεῖν* sic dictum voluit, quasi esset *κρατήσειν*, quomodo excubitor, quod certo scit, putare se scire dicat? Sin pro *κρατήσειν* positum existimavit hoc sensu, *sic victricem fore mulierem puto,* multo id minus ferri potest. Non enim homo iste, etiamsi praesagiret quod minime praesagit, tam aperte proloqui, quid metueret, auderet. Quare non dubitandum est quin verum sit *κρατεῖ ἐλπίζον.* Rarius est *κρατεῖν* sic dictum ut aliquid imperare magis

quam tenere imperium significet. Sic tamen in Hecuba v. 282. *οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών.* Neque quod apud Aeschylum excubitor dicit, proprie significat *sic iubet*, sed *sic imperat;* i. e. tam durum et grave est reginae hoc imperium. Severitatem enim eius imperii ipse quam maxime experitur. *Ἀνδρόβουλον* recte explicat Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 19, 23. *ἀνδρόβουλος γυνή, ἡ ἀνδρὸς βουλεύματα βουλευομένη· ἀνδρὸς δέ, τοῦ κατ᾽ ἔπαινον λεγομένου.* Sic infra v. 336.

γύναι, κατ᾽ ἄνδρα σώφρον᾽ εὐφρόνως λέγεις.

Sophocles apud Stobaeum LXXIII. 54.

κατ᾽ ὀρφανὸν γὰρ οἶκον ἀνδρόφρων γυνή.

12. Ad *δὲ* in Flor. *γε* supra adscriptum. Haeserat scilicet librarius in constructione expedienda, quae etiam aliorum non optimos conatus provocavit.

14. Libri in principio versus *ἐμήν*, quod et languidum est et loco positum ineptissimo. Quare iure offendit Auratum, qui *ἐμοὶ φόβος τότ᾽ ἀνθ᾽ ὕπνου παραστατεῖ* coniecit. Haesit in structura verborum etiam scholiastes. Tueri eam studuit Elmsleius. Ego non dubitavi *τί μήν;* reponere. Non accommodata quidem ad hunc locum explicatio Suidae est, *τί μήν; κατάφασιν δηλοῖ, ἀντὶ τοῦ πῶς γὰρ οὔ; διὰ τί γὰρ οὐ;* Aptius quod est in cod. Leidensi Etymologici apud Koenium ad Greg. Cor. p. 236. *τί μήν; τί γάρ; τί οὖν;* V. Schaeferum ad Soph. Trach. v. 390. Est id *quid aliud?* Sic in Eum. v. 202.

ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι. τί μήν;

16. Proverbium *φρουρᾶς ᾄδων* exstat apud Aristophanem Nub. v. 720. ubi vid. schol.

17. *ἐκτέμνων* Ven. et *ἐν* supra scripto Flor.

22. Iacuerat cubito innixus excubitor. Nunc viso igne exsilit, postquam paullum tacuerat. De qua re recte scholiastes. In libris *ἰοὺ ἰοὺ* positum est post *τῆςδε συμφορᾶς χάριν* v. 25. Scribi id debebat *ἰοῦ ἰοῦ.* Suidas *ἰοῦ ἰοῦ· τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς.* Inde Zonaras p. 1115. Et sic boni libri apud Aristophanem. Quod Reisigius in comm. crit. ad Soph. Oed. Col. v. 1485. monuit, hanc in laetitia exclamationem propriam esse comoediae, recte dictum est, dicique poterat etiam si recordatus esset huius loci. Vulgaris enim vitae consuetudinem Aeschylus in hoc excubitore, ut in nutrice quae in Choephoris est, expressit. Sed illas interiectiones quod hic collocandas esse in praefatione ed. prioris Hecubae p. 56. contendi, reprehenderunt Blomfieldius aliique. Qui si tueri vulgatum volebant, non illud debebant afferre, quod expergefacere Clytaemnestram vocibus illis vellet custos: nam haec nimis stolida esset hominis rusticitas: sed rectius dixissent, nunc demum illum plane quantum hoc gaudii sit persentiscere, eoque in voces illas erumpere. Et concederem profecto id non inepte inventum esse, modo, ubi primum ignis conspicitur, alia interiectio, ut *ἆ ἆ*, esset posita. Ipsa enim natura

flagitat, ut, qui diu frustra finem exspectaverit molestissimae observationis, tandem conspecto exoptato fulgore, priusquam verba quibus gaudium eloquatur, inveniat, interiectione aliqua proclamet sensum quo perfunditur. Ac nescio an quae ad *ὦ χαῖρε* adscripta sunt scholiastae verba, potius ad interiectiones illas pertineant: *δεῖ διαστήματος ὀλίγου, εἶτα ἀνακραγεῖν, ὡς θεασάμενον τὸν πυρσόν.*

23. Nulla in Rob. interpunctio. In Ald. virgula post *λαμπτὴρ* et post *νυκτὸς* distinctum. In Turn. tantummodo post *λαμπτήρ*, ex scholiastae sententia. A Victoriana ducitur interpunctio post *νυκτός*, quae orationem habet non solum simpliciorem atque ideirco graviorem, sed omnino magis accommodatam huic loco, quum quod subiicitur *ἡμερήσιον φάος* non tantum de clara luce diei intelligendum sit, sed adiunctam habeat faustae laetaeque rerum Argivarum conditionis notationem.

24. *νῦν φῶς* pro *φάος* Ven. Flor. Farn. Tum *χωρῶν* G. Ald.

26. *σημανῶ* Bess. Ven. Flor. Farn. *σημαίνω* M. G. Ald. Rob. Turn. Blomfieldius quum scholiastam *σημαίνω* legisse ex eo colligit, quod is *τορῶς* per *μεγαλοφώνως* interpretetur, ad hanc opinionem eo adductus esse videtur, quod ei excubitor per illud *ἰοῦ ἰοῦ* ex somno excitare velle Clytaemnestram videbatur. Vix dubitari potest veram scripturam esse *σημανῶ*.

27. *εὐνὴν* G. Ald.

29. *ἐπορθιάζειν* Ven. Flor. Farn. Turn. *ἐπορθριάζειν* M. Marc. Bess. G. Rob. *ἐπ' ὀρθριάζειν* Ald.

30. *ἀγγέλων* Ven. Farn. Rob. Turn. *ἀγγέλων* M. Marc. Bess. Flor. G. Ald.

32. Hunc et sequentem versum afferunt Photius et Suidas in *τρὶς ἕξ*.

33. Apud Suidam legitur *τρὶς ἕξ βαλοῦσα τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας.* Apud Eustathium p. 1414, 5. *τρὶς ἕξ βαλούσης τῆς Διὸς φρυκτωρίας.* Copiose rem illustravit Salmasius ad Vopiscum p. 471. seq. Diversum genus quattuor talis ludendi, de quo Cicero de div. I. 13. Orationis figuram, qua hic usus est Aeschylus, audacissimam appellat T. Hemsterhusius ad Lucianum t. I. p. 487. quam numquam sibi indulsisset castigata maiestas Sophoclis. Nulla hic Aeschyli audacia, sed imitatio sermonis vulgaris eadem, quae apud Sophoclem in custode, qui est in Antigona.

36. Originem huius proverbii, de quo multa et Aeschyli et Hesychii interpretes aliique ad Zenob. II. 70. Diogen. III. 48. 61. attulerunt, ne Welckerus quidem ad Theogn. p. 111. explicare est ausus. Quod plerique crediderunt, nummo veterum Atheniensium, cui bos signum fuerit, corruptos intelligi, quos Reisigius quoque in Enarratione Oed. Col. ad v. 1047. secutus est et qui scholiastae Aristophanis ad Av. v. 1106. auctoritatem excitavit Ferd. Bambergerus in diss. de Agam. p. 22. fabulam esse Eckhelio auctore II. p. 207. censet in Aglaophami vol. I. p. 36. Lobeckius, ingeniose de boia sive camo, qui damnatorum ori applicatus fuerit, cogitans. Vsurpatur enim hoc proverbium de iis, qui prae metu tacent. De

nummo tamen testis est etiam Plutarchus in Theseo c. 25. ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα βοῦν ἐγχαράξας ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατηγὸν ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. Neque Eckhelius fabulam esse dixit, sed in dubio rem relinquens non inventum esse talem nummum adnotavit. Nihil ad rem illustrandam confert quod similiter dixit Menander in Piscatoribus apud Athenaeum XII. p. 549. D. παχὺς γὰρ ἧς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα. Nam id in Dionysium Heracleae tyrannum, obesissimi corporis hominem, sic dictum est, ut per illum impositam esse silendi necessitatem appareat. Multa proverbia tam fortuitam habent originem, eam ut, nisi casu servata est memoria, nemo possit eruere. Quod apud nos vulgo dicitur *das maul stopfen*, a nutricibus sumptum est, quae infantibus, ut plorare desinant, offam in os ingerunt. Hoc Graecorum fortasse a bove vel pedi hominis pedem suum imponente, vel stragulo aut alii alicui rei insistente, ut subtrahi non possit, sed quasi affixa maneat. Philostratus in vita Apollonii II. 11. p. 241. hoc proverbium a Pythagora repetere videtur, de quo sic scribit, γλῶττάν τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων ξύνεσχε, βοῦν ἐπ' αὐτῇ σιωπῆς εὑρὼν δόγμα. Eustathius, sive quem is secutus est, ad linguam nimis crassam referre videtur p. 962. 19. παροιμιάζεται δὲ ὁ βοῦς καὶ ὥςπερ ἐπὶ βουγλώσσων ἐν τῷ βοῦν ἐπὶ γλώσσης φέρεις. Vt Aeschylus, sic Strattis apud Hesychium, βοῦς ἐμβαίη μέγας, non adiecto tamen, ut videtur, linguae nomine: nam Hesychius sic dicit, βοῦς ἐμβαίη μέγας Στράττις εἶπε παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν βοῦς ἐπὶ γλώττῃ. Dubitari potest an positum fuerit illud proverbium in Phocylidis poemate νουθετικῷ v. 18. ubi legitur γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.

38. λέξει. ὡς Flor.

39. αὐδῶν Bess. κοῦ M. ex correctione: antea fuerat καὶ οὐ, quod habent G. Ald. οὐ Bess.

40. ἐπὶ πριάμῳ Ald. Turn. ἐπεὶ πριάμω M. Bess. G. ἐπεὶ πριάμῳ Rob. ἐπὶ πριάμου habere videtur Farn. ἐπεὶ πριάμου Ven. Flor. Hanc scripturam, quae exstat etiam apud scholiastam Euripidis ad Hec. 246. (239.) reposuit Victorius.

44. ἀτρειδᾶν codices et Rob. ἀτρειδῶν Ald. Turn. Aeque ad τιμῆς pertinet ζεῦγος atque ad Ἀτρειδᾶν.

45. ἀρδείων Rob. Ad χιλιοναύταν in M. G. Flor. adscripta alia lectio, ἵλιον αὐτάν. Quod alias χιλιόναυς, hic χιλιοναύτας dictum, ut in Iph. Taur. v. 141. σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ.

46. In Ven. ingens lacuna: finitur enim folium v. 45. proximum incipit v. 1054.

47. στρατιώτην Ald. Rob. ἀρωγὰν ad ultimam vocalem η supra adscripto M. Non puto haec verba, στρατιῶτιν ἀρωγάν, per appositionem ad στόλον addita esse, sed epitheti officio fungi: *exercitum eduxerunt ad militare auxilium.*

48. κλάγξαντες Flor. Farn.

50. Hesychius *ἐκπάτιον, τὸ ἔξω πάτου.* *ἄλγεσι παίδων* codices et Rob. *ἄλγεπι ποδῶν* Ald. Hinc Turn. *ἄλγεσσι ποδῶν.* Non latuit Bochartum Hieroz. II. p. 319. esse haec ex illis Homeri expressa, Od. XVI. 216.

κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοί,
φῆναι, ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἷσί τε τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο, παρὸς πετεεινὰ γενέσθαι.

52. *ἐρετμοῖσι* Bess.

53. 54. Inutilis est Musgravii coniectura *γόνον.* Hesychius *δεμνιοτήρη πόνον. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. καθόσον οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι. πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν.* Non satis accurate. *Δεμνιοτήρης πόνος ὀρταλίχων* est *cubiliprema cura pullorum,* sive labor quem parentes pullis incubando sustinuerunt.

55. *ἥτις* G. Ald. *Τὶς* cum nomine proprio coniunctum significat talem aliquem qualis est qui nominatur. Explicavit hunc usum Fritzschius in Quaest. Lucian. p. 16. Hic Aeschylus primo agrestes deos, ut proprios in hac re, Apollinem et Panem, tum iracundius assurgens, quippe iam quo tendat similitudo illa in animo habens, supremum deorum Iovem nominat. Mire abutitur doctrina sua Müllerus in Doriens. vol. I. p. 295. Iovem ut regnatorem mundi, Pana ut concitatorem insaniae, Apollinem ut deum punitorem nominari censens.

57. Libri *τῶνδε μετοίκων.* Nulla in Rob. interpunctio. In Ald. post *οἰωνόθροον,* tum post *ὀξυβόαν* et post *ὑστεροποιον* interpunctum. A Turnebo virgula post *μετοίκων* posita, ut iungerentur *οἰωνόθροον γόον ὀξυβόαν τῶνδε μετοίκων.* Ita construxisse videtur scholiastes Sophoclis ad Oed. Col. 934. *μετοίκους δὲ καλοῦμεν τοὺς ἀπὸ ἑτέρας χώρας οἰκοῦντας πρὸς τοὺς μετοικισθέντας ποθέν· ταῦτο δὲ ἔνοικον. κέχρηται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἐπὶ τῶν οἰωνῶν ἐν Ἀγαμέμνονι λέγων οὕτω, τῶνδε μετοίκων, ἀντὶ τοῦ ἐνοίκων· μετοίκους γὰρ εἶπε τῶν ὑψηλῶν τόπων τοὺς οἰωνοὺς κἀκεῖσε ἀντὶ τῶν ἐνοίκων.* Sic haec ex codice edidit Elmsleius. Eadem fere Suidas habet. Aliter paullo scholiorum editio Romana, aliter rursum Brunckiana, non tamen ut emendatus sit locus. Si *τῶνδε μετοίκων* iungitur cum superioribus, luctus ob amotos pullos est intelligendus. At ita *τῶνδε* inutile est, quoniam aut *τῶν μετοίκων* aut *μετοίκων* ponendum erat. Pauwium, qui verba illa ad sequentia referri iussit, secuti sunt recentiores editores. Scholiastes quo rettulerit, non liquet, qui scribat *ὑπὲρ τῶν μετοικισθέντων νεοσσῶν. Παραβᾶσιν,* quod non potest de raptoribus pullorum anguibus dictum esse, aperte refertur ad Troianos, qui Helenam rapuerint violato iure hospitii. Eodem modo ad hanc rem, non ad pullos, respexit poeta, quum paullo ante Iovem commemoravit. Itaque etiam *μετοίκων* de Helena dictum est, ut omnino ineptum sit *τῶνδε.* Scripsi *τῶν δὲ μετοίκων,* ut ad *ὕπατος δ' ἀΐων* intelligeretur verbum substantivum. Dubitari autem potest, an post

ὀξυβόαν exciderit hemistichium, hac sententia, μέγα θυμοῦται. Idque confirmatur fortasse eo quod in codice M. ceterisque antiquis libris versus ita distincti sunt, γόον ὀξυβόαν | τῶνδε μετοίκων ὑστεροποινον.

59. παρὰ βᾶσιν G. Ald. Tum ἐρινύν M. Bess. G. Ald. Rob. ἐρινύν Flor. Farn. Turn.

60. Ἀτρέος Turn.

63. γαιοβαρῆ Turn. Virgulam quidam recentiorum editorum post γαιοβαρῆ posuerunt. Magis conveniunt poeticae dictioni παλαίσματα γόνατος, quam genitivi absoluti.

64. ἐρειδομένου Bess. G. Ald. Rob. Turn. ἐριδομένου M. ἐρειλομένου Farn. et δ ad π supra scripto Flor. In Farn. glossa πίλτοντος.

65. ἐμπροτελείοις G. ἐν προτελείοις Flor.

66. δαναοῖσιν M. Marc. G. Flor. Farn. Ald. Rob. δαναοῖσι Bess. Turn. Quam egregie hoc verbo, non iis quae sequuntur, Τρῶσί θ' ὁμοίως, poeta systema concluserit ostendi in Elem. doctr. metr. p. 379.

69—71. Omnes in initio quoque οὔθ'. Non placet asyndeton. Quare, nisi forte aliquid excidit, malim οὐδ'. Legitur autem vulgo οὔθ' ὑποκλαίων οὔθ' ὑπολείβων οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν ὀργὰς ἀτεναῖς παραθέλξει. Habent ὑποκλαίων M. Marc. Bess. Flor. Farn. Rob. ὑποκλέων G. ὑποκλίων Ald. ὑποκλείων Turn. Pauwii coniecturam, ὑποκλάζων, ne quis probet, meminerit id non significare in genua procumbentem: v. Ruhnk. Ep. crit. p. 243 (276). Casaubonus scribendum putabat ὑποκαίων. Delenda potius sunt haec verba, οὔτε δακρύων, in quibus Aldinae error δακεύων fecit ut Turnebus ederet δοκεύων. Potest quidem δακρύων de fletu, ὑποκλαίων de lamentis accipi: sed coniungenda potius, quam interposito quod diversi generis est οὔθ' ὑπολείβων separanda erant. Nihil est illud οὔτε δακρύων nisi interpretatio adscripta aut ad οὔθ' ὑποκλαίων, aut fortasse ad οὔθ' ὑπολείβων. Hesychius λείβειν, σπένδειν. Λῦ λείβειν αὔθοπα οἶνον. καὶ δακρύειν, ὅ ἐστι τοῖς δακρύοις ῥέειν. δάκρυα λείβων καὶ στάζων. Delendum esse οὔτε δακρύων vidit etiam Paleius, sed ut falsa admisceret. In sequentibus verbis decepit interpretes scholiasta, ἀπύρων ἱερῶν de Parcis Furiisque dici putans. Eum refutare non ausus Spanhemius ad Callimachi Lav. Pall. v. 107. aliorum testimoniis scriptorum vindicare ignem illis sacris satis habuit. Quae Pindarus Ol. VII. 88. proprie ἄπυρα ἱερά dixit, apud Aeschylum metaphorice dicta sunt, ut sacra igne carentia ea intelligantur, quae irrita sunt impieque facta. Hesychius ἀπύρον, ἀθύτον. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Ita apud Aeschinem contra Ctesiph. §. 131. 152. ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων τῶν ἱερῶν, ubi ad priorem locum videndus est Taylorus. Respicit autem chorus immolationem Iphigeniae, quam v. 140. similiter θυσίαν ἄδαιτον vocat. Participia cum scholiasta ad omissum τὶς referenda sunt, de qua constructione dixi ad Hecubae v. 185. Sed cogitat chorus de Agamemnone.

72. ἀτίτᾱι M. ἀτίταῖ G. ἀτιταὶ Farn. ἀτίται Flor. Ald. Turn.

ἀτίτᾳ Marc. Rob. Vict. *ἀτιταία* Bess. Non temere damnandus est nominativus *ἀτίται*, etsi terminatio illa *ης* pro *ος*, de qua dixerunt Valckenarius ad Phoen. v. 120. Lobeckius ad Phryn. p. 639. et ad Ai. v. 601. quum est in vocibus a verbis factis, raro passivam significationem habet. Sed dictum ita est *ἀτίτας* Eum. v. 254. V. Lob. ad Ai. v. 241. Paralip. p. 428. Hesychius *ἀτίτην*, *ἀτιμώρητον*, *ἄπορον*, *ἄτιμον*, *τὸν μὴ ἔχοντα ἀποτῖσαι*. Praestare tamen videtur *ἀτίτᾳ*. Homerum ego Il. XIV. 484. *δηρὸν ἔῃ ἄτιτος* posuisse credo cum Clarkio et Heynio, non *δηρὸν ἄτιτος ἔῃ*, quod in libris est. *Πολύτιτον ἐόντα* tamen in oraculo est apud Herod. V. 92. et inde apud Eusebium Praep. euang. V. 29. quod poterat *πολύτιμον* dici.

75. *ἰσόπεδα* Flor. Rob.

76. Librorum scripturam *ὅτε* emendavit Auratus. *νοερὸς* Bess.

77. Libri *ἀνάσσων*, non aptum infirmae medullae verbum. Correxi in priore Aristophanis Nubium editione ad v. 994.

78. *οὐκ ἔνι χώρᾳι* M. *οὐκ ἔνι χώρᾳ* Farn. Vict. *οὐκ ἐνιχώρᾳ* Rob. *οὐκένι χώρᾳ* G. *οὐκένι χώρα* Ald. *οὐκ ἔνι χώρα* Turn. *οὐκ ἐνὶ χώρᾳ* Bess. Frustra *οὐκ ἔνι χώρᾳ* quum ab aliis, tum a Wakefieldio Silv. crit. II. p. 44. tentatum est. De formula *ἐν χώρᾳ*, *κατὰ χώραν*, quae usurpatur de iis quae firma suo loco stant sive, ut Horatii verbis utar, *certa sede manent*, videndi Valckenarius ad Herod. IV. 135. ad Theocr. Adon. p. 365. Ernestius ad Callim. h. D. v. 192. Boissonadus ad Eunap. p. 306. Apud Callimachum est *πλαζομένη πελάγεσσι, πόδες δέ οἱ οὐκ ἐνὶ χώρᾳ*. Similiter Pindarus Pyth. IV. 485. *ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροις, ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖτις ἔσσαι δυςπαλὲς δὴ γίγνεται*. Verum id non satis aptum hoc loco videtur, praesertim si *ἔνι* scribitur. Id recte se haberet, si ullo pacto admitti posset scholiastae explicatio *τῷ τόπῳ ἐκείνῳ*. Nam *ἔνι* si legitur, omnis vis in hoc verbo est. Eatenus recte Boissonadus cum cod. Bess. *οὐκ ἐνὶ χώρᾳ*. Sed id vix potest aliter defendi, quam ut tota formula ex epicis petita dicatur. Nam in Attico scriptore requirimus potius *οὐκ ἐν χώρᾳ*, neque tragici *ἐνί* alibi quam in melicis admisisse videntur. Equidem *χώρᾳ* intellexerim de loco et numero in quo quid habetur, ut apud Theognidem v. 151.

ὕβριν, Κύρνε, θεὸς πρῶτον κακὸν ὤπασεν ἀνδρί,
οὗ μέλλει χώρην μηδεμίαν θέμεναι.

et v. 821.

οἳ δ' ἀπογηράσκοντας ἀτιμάζουσι τοκῆας,
τούτων τοι χώρη, Κύρν', ὀλίγη τελέθει.

Dicit igitur chorus *non inest, non censetur in loco aliquo et numero.*

79. *τίθιπεργήρως* M. G. (sic M. G.) *τίθι περ γήρως* Marc. Ald. *τίθι περ γήρυς* Rob. *τόθι περγήρως* Bess. *τόθιπερ γήρως* Flor. *τόθη περ γήρως* Turn. *τόθ' ὑπεργήρων* Farn. *τόθ' ὑπέργηρων* Vict. De accentu v. Göttlingium p. 288. Tum *φυγάδος* G. *φυλάδος* Ald.

80. *τρίποδος* Flor. Farn.

81. *δ'* omittit Bess. *ἀρείζων* Ald. Ad *γέρων*, quod in *ὑπεργήρων* inest, referendum esse *ἀρείων* Blomfieldius intellexit.

82. *ἡμερόφατον* M. Bess. G. Ald. Rob. Emendatam scripturam habent Farn. Turn. Vict.

83. Egressam interea dum locutus erat coryphaeus ex regiis aedibus Clytaemnestram compellat, quae in scena sacris faciendis occupatur. Pro *Τυνδάρεω* nescio an scribendum sit *Τυνδαρέου*. V. ad Eur. Iph. Aul. v. 596.

87. *πυθοῖ* Flor. *πειθοῖ* Farn. cum reliquis. Quod Blomfieldius scribendum coniecit, *πευθοῖ*, Scaliger primus coniecerat, probabile illud, sed ut non necesse sit *πειθοῖ* mutare. Tum Turn. *θυοσκεῖς*, probatum Aurato, Vossio, Bentleio, Stanleio, Blomfieldio. In Farn. in quo *θυοσκινεῖς*, ut in ceteris libris, scriptum est, adscripta haec glossa est, *θύματα κινεῖς, πέμπεις*. Ibidem scholion *εὕρηται καὶ θυοσκοεῖς, ὡς ἀπὸ τοῦ θυοσκόος, ὁ διὰ θυσιῶν τὸ μέλλον κοῶν ἤτοι νοῶν. θύος γὰρ τὸ θῦμα*. Hesychius *θυοσκεῖν, ἱεροῖς παρέχεσθαι, ἢ θεοῖς*, quod recte emendatur *ἱερὰ παρέχεσθαι τοῖς θεοῖς*. Eustathio assentitur Blomfieldius, p. 1626, 47. et 1905, 22. *θυοσκόος* a *κέω* pro *καίω* derivanti, licet posteriore loco, ut p. 1346, 36. 1601, 3. etiam alteram rationem, qua a *κοεῖν* dici voluerunt, sicut Etym. M. p. 457, 42. et Orion p. 73, 16. 102, 21. afferat. V. etiam schol. ad Il. XXIV. 221. Si recte se habet *θυοσκεῖν*, eadem haec analogia est quae in *βοηθεῖν, βοηθόος*. Sed si *θυοσκόος* non est a *θυοσκέω* factum (ignorare autem videntur hoc verbum grammatici, qui *κοεῖν* pro fonte ponant), verbum esse debebit *θυοσκοεῖν*, ut recte scriptum sit in scholio codicis Farn. *θυοσκοεῖς*. Quis autem contendat non Hesychium quoque *θυοσκοεῖν* potius quam *θυοσκεῖν* scripsisse? Quamquam non probo Boissonadum, qui exhibuit quod Lobeckio ad Phryn. p. 523. in Aeschyli versu placebat, *θυοσκοέεις*. Id saltem *θυοσκοιεῖς* scribendum erat. Pro *θυοσκόος* etiam *θυηκόος* ab Hesychio adnotatum est, quae nominis forma restituenda est Eustathio p. 1601, 3. Accedunt ad haec alia huius verbi vestigia apud Hesychium: *κοίης, ἱερεὺς Καβείρων ὁ καθαίρων φονέα· οἵ δέ, κόις*. Item *κοῖται, ἱεροῦται*, et *κοιώσατο, ἁγιερώσατο, καθιερώσατο*. Quae quum ita sint, non ausus ego quidem sum tam dubia fide nisum *θυοσκεῖς* admittere, sed servandum duxi quod libri habent *θυοσκινεῖς*, etsi ne hoc quidem verbum aliunde innotuit. Videtur sic etiam Porsonus sensisse, qui nullam suspicionis notam apposuerit. *Θυοσκεῖς* si scripsit Aeschylus, decem habemus systemata, caditque Lindneri observatio, quam suam fecit O. Müllerus, ternario numero procedere anapaestorum systemata. De eo invento dixi in Opusc. VI. p. 142.

90. Hunc versum editores nonnulli, in iisque Porsonus, Heathio suasore eiiciendum censuerunt. Non est cur damnetur. *Omnium*, inquit, *in aris deorum ardet flamma, qui urbem regunt, superum, inferum.*

quique in caelo degunt, quique hominum negotiis adsunt. Praeterea ne idem quidem si significaretur hoc versu quod praecedente, reprehendi posset. Sic Sophocles Ant. v. 851. *οὔτε βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.* Quin ipse Aeschylus tuetur hunc versum, quum in Sept. ad Th. v. 254. dicat *χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις.* Quos ibi dicit *πολισσούχους*, eos hic *ἀστυνόμους*, quo modo *ἀστυνόμους ὀργάς* Sophocles Ant. v. 355.

91. *δώροις* M. Marc. Bess. G. Flor. Ald. Rob. *δώροισι* Farn. Turn. Vict. Schol. Aristophanis ad Equitum v. 1317. *ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν, ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν.*

94. *χρίματος* M. Marc. Rob. *χρήματος* Bess. G. Ald. *χρίσματος* Flor. Farn. Turn. Antiquior et poetis usitata forma *χρῖμα* est.

97. *τοῦτον* Marc. Rob. Deinde *λέξασ'* M. Flor. Bess. Farn. Rob. *λέξας* G. *λέξ'* Ald. Turn. Tum *ὅτι καὶ δυνατὸν* M. Bess. Farn. Ald. Rob. *ὅ τι καὶ δυνατὸν* Flor. Vict. Solus Turn. *ὅτι καὶ σοὶ δυνατὸν*, deceptus errore Aldinae *λέξ'*. Frustra haesitatum est in constructione. Monui iam in priore Nubium editione ad v. 180. et ad Vigerum n. 219. copulam participio, quasi id verbum rectum esset, esse subiectam, ut apud Homerum Il. XXII. 247. *ὣς φαμένη, καὶ κερδοσύνῃ ἠγήσατ' Ἀθήνῃ*, ubi unus scholiastarum *ἢ περισσὸς ὁ καί, ἢ τὸ φαμένη ἀντὶ τοῦ ἔφη.* Sed quod addit, *ἢ πρὸς τῷ ταῦτα εἰρηκέναι καὶ δολίως ἠγήσατο*, ab Homerica dicendi consuetudine abhorret. Id non reputavit Doederlinus, qui in Lectionum Homericarum specimine II. p. 9. seqq. exempla, quae hoc genus constructionis habent, parum feliciter removere conatus est. Hesiodi quidem illud in Theog. v. 86. *ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων, αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσεν*, non est hoc modo dictum, sed *τέ* eam habet potestatem, ut plerumque fieri solita notet.

98. *εἰπεῖν* Victorius ex Flor. Farn. Canterus ceterorum librorum scripturam *αἰνεῖν* restituit, cuius explicatio est *εἰπεῖν*. Ancipitis enim significatus est *αἰνεῖν*, ut Latinum *praedicare*. Vt hic, ita Choeph. v. 187.

100. *ἦ νῦν τοτὲ μὲν* M. Flor. Bess. Rob. Turn. In M. glossa *ἔσθ' ὅτε μὲν* adscripta est. *ἦ νυν* (cum gl. *δὴ*) *τοτὲ* (cum gl. *ποτὲ*) *μὲν* Farn. *ἦ νῦν ἔσθ' ὅτε μὲν*, verbis *ὅτε μὲν* punctis deletis et supra scripto *τότὲ μὲν*, G. *ἦ νῦν εὖθ' ὅτε*, omisso *μὲν*, Ald.

101. *ἀγανὰ φαίνεις* M. G. Turn. *ἄγαν ἀφαίνεις* Ald. *ἀγανὰ φαίνει* Bess. *ἀγανὰ φανεῖσ'* Rob. *ἀγανὰ φαίνουσ'* Flor. Farn. Vict. Butleri elegantem coniecturam *σαίνουσ'* in textum recepit Blomfieldius. Sed recte se habere videtur *φαίνουσ'*, etsi Porsono quoque suspectum erat, non illud quidem cum Wunderlichio et Wellauero omissione participii, sed propria vi verbi defendendum. Est enim *φαίνειν lucere*, et hinc

demum activa collustrandi declarandique potestas deducta. Euripides El. v. 1233. de Dioscuris

ἀλλ' οἵδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων
φαίνονσί τινες δαίμονες ἢ θεῶν
τῶν οὐρανίων.

Quod recte interpretatus est Seidlerus. Vt ex ἀείρω factum est αἴρω, sic φαίνω ex Homerico φαείνω.

102. ἄπλειστον M. G. Ald. Rob. Veram scripturam ceteri habent.

103. τὴν θυμοφθόρον λύπης φρένα M. Bess. G. Ald. Rob. τὴν θυμοβόρον λῦποφρένα Farn. τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα Vict. ex Flor. τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην ex coniectura Turn. Porsonus ex Pauwii coniectura τὴν θυμοβόρον φρενὶ λύπην. Languet haec appositio. Quam nomeminis coniecturam in Annalibus Heidelbergensibus memoratam dicit Blomfieldius, τῆς θυμοβόρον φρενολύπης, mea est, non illa quidem a genere dicendi Aeschyleo aliena et, ut mihi videtur, aliis coniecturis melior. Requiritur enim genitivus ad ἄπληστον. Et sane cogitatio insatiabilis est sollicitudinis de capta urbe et salute Agamemnonis.

Non respondet choro Clytaemnestra. Scilicet quum ante aedes regias in scena complures arae cerni videantur, in quibus ignis vel accensus erat vel iam accendebatur, egressa ex aedibus regina, ut mos est, cum duabus ancillis, ad eas aras deinceps accedit, tus et suffimenta in ignes iniiciens. Deinde videtur spectatoribus a dextra abire, ut in urbe sacra factura; tum redire finito chori carmine. Postquam igitur chorus parodum et coniunctum cum ea stasimon cecinit, propius ad orchestram accedente Clytaemnestra, unde v. 241. τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας γαίας ἔρκος vocatur, iterum eam compellat, spectareque ad illud quod antea non responderat videntur haec verba v. 248. οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος. Parodum autem quum chorus canere incipit, aliquid nuntii acceptum esse ex accensis ignibus coniiciens, adhuc se de reditu sperare significat. Ceterum parodus haec chori similiter composita est ut illa quae est in Persis, ut anapaestos sequantur stropha, antistropha, epodus, tum autem carmen quod iusti chorici carminis formam habeat a totoque choro cani videatur, praegressum autem carmen epodicum inter partes quasdam chori sit distributum. Quomodo ea distributio facta sit, certo dici non potest. Illud patet, non esse de hemichoriis cogitandum, quae strophas cecinerint, epodum deinde universo choro canente. Id enim fieri non patiebatur Calchantis oratio, coepta in antistropha, finita autem in epodo. Multo credibilius est hanc trium partium distinctionem ad tres στοίχους pertinuisse. Atque haud scio an pauci, ac fortasse non plures quam cuiusque στοίχου medius, simul cecinerint stropham, antistropham, epodum: versum autem intercalarem, αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω, in stropha totus secundus στοῖχος, in antistropha totus tertius, in epodo vel totus primus vel omnes tres στοῖχοι cecinerint. Certe si aequalitatis studium respici-

mus, quod tam magnum apud tragicos invenitur, consentaneum est ordines sic fuisse dispositos,



Quae O. Müllerus in Eumenidibus p. 196. de parodo excogitavit, ab ipso conficta sunt, nec sane perite.

104. Attulit hunc versum Aristophanes in Ranis v. 1308. (1276.) ubi vulgo *ὅσιον κράτος αἴσιον* legitur. Ravennatis libri scripturam *ὃς δῖον* patet ex *ὅσιον* et *ὅδιον* in unum coniunctis esse conflatam. Scholiastae ad Aristophanis locum verba, *ἐν τοῖς πλείστοις αἴσιον, Ἀσκληπιάδης τὸ ὅσιον*, rectene emendaverit, quem Brunckius probat, Pauwius, *ἐν τοῖς πλείστοις ὅδιον, Ἀσκληπιάδης δὲ ὅσιον*, an contrarium ille rettulerit, dubitari potest. Si ita iudicavit Asclepiades, fecit id eo, quod *ὅδιον* idem esse atque *αἴσιον* existimavit. Nam Hesychius *ὅδιος οἰωνός, αἴσιος*. Hic quidem ego Aeschylum non hoc, sed proprio significatu *ὅδιον κράτος* dixisse puto *vim viatricem*, quo indicaret profectionem instituentes. Nam etiam *ὅδιος οἰωνός* non quaevis fausta avis est, sed quae iter facturo fausta pronuntiat. Vnus apud Brunckium Aristophanis codex *λέγειν* pro *θροεῖν*.

105. Libri omnes *ἐκτελέων*, nisi quod Rob. divisim *ἐκ τελέων*. Afferuntur haec, *αἴσιον ἀνδρῶν ἐκτελέων*, in scholio ad Aristoph. Ran. v. 1295. Certatim viri docti *ἐντελέων* emendarunt, Auratus, Scaliger, Casaubonus, alii. Nam *ἐντελεῖς* grammatici interpretantur per *οἱ ἄρχοντες*. Librorum scripturam qui defendere volet, divisim scribere debebit *ἐκ τελέων*, ut *κράτος ἐξ ἀνδρῶν τελέων* dicatur imperium quo a supremis ducibus imperata est expeditio. Sic Agamemno *ἀνὴρ τέλειος* dicitur v. 939. et *κράτος*, licet alio significatu, *ἔκ τινος* v. 1438. *κράτος ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν*. Sed multo praestabilius est *ἐντελέων*. Deinde *καταπνείει* Ald. *καταπνέ ει*, erasa post *έ* una littera, M. *καταπνέει* Rob. Turn. *καταπναίει* G. *καταπνεύει* Bess. Flor. Farn. In Farn. ad *καταπνεύει* adscriptum *διὰ τὸ μέτρον*.

106. 107. *μολπὰν* etiam M. Deinde omnes libri *ἀλκὰν σύμφυτος αἰών*. Scholiastes *ὁ γὰρ σύμφυτός μοι αἰών, ὅ ἐστι τὸ γῆρας, διὰ τὴν εἰς θεοὺς πειθὼ μολπήν μοι καὶ ἀλκὴν καταπνεῖ. ὅ ἐστιν, εἰ καὶ γέρων εἰμί, ὅμως μέλψω τὰ γεγονότα· πέποιθα γὰρ ὅτι εἰς πέρας αὐτὰ ἄξουσιν οἱ θεοί*. Patet haec neque cum verbis poetae congruere, nec, si congruerent, aptam sententiam praebere. Non minus inepta sunt quae recentiores, vel ut similem sententiam extunderent

interpretando, vel temere coniectando attulerunt. Quid dici oporteat, res ipsa monstrat. Nam chorus quum dicit *adhuc mihi fiducia cantum inspirat, quo augurio suscepta sit expeditio*, quid aliud indicat quam adhuc se confidere ratum fore augurium? Cur autem adhuc? Nempe quia destinatum tempus nondum est exactum. Ex quo manifestum est ad πειθώ per appositionem adiectum fuisse id quo niteretur ea fiducia. Quare scripsi ἀλκᾷ σύμφυτος αἰών. Saepe ἀλκή pugnam et bellum significat, ut in Sept. ad Th. v. 855. Bello autem σύμφυτος αἰών tempus est coniunctum cum eo, satis usitato genere dicendi. Sophocles Oed. C. v. 7.

στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει.

Oed. R. v. 1082.

οἱ δὲ συγγενεῖς
μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν.

Ita Euripidi Herc. fur. v. 1293. συγγενῶς δύστηνος ὤν dicitur qui per omnem vitam infelix fuit. Saepe autem σύμμετρος eodem modo dicitur, ut in Choeph. v. 602. et in Oed. R. v. 1113. vel συμμετρούμενος, ut ibidem v. 73. 963. Aliter paullo, sed tamen non plane dissimiliter persona indutus Αἰὼν apud Nonnum VII. 9.

καὶ Διὶ παμμιεδέοντι δυηπαθέων γένος ἀνδρῶν
ἄμμορον εὐφροσύνης ἐπεδείκνυε σύντροφος Αἰών.

Insolentius autem Aeschylus αἰῶνα, *aetatem*, de spatio temporis dixit. Sic tamen etiam Apollonius IV. 1216.

ἀλλὰ τὰ μὲν στείχοντος ἄδην αἰῶνος ἐτύχθη.

108. Hunc quoque versum habet Aristophanes Ran. v. 1317. (1284.) apud quem vulgo ut in Aeschyli libris ἥβαν legitur, sed codices Rav. Ven. aliique veram lectionem ἥβας conservarunt. Scholiastes ibi δίθρονον δὲ κράτος, αὐτόν τε καὶ τὸν Μενέλαον. ἀκμὴν δὲ τὴν νεότητα. ἔστι δὲ ἀναπόδοτον. Scilicet ἥβαν erant ἀκμήν interpretati, ex quo in nonnullis Aristophanis codicibus ad ἥβας adscriptum est ἀκμῆς, ἰσχύος.

109. ξύμφρονα M. G. et edd. σύμφρονα Bess. Flor. Farn. τὰν γᾶν M. G. Ald. Rob. ταγᾶν Turn. τᾱγάν, cum glossa τὴν ὁμόφρονα τάξιν, Farn. ταγάν Flor. Bess. Vict. Blomfieldius, quod ταγή prima brevi est, scripsit ταγόν. Adiungenda est altera caussa, non illa levior, quod sententia duces nominari postulat. At non erat scribendum ταγόν, sed accentu tantum mutato τάγαν. Hac uti forma maluit poeta non solum quod magis poetica esset, sed etiam quod longa vocalis aptius responderet antistrophico πύργων.

110. 111. σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι θούριος ὄρνις affert Aristophanes Ran. v. 1321. (1289.) qui visus est viris doctis veram servasse scripturam. Aeschyli libri πέμπει σὺν δορὶ δίκας πράκτορι θούριος ὄρνις, hac tantum differentia quod πέμπει σὺν habent M. G. Ald. Turn. πέμπει ξὺν Bess. Farn. Flor. πέμπῃ σὺν Rob. πέμπῃ ξὺν Vict. et

deinde πλάκτορι Ald. Scholiastes Aristophanis τὸ δὲ ξὺν δορὶ καὶ χειρὶ πράκτορι ἐξ Ἀγαμέμνονος, ἐκ τῆς συνεπείας τοῦ κύριός εἰμι θρόεῖν. Aristophanes ista vel minus fida memoria citavit vel pro suo arbitrio paullum mutavit. Aeschylum aliud scripsisse et libri arguunt et ostendit metrum versus antistrophici. Id fuit ξὺν δορὶ πράκτορι ποινᾶς.

112. νέων Ald. Turn. ἀργίας M. Bess. Flor. Farn. Rob. Turn. ἀργείας G. Ald. Simili errore Suidas ἀργείης, ὁ λευκός. Scribendum erat ἀργήεις, et apud Aeschylum ἀργᾶς, quod Blomfieldius quoque et Heindorfius apud Buttmannum in Gramm. Gr. I. p. 172. viderunt. Pindarus Ol. XIII. 99. ταῦρον ἀργᾶντα. V. ad Eur. Hel. v. 1322. Hanc aquilam, quae πύγαργος sive κεβροφόνος vocatur, magnitudine primam, quae autem μέλας sive μελανάετος et λαγωφόνος dicitur tertiam magnitudine, sed validissimam esse scribit Aristoteles Hist. An. IX. 32.

113. οἱ φανέντες Flor. ἴκταρ μελάθρων affert Thomas M. p. 188. ed. Ritsch. χειρὸς Bess. δορυπάλτον M. G. Bess. Flor. Farn. Rob. δορυπάλκτον G. δορυπάλκτον Ald. δοριπάλτον Turn. Vict.

114. παμπρέπτοις scribendum esse Abreschius vidit, et sic παμπρέπτοις ἐν ἕδραισι Bess. παμπρέποις ἐν ἕδραισιν M. Ald. et ultima littera omissa Turn. Vict. παμπρέποις ἐνέδραισιν G. Rob. παμπρέποισιν ἕδραις Flor. παμπρέπεσιν ἕδραις, cum glossa εὐπρεπέσιν. ἢ εὐθεῖα ἢ παμπρέπτης, Farn. Errant qui Stanleio duce has παμπρέπτους ἕδρας de palatio Agamemnonis intelligunt. Caeli fausta portendens regio est quam dicit chorus. Euripides Herc. fur. v. 596.

ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις.

Plura vide apud Spanhemium ad Callim. Lav. Pall. v. 124. Quod Aeschylus, similiter dixit Ennius apud Ciceronem de div. I. 48.

cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta
avium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.

115. βοσκομένην Farn. Tum ἐρικύματα φέρματι M. (sic M. non φέρματα) G. Rob. ἐρ' ἰκύματα φέρματι Ald. ἐρικύματα φέρματα Turn. ἐρικύμονα φέρματι Bess. ἐρικύμονα φέρβοντο Victorius ex Flor. Farn. In Farn. adscripta glossa ἥσθιον. Elegans est Seidleri coniectura ἐρικυμάδα, hausta ex eo quod Hesychius adnotavit κυμάδας, ἐγκύους. Sed non ausim reiicere ἐρικύμονα, quum facile propter sequens φέρματι corrumpi potuerit. Et scholiastes πολυκύμονα adscripsit.

116. Ad βλαβέντα intelligendum est λαγών. Non dicit autem λοισθίων δρόμων de postremo ante partum cursu, sed ut significetur quum iam in eo esset ut effugeret lepus impetum aquilarum. Refertur enim augurium ad captam post diuturnum bellum Troiam, sperantibus Troianis non simulato reditu vela dedisse Graecos. Aquila leporem lacerans, itemque serpens passerum nido inhians, conspicitur in anaglypho cuius picturam Böttigerus primo volumini Amaltheae praefixit, quem vide ibi p. 48.

117. αἴλινον semel Flor. τὸ δ' εὖ νικάτω Farn. Vict. τόδ'

εὖ νικάτω M. Rob. Turn. *τόδ' εὐνικάτω* G. Ald. Infra v. 334. *τὸ δ' εὖ κρατοίη*. Comparari potest hoc Demosthenis in fine Philippicae I. *νικῴη δ' ὅ τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν.*

118. *δύω* G. Ald. Rob. *λήμμασι* Flor. Farn. Omnes *δισσούς*. Auratus et Canterus coniecerunt *δισσοῖς*, quod Blomfieldius recepit. *Δισσούς* si verum est, non *geminos*, ut verterant, sed *diversos* significare dixi ad Soph. El. v. 635. Videri autem potest Aeschylus diversitatem eam ducum intellexisse, qua Plato in Convivio p. 174. C. ex Homero Agamemnonem *διαφερόντως ἀγαθόν*, Menelaum autem *μαλθακὸν αἰχμητὴν* dixit. Non male, opinor, coniiciat quis *δύο λήματα, δισσοὺς Ἀτρείδας*. Saepius enim *λῆμα* de ipsa persona dicitur. Pindarus Pyth. III. 42. *ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀάταν καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος*. Sophocles El. v. 1426. *μηκέτ' ἐκφοβοῦ μητρῷον ὥς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ*. Oed. Col. v. 960. *ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς;* Euripides Iph. Aul. v. 1122. *ὦ λῆμ' ἄριστον, οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτ' ἔτι λέγειν, ἐπεί σοι τάδε δοκεῖ*. Elegans est Lobeckii ad Ai. v. 151. p. 139. coniectura *δύο λήμασι πιστούς*, ut est in Persis v. 56. *τοξουλκῷ λήματι πιστούς*, et in Simonidis epigr. 38. *εὐτόλμῳ ψυχᾶς λήματι πειθόμενοι*, quod Thucydides II. 39. dixit *πιστεύοντες τῷ ἀφ' ἑαυτῶν εὐψύχῳ.*

119. *Ἀτρείδας* Blomfieldius Monkio auctore. Recte fortasse. Deinde *λαγοδαίτας* Victorius ex Flor. Farn. *λογοδαίτας* M. G. Bess. Ald. Rob. Turn.

120. *ἀρχάς* M. G. Bess. Ald. Rob. Turn. quod recte restituit Blomfieldius. *ἀρχούς* Victorius ex Flor. Farn.

121. *δ' οὖν* pro *δ'* Flor. Pro *τεράζων* scripsi *τεράζων*. V. Etym. M. p. 737, 11.

122. Libri omnes *ἀγρεῖ*. In Farn. glossa est *ἀγρεύσει, πορθήσει*. Blomfieldius Elmsleio auctore *αἱρεῖ*. Illo verbo usa est Sappho II. 14. *πόλιαδε*, superscripto *ν*, M.

124. *προσθετὰ* M. G. *πρόσθετὰ* Bess. *πρόσθε τὰ* ceteri. Deinde *διμοπλήθῃ* Ald. Dici quidem potest *πρόσθε τὰ διμοπλήθῃ* pro *τὰ πρόσθε διμοπλήθῃ*: v. similia apud Soph. El. 1486. Oed. R. 617. collato Eustathio p. 1062, 40. Antig. 710. Eur. Alc. 1050. Andr. 215. Sed sententia frigida est, quia *πύργων κτήνη* si antea dicuntur populi Troiani fuisse, tam nihil id ad indicandam opulentiam confert, ea ut minui potius videatur. Recte Pauwius *πρόςθεια*. Sententia haec est, *vi fatum turrium opes diripiet collatas a populo* Opulentiam dicit Priami, ex tributis civium collatam. *Διμοπλήθῃ* est *πολλὰ δήμια*, ut dicitur *ἀρσενοπλήθης* in Suppl. v. 29. et *γυναικοπλήθης* in Pers. v. 122.

125. *μοῖρ' ἀλαπάξει* vulgo. *μοῖρα λαπάξει* Farn. quod merito probarunt Elmsleius ad Med. v. 888. et Blomfieldius.

126. *οἷον* M. Bess. Flor. Farn. Turn. In Farn. glossa *μόνον*. Ita et scholiastes. *οἷον* G. Ald. Rob. Vict. Deinde omnes *ἄτα*, nisi quod

ἅτα Ald. Burneii ἄσα probavit Elmsleius ad Med. v. 240. Quod ego in adnotationibus ad Humboldti versionem et in El. doctr. metr. p. 704. suasi, ἄγα, receperunt Blomfieldius aliique. Tum κνεφάσειε Farn. Deinde προτυπὲν M. Bess. Flor. Rob. Vict. προτυπὲς G. Ald. προτυφθὲν Farn. Non videtur hoc verbo proruens exercitus significari posse, quum ea activi tantum verbi potestas sit; multo minus autem procusum ferrum: sed proprie intelligendum, *prius percussum*, i. e. ante belli clades immolatione Iphigeniae afflictum. ἐπό μιον G. spatio relicto, quo novi versus initium indicatur.

127. στρατωθὲν M. Bess. Flor. Farn. Rob. στρατῶθεν G. Ald. στρατευθὲν Turn. Vict. quae Turnebi coniectura esse videtur. Recte Blomfieldius στρατωθὲν restituit. Est autem στρατοῦσθαι, quod significat *in castris esse*, diversum a στρατεύεσθαι. Hic commorantes Aulide intelliguntur. οἴκτῳ Scaliger: non recte. ἐπὶ φθόνος ἄρτεμις ἁγνὰ G. ἔπι, φθόνος ἄρτεμις ἁγνά Ald.

128. πτανοῖσιν M. πτανοῖσι G. Bess. Ald. Rob. Turn. Vict. πτανοῖς Flor. Farn. κυσὶν M. Rob. Dubitari posset an per parenthesin insertis his verbis, οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνά, quae sequuntur cum praecedentibus essent coniungenda, nisi adderetur στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν. Ex quo patet πτανοῖσιν κυσὶ πατρός non ad ἐπίφθονος referendum esse, ut propter aquilas irata esse Diana dicatur, sed pertinere ad primariam loci sententiam, ut sit *quantum per aquilas cognosci potest.*

129. πτάκα Porsonus, et ita M. G. πτᾶκα Rob. πτῶκα Flor. Farn. Turn. Vict. πτάωκα Bess. Etiam Ald. πτάων καθυμένοισιν. θυμένοισι Bess.

131. αἴλινον semel Flor. εἶπε Bess. τό δ' εὐνικάτω G. Ald. sed in G. οἶμαι εὖ νικάτω supra scriptum. τόδ' εὖ νικάτω Rob. Emendate Vict.

132. τόσσων M. G. Ald. Rob. τόσον rectius fortasse Flor. Farn. τόσσον Turn. Vict. Tum εὔφρων καλὰ M. G. Rob. ἄφρων καλὰ Bess. Ald. ἄφρων καλαδρόσοισιν, altera voce cum sequente coniuncta, Turn. εὔφρων ἁ καλὰ Flor. Farn. Vict. In Farn. glossa ἄρτεμις adscripta. Καλλίστη Diana est apud Euripidem Hipp. v. 66. et apud Leonidam Tar. epigr. 20. eoque nomine culta ab Arcadibus: v. Paus. VIII. 35, 8. et Athenis, teste eodem I. 29, 2. Non infestam feris, sed patronam potius habitam esse monuit Müllerus Dor. I. p. 379. Atque ipsum nomen deae rerum naturae integritatis conservatricem prodit. Quum igitur dicit Aeschylus τόσον περ εὔφρων, hoc significat, *quamvis tantopere favens catulis ferarum, tamen bona vult portendi.*

133. δρόσοις Farn. Ceteri δρόσοισιν. Tum ἀέλπτοις M. G. Ald. Rob. Turn. ἀέπτοις Bess. Flor. ἀέπτοισι, cum glossa τοῖς μὴ δυναμένοις πτῆναι, Farn. et sic Vict. Scribendum erat δρόσοις ἀέπτοις. Verissime scholiastes in M. ἀέλπτοις δέ, τοῖς ἕπεσθαι γονεῦσι μὴ (μὴ

omittit M.) δυναμένοις, quae interpretatio ad ἀέπτοις pertinet. Blomfieldius coniecit ἀλέπτοις, quod vocabulum proprie significaret pullum ovo nondum exclusum, ἄεπτος in omnes analogiae regulas peccare ratus. De analogia quod dicit, neque Aristophani grammatico ita visum esse ex scholiis ad Il. I. 567. patet, et falsum esse vel ἄαπτος, quod eodem modo formatum est, demonstrat. Wellauerus non dubitavit λεπτοῖς reponere, facili ad litteras emendatione: at illud ostendendum erat, potuisse catulos leonum λεπτοὺς dici. Deinde μαλερῶν ὄντων M. G. Bess. Ald. Turn. Vict. μαλερῶν ὄλτων Rob. Posteriorem vocem omittunt Flor. et Farn. in quo τῶν φθαρτικῶν πετεινῶν adscriptum est. Etym. M. p. 377, 37. ἔρσαι, αἱ ἐν ἔαρι γεννηθεῖσαι· ἢ αἱ ἁπαλαὶ καὶ τελείως νέαι, μεταφορικῶς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε, μεταφράζων τοῦτο. Inde Stanleius correxit μαλερῶν λεόντων.

135. ὀβρικάλοις Flor. Farn. ὀβρικάλοισι M. Bess. Rob. Turn. Vict. ὀκρικάλοισι G. Ald. Aelianus V. H. VII. 47. τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα ὄβρια καλεῖται. καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλκοῖς. Hesychius ὀβρικάλοις, τοῖς τῶν θηρίων ἐκγόνοις. Photius ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα, τὰ τῶν λεόντων καὶ λύκων σκυμνία. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς. Eustathius p. 1395, 47. ἐκεῖθεν καὶ ὀβρίκαλα παρὰ Αἰσχύλῳ λεόντων σκυμνία, τὰ δηλαδὴ καὶ ὄβριμα καὶ καλά. Et p. 1625, 42. ὑστρίχων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα, ὧν χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. Idem p. 281, 16. Αἰσχύλος δὲ ὀβρίκαλά φησι τοὺς λεοντιδεῖς, ubi de ἅπαξ λεγομένοις. Post ὀβρικάλοις vel ὀβρικάλοισι vulgo statim scriptum est τερπνὰ cum sequentibus verbis coniunctum. In Farn. ad τερπνὰ adscripta glossa ἄρτεμις. Scribendum videtur θηρῶν ὀβρικάλοις ἔπι τερπνά, ut τερπνά passive dictum sit, *laeta*. Non puto Aeschylum nisi addito ἔπι sic dicturum fuisse, sed omiserunt librarii ἔπι, quia τερπνά ad ξύμβολα referebant. At id absurdum ad sententiam, pravumque ad metrum est, quod dactylicum esse debet.

136. Ad αἰτεῖ adscriptum με in Farn. Tum κράναι M. G. Bess. Ald. Rob. κρᾶναι Flor. Farn. Turn. In M. ad hunc versum hoc scholion adscriptum est, τὰ σύμβολα αἰτεῖ με φάναι. In Farn. κρᾶναι ita explicatur, τελέσαι, ἀντὶ τοῦ φᾶναι τελεσθῆναι. Hinc Victorius φάναι posuit. Scribendum erat κρῖναι.

137. κατάμορφα Rob. φάσματα στρουθῶν M. G. Bess. et edd. φάσματα τῶν στρουθῶν Flor. Farn. Porsonus Adv. p. 157. (138.) deleri iussit στρουθῶν, ut adscriptum ex Il. H. 311. Sed hoc vel quia sic iusta catalexis deesset fieri non potest. Molestum est autem ξύμβολα et φάσματα iungi, quorum alterutrum satis erat. Scribendum φάσματι τῷ στρουθῶν. Scholiastes στρουθῶν interpretatur τῶν ἀετῶν. Id probari non potest. Alienum est enim quod Eustathius p. 228, 38. docet.

στρουθόν esse etiam *γενικὴν λέξιν*, his verbis usus Aelii Dionysii, *ἄγριαι στρουθοὶ αἱ στρουθοκάμηλοι.* Immo notum ex Iliade passerum augurium intelligendum est, quo Troiam decimo anno captum iri significabatur. Id augurium cum altero aquilarum augurio comparat Calchas. Anaglyphum, in quo utrumque coniunctum est, commemoravi ad v. 116.

138. *ἴηον* Ald. Turn. *ἴκιον* Rob. Non Apollinem ad avertendam Dianae iram invocat Calchas, sed Paeanem, qui, quisquis est, non est frater Dianae.

139. *ἀντιπρόσους* G. *ἀντὶ πνόους* Ald. *χρονίας* Farn. habet post *ἐχενηΐδας:* sic enim libri. *ἀπλοίας* Turn. Vict. *ἀπλοΐας* M. G. Bess. Rob. *ἀπλοΐας* Ald. *ἀπλοΐδας* Flor. Farn.

140. Ex scholiastae adnotatione, *ὦ Ἄρτεμι*, patet fuisse qui *τεύξῃς* legerent. *σπευδομένα* M. Bess. Flor. Farn. Rob. Vict. *σπευδόμενα*, sic, sed mutatum in *σπενδόμενα*, G. Inde *σπενδομένα* Ald. Turn. Reprehensum ab Elmsleio ad Med. v. 179. medium *σπεύδεσθαι* tuitus est Blomfieldius Eumenidum v. 355. cui loco minime fidendum est. Hic quidem etsi *σπεχομένα* scribere poterat poeta, tamen, quoniam ipsi Dianae hoc sacrificium fit, recte usus est medio *σπενδομένα.* Qui *ἑτέραν infaustam* interpretantur, inferunt quod noluit poeta dicere. Respexit is Iphigeniae immolationem, quae *ἑτέρα* est, alia quam aquilarum, quas *μογερὰν πτάκα θυομένους* dixerat.

141. *σημμενεῖ φυτὸν* pro *σύμφυτον* Bess. Videtur librarius *μενεῖ*, interpretationem ad *μίμνει* adscriptam, textui intulisse. Bene vidit Lachmannus deesse post *δεσήνορα* unum trochaeum, quem tamen non apte per *μῆτιν* supplendum coniecit: quamquam minus etiam probari potest quod mox scripsit *μίμνει γὰρ ἁ φοβερά*, sententia pariter ac metro adversantibus. Numero quidem per novem dactylos porrecto non offenderer, nisi sic *μίμνει* obscuraretur, *γάρ* autem erigeretur. Credibilius est *φωτός* excidisse. Erant autem hi versus 138 — 143. aliter atque vulgo factum est disponendi.

142. *γὰρ* omittunt Flor. Farn. *παλίνορτος* M. (sic M.) Bess. G. Flor. Farn. Ald. Rob. *παλίνορσος* Turn. Vict. Etym. M. p. 618, 27. *παλίνορσος. παρὰ τὸ ὄρω γίνεται ὁρμματικὸν ὄρομα ὀρτός, καὶ παλίνορτος. ἐχρῆν διὰ τοῦ τ γράφεσθαι, οὐχὶ διὰ τοῦ σ, ὅν ἦ ὁ πάλιν ὁρμιμμένος. σημαίνει δὲ τὸ ὀπισθόρμητος, ἐκ τοῦ πάλιν, τοῦ σημαίνοντος τὸ εἰς τοὐπίσω, καὶ τοῦ ὄρσω Αἰολικοῦ μέλλοντος.* Quae adnotatio ad Il. III. 33. pertinet.

143. *μνάμην* Ald. Turn. sed G. cum ceteris *μνάμων.*

145. *ἀπέκλαιξεν* M. G. Ald. Ceteri *ἀπέκλαγξεν.*

146. *οἶκος* Flor.

147. *τοῖςδ'* Vict. *ὠμόφωνον* Bess. *ὁμόφρονον* Ald. unde Turn. *ὁμόφρων ὤν.* Sed G. cum ceteris *ὁμόφωνον.*

148. *αἴλινον* semel Flor. *τόδ'* G. Ald. Rob. Turn.

149. 150. Incipit carmen universi chori trochaeo semanto. εἰ τό δ' αὖ τῷ Ald. εἰτὸ δ' αὐτῷ Rob.

151. τοῦτον νύν G. Ald. προξεννέπω G. πρὸς ἐννέπω Rob.

154. διὰ Ald. Δία Turn. Sed διὸς ut ceteri G. Deinde libri εἰ τόδε μάταν, praeter Farn. in quo ex Triclinii emendatione εἴγε μάταν est. εἰ τό γε μάτας Auratus, et μάτας vel ματᾶν placet Blomfieldio. Legisse videtur μάτας scholiastes, cuius haec interpretatio est, εἰ τὸ τῆς ματαιότητος ὀφείλει τις ἀποσείσασθαι τῆς γνώμης, Δία νομιζέτω. Habuit μάταν alius scholiastes, cuius explicationem (quae non est in Rob. neque in codicibus M. G.) edidit Stephanus, ἐγώ, φησί, πάντα ἐρευνῶν καὶ πάντα ἐξετάζων ὡς ἐν σταθμῷ τινί, οὐκ ἔχω ὅμοιόν τι εὑρεῖν τῷ Δί', εἰ χρὴ ἀληθῶς ἀποβαλεῖν ἀπὸ τῆς φρονήσεως καὶ τοῦ λογισμοῦ μάταιον ἄλλο ἄχθος. τὸ γὰρ περί τινων ἄλλων διαλογίζεσθαι μάταιον ἐστὶν ὄντως ἄχθος. ἡ δέ γε περὶ θεοῦ ἔννοια καὶ τὸ διὰ μνήμης ἐκεῖνον ἔχειν ἀεί, οὐ μόνον ἄχθους παντός ἐστιν ἀπηλλαγμένον, ἀλλὰ καὶ χαρᾶς ἀφάτου τὴν καρδίαν πληροῖ. ὡς καὶ Εὐριπίδης φησίν, "ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ, λύπας παραιρεῖ." τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ "ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ εὐφράνθην." ταῦτα δὲ ἄγαν ἐστὶν εὐσεβῆ. Quae adnotatio ita comparata est, ut suspiceris, qui eam scripsit, in codice suo legisse εἴ τι μάταν ἄλλο φρονήσεως ἄχθος. Sed quidquid ille legit, a poetae mente longe aberravit. Recte Porsonum ex Pauwii coniectura scripsisse puto εἰ τὸ μάταν. Vocat chorus suam sollicitudinem τὸ μάταν ἄχθος, quia caussam eius non idoneam esse videt.

155. ἐντύμως G. Ald.

158. οὐδὲν λέξαι M. G. Bess. Flor. Ald. Rob. Turn. οὐδέν τι λέξαι Farn. Vict. Deinde πρὶν ἂν Turn. Ceteri πρὶν ὤν. Schützius scripsit οὐδὲν ἂν λέξαι, quod non recte interpretatus est *nec quicquam nobis dicere possit*, quum deberet, *nullius momenti* est. Monui in addendis ad Eur. Suppl. v. 612. et ad Vigerum adn. 189. Aristophanes Eq. v. 331. νῦν δεῖξον ὡς οὐδὲν λέγει τὸ σωφρόνως τραφῆναι. Athenaeus XIV. p. 628. D. εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθείη τὴν σχηματοποιΐαν καὶ ταῖς ᾠδαῖς ἐπιτυγχάνων μηδὲν λέγοι κατὰ τὴν ὄρχησιν, οὗτος δ' ἦν ἀδόκιμος. Non recte haec intellecta erant. Hoc dicit, *si quis cantu probaretur, nihil autem valeret saltando, contemnebatur.* Blomfieldius, qui οὐδὲν ἂν δεῖξαι πρὶν ὤν legendum coniecit, id ut esset, *non se quicquam fuisse ostendet*, non videtur animum neque ad πρίν attendisse, neque ad totam sententiam, quae haec potius esse deberet, *non se nunc aliquid esse ostendet*, nec denique ad numeros, in quibus dubitari non potest quin vitiosus sit spondeus. Isque etiam Schützianae emendationi refragatur, praesertim quum vel praeter numeros poeta rectius λέγοι dicturus fuisse videatur. Scribendum puto οὐ λελέξεται πρὶν ὤν, *neque, qui antea potens erat, non dicetur fuisse*, i. e. ille dicetur non amplius esse. Ceterum recte haec interpretatus est Schützius, Vranum et Satur-

num dici videns, qui ante Iovem regnaverint, recteque quum illa comparans in Prometheo v. 960.

οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
αἴσχιστα καὶ τάχιστα,

tum quae de Vrano Hesiodus narrat in Theog. v. 154. seqq. Nam hunc *παμμάχῳ θράσει βρύοντα* dicit Aeschylus propter saevitiam, qua quiqui ei nati sunt filii, eos non sivit in lucem prodire, sed sub terra occuluit.

162. *φρονῶν* Rob.

164. Libri omnes *τῷ πάθει*, ad quod in M. adscriptum est *τῷ παθόντι*. Deinde *μάθος* M. Bess. Farn. Ald. Rob. Turn. *μάθοις*, ultima syllaba punctis notata, supra autem scripto *ος*, G. *μάθ*, supra scripto *ο*, et super ea littera *η*, Flor. *τῷ πάθει μαθὼν* Vict. Schützius *τὸν* pro *τῷ*, quod receperunt Porsonus et Blomfieldius. Recte se habere *τῷ πάθει μάθος θέντα* vidit Wellauerus. Iuppiter dicitur *βροτοὺς φρονεῖν δδῶσαι θεὶς τῷ πάθει μάθος κυρίως ἔχειν.*

166. *πρὸς καρδίας* Turn. Gravissima, sed obscurius expressa sententia non videtur satis percepta esse. Ad *στάζει* ex sequentibus, ut particula post *ἐν* posita ostendit, accusativus *τὸ σωφρονεῖν* supplendus est. *Μνησιπήμων πόνος*, etsi conscientiam malefactorum significari patet, tamen utrum, ut Blomfieldio placuit, angor sit ex recordatione malorum, an quod mihi et aptius et fortius dictum videtur, angor excitans vel recordationem peccatorum vel cogitationem poenarum, valde ambigi potest. Certe *μνησιπήμων* similiter ut in contrariam partem *λαθικήδης* dictum videtur. Vtcumque est, eadem ambiguitate Latine dicas *instillat et in somno cordi moderationem admonitor malorum labor, et venit illa ad invitos.*

169. *δὲ ποῦ* Ald. Rob. *βιαίως* M. Bess. Flor. Farn. Ald. Vict. et e correctione G. *βιαίῳ* Rob. *βιαίως* Turn. et ante correctionem G. Quod Schützius in ultima editione posuit, *βίαια*, sensu carere visum Wellauero, verissima est Bothii emendatio. *Βίαια* sic adverbialiter dictum est in Suppl. v. 789. Versus harum stropharum ultimus recte a Bothio factus est trimeter brachycatalectus, neque credibile est in antistrophico versu Aeschylum non *παλιρρόθοις* scripsisse, sed aliud quid, veluti *παλιρροίβδοις*, quo vocabulo Oppianus Hal. V. 220. utitur. Ab sensu autem loci Bothius aeque ut alii aberravit, quum *βίαια potenter* vertit. Hoc dicit poeta, malis ut corrigantur homines deorum forsitan benignitate institutum esse, per vim imperia sua exsequentium, si sponte sua virtutem colere mortales negligant. Blomfieldio *δαιμόνων χάρις* ab interpretibus mirum in modum pro dono deorum accepta esse visa est. Magis mirum est ipsum non sic, sed de reverentia diis adhibenda accepisse.

172. *ἀχαϊκῶν* M. G. Bess. Flor. Farn. Ald. Rob. *ἀχαϊκῶν* Turn. Vict.

174. *ἐκπαίοις τύχεσι* Ald. unde *ἐμπαίοις τείχεσι* Turn. *ἐμπαίοις*

τύχαισι G. ut ceteri praeter Flor. qui ἐμπαίοις τύχαις habet. Deinde συμπνέει Farn.

175. ἁπλοΐᾳ M. G. Bess. Farn. ἁπλοίω Ald. ἁπλοίᾳ Rob. Turn. Vict. Deinde κεναγει Ald. κεναγεῖ Turn.

176. ἀχαϊκὸς M. G. Bess. Farn. Ald. Rob. Turn. ἀχαϊκὸς Vict.

178. Livius XXVIII. 6. de Chalcide, *ex patenti utrimque coactum in angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit: sed haud facile alia infestior classi statio est. nam et venti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi se deiiciunt, et fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verso mari velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur. ita nec nocte nec die quies navibus datur.*

182. νεῶν τε καὶ Porsonus. Libri ναῶν καί.

183. πολυμήκη Flor. et supra adscripto παλίμμ Farn.

184. Τρίβῳ exquisitius dictum pro τριβῇ. V. Steph. Thes. κατέξενον, sed αι ad penultimam syllabam superscripto, M. καιάξενον Bess. Libri ἀργείων. Scribendum Ἄργους.

185. ἐπειδὴ καὶ Rob.

187. πρόμοισιν M. G. Bess. Ald. Rob. πρόμοισι Flor. Turn. Vict.

188. ἔκλαγξεν Porsonus. Libri ἔκλαγξε.

189. ὥς τε Farn. Rob. Turn. ὅς τε Ald. Recte ceteri. μάκτροις Rob.

192. Libri τόδ' εἶπε φωνῶν, nisi quod τό δ' εἶπε φρωνῶν est in Ald. Haec verba quum aperte repetant quod v. 171. dici coeptum erat, καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς, non τόδε, sed τότε dici postulant. Vidit hoc Stanleius, cuius emendationem eo minus dubitavi recipere, quod, pronomine si uti voluisset poeta, credibilius est τάδε dicturum fuisse.

193. πιθέσθαι Turn. πειθέσθαι M. G. Bess. Ald. Rob. πείθεσθαι Farn. Vict.

196. παρθενοσφάγοισιν M. G. Ald. Rob. Turn. παρθενοσφάγοισι Farn. Vict. παρθενοσφάγοις Flor.

197. Vulgo legitur ῥεέθροις πατρῴους χέρας βωμοῦ πέλας. Quod Porsonus scripsit, ῥείθροις, habet Farn. ex Trielinii, ut patet, coniectura. Deinde πατρῴοις G. πατρώοις Ald. πατρώας Bess. Tum πέλας mendose Ald. Βωμοῦ credibile est ab interprete profectum esse. Deleto hoc vocabulo et mutato verborum ordine usitatum metrum sic restitui,

πέλας πατρῴους χέρας ῥεέθροις.

Ῥέεθρα, quae forma multo usitatior tragicis est quam contracta, ad profusum sanguinem rettulit Aeschylus, quum alibi, saltem apud tragicos, tantum de fluviis dictum inveniatur.

199. τί πῶς M. G. Bess. Flor. τὶ πῶς Rob. τί; πῶς Vict. τί

τῶς Ald. Turn. Deinde *λιπόναυς τε γένωμαι* M. G. Ald. Rob. Turn. In Bess. *τε* supra adscriptum est. *λειπόναυς τὲ γένωμαι* Flor. Vict. Veram scripturam *πῶς λιπόναυς γένωμαι*, quam Porsonus restituit, habet Farn. Male plerique interpretes *λιπόναυς* active dictum putarunt. Hoc dicit, *quomodo a classe destituar, orbatus sociis?* Nam si nolet immolare filiam, destituent eum qui se socios praebuerunt expeditioni in ipsius et fratris gratiam susceptae.

200. *ἁμαρτῶν* G.

202—204. *ὀργᾶι* M. *ὀργᾷ* vel *ὀργᾶ* G. Bess. Flor. Ald. Turn. Vict. *ὀργᾶι* Rob. In G. *αὐδᾷ* ad *ὀργᾷ* superscriptum. *αὐδᾷ*, cum glossa *λέγει ὁ μάντις*, Farn. In M. G. hoc scholion est, *τῷ τρόπῳ γὰρ αὐδᾷ ὁ μάντις διλονότι*. Scribendum *ὀργᾷ, τῷ τρόπῳ. γρ. αὐδᾷ, ὁ μάντις διλονότι*. Ex iis, qui vulgatum *ὀργᾷ* explicare studuerunt, fuere qui verba haec, *ὀργᾷ περιόργως*, fortasse quod *περιόργως* etiam *ἐπεροργόντως* significat, de Diana, quae irata eiusmodi sacrificium exigeret, dictum existimarent. Quo factum ut Casaubonus adscripserit *ἐπιθυμεῖ Ἄρτεμις* et Ruhnkenius ad Timaeum p. 194. tacens posuerit *παρθενίον θ' αἵματος ὀργᾷ, περιόργως τ' ἐπιθυμεῖ Ἄρτεμις*, non laudabili levitate metrorum negligens. Sed ne sententiam quidem haec ratio aptam praebet, propter adiectum *παυσανέμιον*, quod hic aperte non ornatus caussa, sed significanter ob rem ipsam est additum. Sacrificium si sibi poscit Diana, poscit, ipsa ut placetur, non ut cessent adversi venti. Illi vero interpretes, quibus *ὀργᾷ* cum scholiasta non pro verbo, sed pro nomine accipere placuit, quod fecerunt H. Vossius, Blomfieldius, Wellauerus, quam moleste inutili additamento oneraverint orationem, non opus est demonstrari. *Ὀργᾷ* nihil aliud est quam error librarii, ad sequens vocabulum *περιόργως* aberrantis. Recte vero se habet *αὐδᾷ περιόργως ἐπιθυμεῖν θέμις, vates dicit fas esse avide expetere ventos pacans sacrificium virgineumque sanguinem.* De indeclinabili *θέμις* dixi ad Soph. Oed. Col. v. 1189. Non intellectus hic usus fecit ut *θέμις γὰρ εὖ εἴη* scriberetur in Flor. Farn. Quod reliqui libri habent, *εὖ γὰρ εἴη*, ita explicandum est, ut omissa censeatur sententia, ad quam *γάρ* referatur: *sic fiat.* Ita quod brevissime dixit poeta, accipiendum est hunc in modum, *nam, quoniam evitari non potest, optandum ut bene vertat.*

205. *λέδαπνον* Bess. 206. *δυσεβῆ* Flor. *τρόπαιαν* G. Ald.

207. *θ' ὅθεν* pro *τόθεν* Turnebus.

208. *τὸ παντότολμον* M. G. Bess. Flor. Farn. *τόπαν τότολμον* Ald. *τὸ ταντότολμον* Rob. *τὸ πάντολμον* Turn. Vict.

209. Omnes libri *βροτοῖς*, quod servavit Porsonus una cum mala post hanc vocem plena interpunctione, quae in Ald. recte posita est post *μετέγνω*. Schützius quum recte corrigeret *βροτούς*, peccavit eo, quod non ad sequentia hoc verbum rettulit. Id et ego feci et Blomfieldius. Perperam sic emendatum esse pronuntiavit parum considerate G. Bernhardy in Syntaxi p. 93.

212. *γυναικοποίνῳ πολέμῳ ἀρωγὸν* infelici coniectura Turnebus.

213. *προτέλειῳ* G. *προτελείῳ* Ald. Turn. Ceteri recte *προτέλεια*.

214. Male strophas distinxerat Canterus. Correctae sunt a me, ab Erfurdtio, a Blomfieldio.

215. *παρθένιον* M. G. Bess. et edd. Emendate *παρθένειον* Flor. Farn. Copulam *τ'* addendam esse primus vidit Pearsonus.

216. *βραβῆς* M. G. Ald. Rob. *βραβῆς* Turn. Vict. *βραβεῖς* Bess. Flor. Farn.

217. *φράσε δ' ἀόζοις* Flor. Turn. *φράσεν δ' ἐν ὄσσοις* Farn. Post *μετ' εὐχὰν* Ald. ut in fine versus puncto distinguit, Turn. commate, quem plerique secuti sunt. Recte eam distinctionem omisere Rob. Vict. Nam *μετ' εὐχὰν* cum *λαβεῖν* coniungendum est.

218. *χιμαίρας* Flor. Farn. Turn. Vict. *χειμαίρας* M. G. Bess. Ald. Rob. *ὑπερθεν* Flor. Vict. Ceteri recte *ὑπερθε*.

219. *περιπετεῖ* G. Ald. sed in G. *εῖ* a pr. manu in *ῆ* mutatum.

220. *βαλεῖν* Farn. Deinde *ἀέρδειν* Flor.

221. *καλλιπρώιρον* M. *καλλιπρόρον* Bess. Flor. Farn. Rob. Turn. Vict. *καλλιπρῴρον* G. *καλλιπρῴρον* Ald. Deinde *φυλακὰγκατασχεῖν* Ald. unde *φύλαχ' ἀγκατασχεῖν* Turn. Sed G. ut ceteri *φυλακὰν κατασχεῖν*.

223. *τ'* M. G. Bess. Flor. et edd. *δ'* Farn. *ἀναύδων* Flor.

224. 225. *δ'* omittit Farn. *χέουσα ἔβαλλ'* M. Bess. Farn. Rob. Turn. *χέουσα ἔβαν* G. Ald. *χέουσ' ἔβαλ'* Flor. Vict. Deinde *ἕκατον* Bess. Non credam isto hiatu *χέουσα ἔβαλλ'* Aeschylum non abstinuisse. Suspicetur quis forsitan, quoniam post *βαφὰς* in Farn. *δ'* omissum est, scribendum esse *χέουσα δ'*. Sed et parum elegans haec collocatio est et syllabam in fine versus longam requirimus. Scripsisse videtur Aeschylus

κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσ', ὧδ'
ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων.

Qui cum Stanleio *κρόκον βαφάς* de sanguine intelligendum censuerunt, non cogitarunt mox dicere chorum *τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω*. Nec sanguis nec vittae intelligendae, de quibus Lucretius immolationem Iphigeniae describens I. 88.

cui simul infula virgineos circumdata comptus
ex utraque pari malarum parte profusa est.

Qui non abiectas, sed aptatas capiti vittas dicit. Eaeque non croceae, sed albae erant. Aliud est quod Aeschylus narrat. Iusserat Agamemno prehendi Iphigeniam obvolutamque vestibus ne mala imprecaretur ad aram sisti. At illa reiecto croceo velamine, quo ut regia virgo induta erat, sponte vocem comprimit, satis habens adspicere duces, tamquam verba factura.

226. *ἀπὸ ὄμματος βέλει* M. *βέλει ἀπ' ὀμμάτων* Farn.

230—232. *ἔμελψεν* M. Bess. Flor. Farn. Vict. *ἔμελθεν* G. Ald. Rob. *ἔμελλεν* Turn. *Ἔμελψεν* aperte ineptum est. Neque enim illo

aevo in conviviis cantabant virgines, quaeque id Aeschyli tempore faciebant, tibicinae erant et saltatrices, et arte illa et corpore quaestum facientes. Scribendum ἔμιχθεν, *quoniam illi saepe in hospitali domo patris ad mensam convenerant.* Deinde ἁγνᾷ Schützius: libri ἁγνά. Tum αὐδὰ M. Bess. Turn. Ceteri αὐδᾷ. Deinde τριτόσποδον Rob. Tum εὔποτμον M. G. Bess. et edd. εὐπόταμον Flor. εὔποτον Farn. Elmsleium secutus Blomfieldius εὔποτμόν τ' addita copula scripsit. Scribendum potius videtur εὐπότμαν. Codicis Flor. scriptura ex εὔποτμῶν orta est. De his formis v. Lobeckium ad Ai. v. 604. In explicando hoc loco mirum quantum a vero aberraverint interpretes. Scholiastes ἀταύρωτος interpretatur ἄζευκτος, παρθενική. Hesychius ἀταύρωτος, ἄζυγος, καὶ παρθένος, παρ' ὅσον ἐξεῦχθαι γάμοις αἱ γεγαμημέναι λέγονται. Vide etiam Eustathium p. 259, 9. 1554, 28. et Valckenarium animadv. ad Ammonium p. 40. seq. Non negaverim hoc significatu potuisse hanc vocem ab aliquo tragico usurpari. Sic Aeschylus infra v. 1084. ἄπεχε τῆς βοὸς τὸν ταῦρον, et Horatius *nondum subacta ferre iugum valet cervice, nec tauri ruentis in Venerem tolerare pondus.* Eiusmodi locum in mente habuisse videtur Aristophanes in Lysistrata v. 217. quem versum afferens Suidas scripsit ἀταυρώτη, ἀντὶ τοῦ ἁγνὴ καὶ ἄμικτος. ταῦρος γὰρ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός, καὶ διὰ τοῦτο ἀταυρώτη ἡ ἁγνὴ ἢ ἄζευκτος γάμου καὶ ἀζυγής: quam obscenam explicationem mirum est probare potuisse Blomfieldium. Idem Suidas mox addit ἐπειδὴ οἱ ταῦροι κατωφερεῖς· "οἴκοι δ' ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον." Ab Aeschyli loco haec significatio tam aliena est quam quod maxime. Quid enim attinebat hic virginem incorruptam vocari Iphigeniam? Immo ἀταύρωτος est *non efferata.* Hoc enim dicit poeta, puellam, non indignatam quod immolaretur, pio silentio honorasse sortem patris, faustam futuram per hoc sacrificium. Euripides Med. v. 91.

ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην
τοῖσδ'.

Et v. 190.

καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης
ἀποταυροῦται δμωσίν.

Eodem pertinent haec in Herc. fur. v. 867.

καὶ διαστρόφους ἑλίσσει σῖγα γοργώπους κόρας,
ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει, ταῦρος ὡς ἐς ἐμβολήν,
δεινὰ μυκᾶται δέ.

Recte vero Schützius ἁγνᾷ αὐδᾷ, quod eodem modo dictum quo τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες apud Sophoclem Oed. Col. v. 131. Τριτόσπονδον autem αἰῶνα quum dicit, de quibus verbis videndum Blomfieldii glossarium, ad libationem respicit Iovi Servatori factam, qui scilicet servaturus sit classem adversis ventis ab destinato cursu prohibitam.

234. ἄγραντοι Ald. ἄχραντοι Turn. Dicit hoc universe, *non*

vana est ars Calchantis. Respicit enim quae supra commemoraverat v. 126. seqq. non ex omni parte prospere successuram esse expeditionem, quumque modo de impio facto Agamemnonis dixisset, simul ex hoc aliquid mali nasciturum praesagit.

235. 236. *δίκα δύς τοῖς* error Aldinae a Turnebo repetitus. Deinde omnes libri *παθοῦσι.* Sensus est, *iustitia his quidem* (eos dicit qui virginem immolarunt) *experiundo admovet cognitionem futuri.* Id supra dixerat *πάθει μάθος ἔχειν.* Activum est *ἐπιρρέπει*, ut Eum. v. 875.

οὐτἂν δικαίως τῇδ᾽ ἐπιρρέποις πόλει
μῆνίν τιν᾽ ἢ κότον τίν᾽ ἢ βλάβην στρατῷ.

Et apud Theognidem v. 157.

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλως.

237. Libri *τὸ δὲ προκλύειν*, nisi quod in Farn. haec verba omissa sunt. In M. ab alia manu adiecta sunt. Deinde post *προκλύειν* sequitur *ἐπιγένοιτ᾽ ἂν κλύοις* (sic M. G. *ἀνκλύοις* Rob.) *προχαιρέτω* M. G. Rob. et Ald. nisi quod haec *ἀνηλύοις* habet. *ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν κλύοις προχαιρέτω* Bess. Flor. et sic etiam Farn. *ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν ἡ λύσις προχαιρέτω* Turn. Viet. Triclinius, cuius recensionem codex Farn. exhibet, videtur haec sic constituisse, *τὸ μέλλον, ἐπεὶ γένοιτ᾽, ἂν κλύοις.* Auratı coniectura est *ἥλυσις*, in quam Schützius quoque incidit. Elmsleius quum *τὸ δὲ προκλύειν* in Farn. omissum videret, non satis caute *τὸ προκλύειν* ab interprete adiectum esse iudicavit, quod verbum minime redolet interpretem, aperteque ad haec verba refertur quod sequitur *ἴσον δὲ τὸ προστέρειν.* Secutus eum tamen Blomfieldius exhibuit *δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει· τὸ μέλλον δ᾽ ἐπεὶ οὐ γένοιτ᾽ ἂν λύσις, προχαιρέτω*, atque *ἐπεὶ οὐ γένοιτ᾽ ἂν ἡ λύσις* iam alii coniecerant. Sed haec, sive numeros, sive sententiam spectes, non habent quo commendentur. Ad sensum quidem reprehendi non potest *τὸ προκλύειν δ᾽, ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν ἥλυσις, προχαιρέτω:* sed ita si legitur, debet aliquid omissum ab librariis in strophicis putari, in quibus tamen nulla est omissionis suspicio. Ego non dubitavi reponere, quod in adnotationibus ad Humboldti versionem conieci,

τὸ προκλύειν δ᾽ ἥλυσιν προχαιρέτω.

Nam illud potius *ἐπεὶ γένοιτ᾽ ἂν ἥλυσις* ab interprete adscriptum fuerat.

238. *ἴσον* Farn. Ceteri *ἶσον.*

239. *συνορθὸν ἀυταῖς* (id est *αὐταῖς*) M. *συνορθὸν αὐταῖς* Rob. *σὺν ὀρθὸν αὐταῖς* G. Bess. Ald. Turn. *σύναρθρον ἀϋταῖς* Flor. Farn. Glossa in Farn. *συνηρμοσμένον βοαῖς καὶ θρήνοις*, et alia, *συνίζησις.* Blomfieldius *αὐταῖς* cum Stanleio ad artes Calchantis refert, quod patet quam putidum sit. Nec melius Elmsleii *αὐτᾷ*, scilicet *τῇ δίκῃ.* Mea coniectura est *αὐγαῖς.* Fallitur Wellauerus, *αὐγαῖς* de luce diei intelligi posse negans, nisi accesserit aliquid quod de his sermonem esse indicet. Quasi non *λεύσσειν ὑπ᾽ αὐγάς* per se intelligatur, aut non in hac ipsa fabula v. 1140. legatur *ὥστε κύματος δίκην κλύζειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε*

πήματος πολὺ μεῖζον. Recte tamen, quamquam non recto usus argumento, coniecisse videtur Wellauerus *σύνορθρον αὐγαῖς. Orietur*, inquit, *cum luce solis eventus.*

240. *πέλοι δ' οὖν* Rob. Deinde *τούτοις* Flor. Vict. Sed *τούτοισιν* M. G. Bess. Farn. Ald. Rob. *εὔπραξις*, quod libri habent, non Graecum esse censuit Lobeckius ad Phryn. p. 501. Scribere possis *εὖ πρᾶξις*, ut dicitur v. 478. *εὖ γὰρ πρὸς εὖ φανεῖσι προσθήκη πέλοι.* Sed *εὔπραξις* defensum est in Parisina editione Thesauri Stephani in v. *εὐθεράπευσις.*

241. 242. Vix credas fuisse qui his verbis chorum semet ipsum dicere existimarent, scholiastam secuti, nec viderent quam haec stolida et importuna esset iactatio, praesertim quum in eo sit, ut alloquantur reginam illi, qui se *ὅταρ ἡμερόφαντον ἀλαίνειν* supra dixerunt. Diversae et originis et significationis esse Homeri *ἀπίην γαῖαν*, ex praepositione *ἀπό* dictam, et tragicorum *Ἀπίαν*, appellatam ab antiquissimo rege Apide, bene animadvertit Buttmannus in Lexilogo c. 19. vol. I. p. 67. sed ille quae de aliquot aliorum nominum cum isto Apide cognatione dixit, cur falsa sint, non opus videtur demonstrare. *Ἄπις*, Doricae linguae nomen, cognatum esse cum *ἤπιος* satis ostendunt quae de Apide praedicat Aeschylus in Suppl. v. 249. seqq.

243. In G. Bess. Flor. Ald. Turn. Vict. et a sec. manu in M. praefixum *ἄγγελος. ἄγγελος φύλαξ* Farn. *φύλ.* Rob. Chori nomen apposuit Stanleius.

244. *ἐπιφωτὸς* error Aldinae.

245. *ἄρσενου* G. *ἀρσένου* Ald. Turn.

246. *εὖ δ' εἴτε κεδνὸν* error Aldinae. Inde *εὖ δ', εἴτε κεδνὸν* Turn. *σὺ δ' εἴτε κεδνὸν* codices et Rob. Vict. sed in M. ultima in *εἴτε* littera e correctione *ε* est. Aurati coniectura est *σὺ δ' εἴ τι κεδνόν*, quam ex margine Askewiana Blomfieldius recepit. Estque id aptius, licet defendi possit *εἴτε*. Nam potius hic est, num quid fausti acceperit quaeri.

247. *ἐλπίσι* M. Bess.

248. Clytaemnestrae hunc versum tribuunt Bess. Flor. Farn. Turn. *σιγῶντι* Flor. Farn. *σιγώσηι* M. Ceteri *σιγώσῃ.* Correctoris mutatio est *σιγῶντι*, qui haec verba a Clytaemnestra dici putaret. V. ad v. 256.

249. Clytaemnestrae nomen adscriptum in M. G. Ald. Vict. *ἄγγ.* in Bess. Flor. Farn. Omissae personae nota in Rob. Eustathius p. 22, 32. affert *εὐάγγελος ἠὼς γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα*, comparans cum Soph. Trach. v. 95.

251. In M. hic et in sequentibus lineola personas distinguit. Nuntii nota adscripta in G. Ald. Rob. Turn. Vict. Nulla personae nota in Rob. *πεύσει* Bess. Ceteri *πεύσῃ.*

253. Versus chori in G. Bess. Flor. Farn. Ald. Turn. Vict. Cly-

taemnestrae, Clytaemnestrae versus nuntio tributi sunt. Illis Clytaemnestrae nomen, his φύ. praefixum in Rob.

254. ἧτορ ὡς G. Ald.

255. Ad Od. XIX. 471. τὴν δ' ἄρα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένας, haec habet scholiastes, Σοφοκλῆς "χάρμα ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη." Aeschyli esse et Barnesium fugit et Buttmannum. Ad eundem Homeri versum Eustathius p. 1872, 64. ὅθεν λαβὼν φασὶ Σοφοκλῆς ἔφη, ὡς χάρμα ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλούμενον.

256. φρονούσης Flor. Farn. Vict. quod correctoris est prava personarum distinctione moti. ὄμμα σοῦ Farn. Turn. Vict. et ante rasuram M. ὄμμα σου G. Ald. Rob. et nunc M.

257. Libri τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστιν τῶνδέ σοι τέκμαρ, nisi quod ἔστιν habet Ald. τί δ' ἄρ Auratus. Sentiebat enim vulgatam scripturam non congruere cum eo quod respondet Clytaemnestra. Eam ob caussam Abreschius τὶ γὰρ τὸ πιστὸν scribi volebat, quod esset *ecquod, quod certum sit, signum.* Optime Schützius τί γάρ; τὸ πιστὸν ἐστὶ τῶνδέ σοι τέκμαρ; Tenuere tamen vulgatum Blomfieldius et Wellauerus, Schützium bene refutatum esse rati a Doederlino in Actis Monac. I. p. 40. Scilicet, ut hic, sic ipsi quoque in solam articuli cum τίς consociationem, de qua nemini dubium esse potest, intuentes, parum solliciti de sententia, ne caussam quidem perspexerunt, qua ad mutandam distinctionem vir egregius, qui se poetam legere, non construendi exercitia ante oculos habere sciret, fuerit adductus.

258. ἔστιν. τί δ' M. Farn. Rob. Vict. ἔστιν τὶ δ' G. ἔστι τί δ' Bess. ἔπιν τ' δ', omisso per errorem ι, Ald. unde Turn. ἐστὶ τάδ'.

259. εὐπειθῆ G. Ald. Ceteri εὐπειθῆ. Recte Blomfieldius εὐπιθῆ.

261. ἐπίαν Bess. εὔπτερος Turnebus. Ceteri omnes ἄπτερος. Scholiastes ἰσόπτερος, κούφη. Hesychius ἄπτερα, ἰσόπτερα, ταχέα, ἡδέα. Idem ἄπτερος, αἰφνίδιος, παρὰ Ὁμήρῳ. ὁ προσηνὴς ἢ ταχύς. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. αἰφνίδιον. Idem ἀπτέρωτα, ταχέα, αἰφνίδια. Etym. M. p. 133, 26. ἄπτερος. "τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος." ταχὺς πρὸς τὸ πεισθῆναι, καὶ ἰσόπτερος. ἡ γὰρ ᾱ στέρησις δηλοῖ καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἴσον, οἷον ἀτάλαντος, ἄλοχος. ἔνιοι δέ, οὐ παραπτάς, ἀλλ' ἔμμονος. ἔνιοι δέ, ἄπτερον τὸ ἡδύ, ἄσμενον, ὀρθόν. Partem horum habet etiam Zonaras. Vide etiam Apollonium in Lex. Hom. et Eustathium p. 1811, 39. In Etym. M. p. 133, 34. et 183, 24. ἀπτερέως ex Hesiodo affertur, pro quo Ruhnkenius in Epist. crit. I. p. 67 (sive 105. et noviss. ed. 158.) vereor ne temere Apollonii Rhodii nomen, IV. 1765. ea voce ita ut sit *celeriter* usi, substituendum censuerit, Parmenidem quoque afferens apud Sextum Emp. adv. log. I. p. 393.

ὥς σφιν βαλανωτὸν ὀχῆα
ἀπτερέως ὤσειε πυλέων ἄπο.

Eodem significatu ἀπτέρως dixit Lycophron v. 627. et nescio qui alius poeta apud Pollucem IX. 152. ἀπτέρῳ τάχει, quod ab Leone Diacono

VII. 2. assumptum attulit Boissonadus. Scribit autem Etymologus p. 133, 34. ἀπτερέως παρ' Ἡσιόδῳ, ὥςπερ τὸ ἀψοφέως. σημαίνει τὸ . . . . . ἔστιν ἀπωτέρω, ἀπτέρω. οὕτως Ἡρωδιανός. ἔστι ταχέως, ἑτοίμως, ἀφροντίστως. οἱ δέ, ἀπροθύμως, ἐλαφρῶς. ἔνιοι δέ, ἠμελημένως. Etp. 183, 24. ὅμοιον δὲ τούτου (ἀψοφέως dicit) καὶ τὸ ἀπτερέως παρ' Ἡσιόδῳ. ἀπὸ τοῦ πτερέως, τὸ ταχέως. Hoc πτερέως quidem a grammaticis fictum puto, etsi apud Hesychium est ἀγαπτερέως, ἀσμένως, προθύμως, ταχέως. Quod nescio an ipsum quoque inconsiderate Ruhnkenius ἀπτερέως scribi iusserit. Pertinet huc etiam verbum ἀπταρύσσεται, quod Hesychius πέτεται interpretatur, et ἀπτερύονται apud Aratum v. 1009. agnitum quidem illud a scholiasta, sed in libris etiam αὖτ' ἐρύονται et αὖ πτερύωνται scriptum. Vtrumque suspectum habeo vereorque ne fuerit ἀμπερύσσεται et ἀμπτερύονται. Apud Atticorum tragicos sicubi ἄπτερος invenitur, propria significatione nunc *non alatum* notat, ut in Eum. v. 53. 249. et in Iph. Taur. v. 1095. nunc *implumem*, ut in Herc. fur. v. 1039.

ὃ δ', ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστένων
ὠδῖνα τέκνων, πρέσβυς ὑστέρῳ ποδὶ
πικρὰν διώκων ἤλυσιν πάρεσθ' ὅδε.

Et hic quidem locus accommodatissimus est ad tuendam hanc vocem in Agamemnone. Nam ἄπτερος φάτις est *rumor immaturus*, cui nondum fides habenda, comparatione ab avibus petita, quibus nondum ad volatum pennis firmatae sunt alae. Non est autem obscurum, etiam qui illa voce in contrarium significatum usi videntur, re vera non recessisse a proprio. Sunt enim illi Homerum secuti, cui quum ἄπτερος μῦθος *dictum* significet *non avolans*, sed sedulo mente custoditum, ἄπτερος, ἀπτέρως, ἀπτερέως de iis rebus dictum est, quae non leviter aut oscitanter, sed sedulo et strenue aguntur.

262. ὡς sine accentu M. G. Ald. Rob.

265. καὶ πῶς Farn. καὶ τὶς Rob. Ceteri καὶ τίς. Deinde ἐξ ἵκοιτ' ἀναγέλων ex primae manus correctione, quum antea scriptum fuisset ἐξ ἵκοιτ' ἀναγχος, G. ἐξ ἵκοιτ' ἂν ἀγγέλων Ald. ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων ceteri. Stanleius ἀγγέλλων scribi volebat, Abreschio vel hoc placebat vel ἀγγελῶν, quod recepit Porsonus. Hoc cur praestet vulgato, ac non potius deterius sit, vix intelligas.

267. ἀπαγγέλου G. et a pr. manu M. ἀπ' ἀγγέλου M. a sec. manu et ceteri. ἀγγάρου commendatum a Cantero receptum est inde a Schützio et Porsono. Etym. M. p. 7, 16. et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 212, 5. ἔλεγον δὲ καὶ τοὺς σταθμιοὺς ἄγγαρα, καὶ τοὺς ἐπὶ τὸ καθοδηγεῖν παραλαμβανομένους ἄκοντας. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Ἀγαμέμνονι τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν "ἀπ' ἀγγάρου πυρός" ἔφη. Suidas et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 325, 13. ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι "φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου

πυρὸς ἔπεμπεν." Eustathius p. 1854, 26. παρὰ τῷ αὐτῷ δὲ ποιητῇ ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ οἱ ἄγγαροι κεῖνται, λέξις φανερῶς Περσική· "φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔπεμπε." τοιοῦτον δὲ τὸ τῶν φανῶν. κυρίως δὲ κατὰ Αἶλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοί, φησί, καὶ ἀστάνδαι Περσικῶς. Descripsit rem Herodotus VIII. 98. V. Brodaei Misc. VI. 6.

268. ἑρμαῖον G. Ald. Vict. et ut videtur M. ἕρμαιον Rob. Turn. Non quadrare videtur in hunc montem quod Arcadius praecipit p. 43, 8. Ἕρμαιος scribi nomen proprium. Ἑρμαῖος λόφος, de quo Etym. M. p. 375, 57. est Od. XVI. 471.

269. Libri φανόν. Porsonus πανὸν ex Athenaeo XV. p. 700. E. πρότερος δὲ τούτων (Menandrum et Diphilum dicit) Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται τοῦ πανοῦ· ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ ὡς λαμπάδι. Ammonius p. 90. φανός comicorum, πανός tragicorum esse ait. Valckenarius in Animadv. ad Amm. p. 147. ab scholiasta Aristophanis ad Pacem v. 841. promiscuum utriusque formae usum tragicis adscribi dicit. Sed quum scholiastes iste sic scribat, τοὺς νῦν φανοὺς καλουμένους λύχνους τινάς φασι λέγειν τῶν παλαιῶν, τὰς δὲ λαμπάδας τοὺς τραγικοὺς φανοὺς ἢ πανοὺς διὰ τοῦ π, non ille repugnare Ammonio videtur, sed indicare idem esse πανός, quo pro altera forma utantur tragici. Photius πανόν, ἀπὸ τοῦ πάντα φαίνειν σχηματισθέντα, κατὰ μεταβολὴν τοῦ φ. Σοφοκλῆς Ἑλένης γάμῳ. Idem πανός, δέσμη κλιματίδων. οἱ δὲ νεώτεροι Ἀττικοὶ φανόν. Ἀριστοφάνης. Pollux X. 117. πανὸς μέντοι καὶ φανὸς ἡ λαμπάς, ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης "πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβών;"

270. Ἀθῷον Blomfieldius. Libri ἄθωον. Affert hunc versum schol. Vict. ad Il. XIV. 229. Iovem in illo monte cultum dicens. Eustathius p. 358. ὅτι δὲ Θρᾳκικὸς καὶ ὁ Ἄθως, οὗ μνεία καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, δηλοῖ φασὶ Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι, "Θρῇσσαν" εἰπὼν "σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου." ἔνθα ὅρα τὸ Ἀθῴου, ὁμωνυμοῦν τῷ ἀθῴῳ, ἐφ' οὗ δηλοῦται ὁ ἀζήμιος. ὧν διαφορά, καθά που καὶ ἑτέρωθι δηλωθήσεται, οὐ μόνον κατὰ σημασίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τόνον. ἀθῶος μὲν γὰρ κατά τινας προπερισπωμένως, ὁ ἀζήμιος, Ζεὺς δὲ Ἄθωος προπαροξυτόνως, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος, ὅν φασιν ἔστι καὶ Ἀθῶον κατὰ διαίρεσιν εἰπεῖν, ὁμοίως τῷ Ἄρειος, Ἀρῆιος. κατὰ μέντοι ἑτέρους, ὧν ἐστὶ καὶ Ἡρωδιανός, ἀνάπαλιν, ὁ μὲν παρὰ τὸν Ἄθων Ζεὺς Ἀθῶος περισπασθήσεται, κατὰ τὸ ἥρως, ἡρῷος, Μίνως, Μινῷος, γάλως, γαλῷος, τὸ δὲ ἕτερον παροξυνθήσεται, καὶ ἔσται θωή, ἄθωος, ὡς ψυχή, εὔψυχος, βούλη, εὔβουλος, τιμή, ἄτιμος. Videtur ἄψυχος et ἄβουλος scripsisse. De eadem re idem p. 218, 3. 953, 42.

271. ὑπερτελῆστε sic M. ὑπερτελήστε sine accentu G. ὑπερτελής τε Ald. Turn. ὑπερτέλεί τε Bess. ὑπερθ' ἑλλής τε Rob. ὑπὲρ ἕλης τε Flor. Farn. Vict. In Farn. glossa ὑπὲρ τὸν ἑλλήσποντον. Deinde

πόντων Ald. De verbo *κωτίσαι*, *tegere* significante, dixit, hoc quoque loco allato, Porsonus ad Phoen. v. 663. Quare Musgravii coniectura *φωτίσαι* non opus est. *Ὑπερτελής* autem *super eminentem* notat, ut apud Eur. Ion. v. 1549. et ita *ὑπερτελέσαι* infra v. 344. eademque metaphora *ὑπερτελής* apud Sophoclem Trach. v. 36. Hesychius ex hoc Aeschyli loco, ut videtur, *ὑπερτελής*, *ὑπὲρ τὸ τέλος ἀφικομένη*. Blomfieldio Aeschylus scripsisse videbatur *ὑπερτελεῖ τε*. V. ad v. 272. 273.

272. 273. *ἰσχὺν* dedit Blomfieldius, id habere dicens marg. Ask. et Musgr. Puto hanc coniecturam esse Askewii et Musgravii. Libri enim *ἰσχύς*, quod scholiastes interpretatur *μεγίστη πεύκη*, *ἰσχὺς πυρός*. Non opus est *ἰσχὺν* scribere: sed *πευκή*, quod libri habent, ad *ἰσχὺς* appositum languet. Id Schützius recte in *πεύκης* mutandum esse censuit: cetera autem non recte tractavit. Coniecit enim *πρὸς ἐκδοχήν*, *πεύκης τὸ χρυσοφεγγὲς — σέλας*. Sed in *πρὸς ἡδονήν*, quod etiam Pearsono in *πρὸς ἐκδοχὴν* mutandum esse videbatur, nihil vitii est, si reputes non *δέ*, sed *τέ* post *ὑπερτελής* scriptum esse. Nam *δέ* si legeretur, requireretur verbum pro nomine *πεύκη*, veluti *πηδᾷ*, ut in Ione Euripidis v. 1144. *ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ Βακχεῖον*. Nunc vero, *τέ* posito, *ἐξεδέξατο* etiam ad sequentia refertur. *Excepit flammam Athos et vis flammae altissime eminens, ut mare collustraret, luxuriante pinu.* Significat enim *πρὸς ἡδονὴν πεύκης ut pro lubitu luxuriaretur flamma.* Mox *γλυσοφεγγὲς* Bess.

271. *παραγγείλας ἀμακίστου σκοπάς* G. Ald. *παραγγείλασα μακίστου σκοπάς* M. Bess. Flor. Farn. Rob. *παραγγείλασα μακίστου σκοπαῖς* Turn. Vict. Lesbi montem Macistum memorat Plinius H. N. V. 39. (140). Habuit etiam Triphylia montem altum cui nomen fuit Macistum, memoratum a Strabone VIII. p. 346. in quo urbs fuit Macistus, de qua Stephanus Byzantius. Aeschylo qui mons hic dictus est, situs ille, ut ordo locorum monstrat, in Euboea, masculino genere *Μάκιστος* videtur appellatus fuisse, si recte editum est *σκοπαῖς*. Blomfieldius *σκοποῖς* scripsit, vix dubium esse ratus quin *σκοπᾶς* ortum sit ex *σκοποῖς*. At *σκοποῖς* absonum foret, quia sic quod sequitur *ὃ δέ* perperam dictum esset, quod, ubi *σκοπαῖς* legitur, non potest non ad Macistum referri; non item de monte dictum videretur, si *σκοποῖς* praecessisset. Sed illud *σκοπᾶς*, quod ipse in M. G. Ald. Rob. esse dicit, in nullo horum librorum, qui omnes *σκοπάς* habent, legitur. Solus H. Stephanus *σκοπᾶς* ut aliam lectionem adnotavit, sed is haud dubie scribendi error est, quum *σκοπάς* exarare vellet. Scribendum vero *σκοπῷ*.

275. *ἀφράσμων ὡς* Turn. *ἀφασμόνως* Rob. Ceteri omnes *ἀφρασμόνως*, quam formam probat Lobeckius ad Ai. v. 23.

276. Nihil caussae erat cur Blomfieldius hic quoque *ἀγγάρου* scribendum coniiceret. *Παρῆκεν* male Stanleius interpretatus est *praetermisit*, si id voluit significare *neglexit*. Alio transmissum nuntii officium

dixit Aeschylus, quod Orellius non negasset, si reputasset *οὔτι μέλλων* esse *celeriter*, neque *οὔτι* separari ab eo participio posse.

277. *εὐρίππου* Bess.

278. *μεσσαπίου* M. G. Rob. *μεσαπίου* Bess. Flor. Farn. Turn. Vict. *μεταπίον* Ald. Scholiastes *Μεσάπιον ὄρος μεταξὺ Εὐβοίας καὶ Βοιωτίας.* Euboeae montem Messapium esse tradit Stephanus Byzantius: sed Boeotiae est. Strabo IX. p. 405. *ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστίν, ἀπὸ Μεσσάπου.* Servius ad Aen. VIII. 9. *in Anthedonis enim ora, quae Boeotiae est, mons stat Messapius, a duce Messapo nominatus.* V. etiam Müllerum in Orchomeno p. 24. Alius est eo nomine mons Macedoniae, memoratus Aristoteli Hist. an. IX. 32, 1. De utroque v. Schneiderum ad Aristot. vol. IV. p. 232. et Heynii excursum VIII. ad Aen. VII. *φύλαξ*, pro *φύλαξι* error Rob. *μολόν* M. G. Bess. Farn. Ald. Rob. *μολών* Turn. Vict.

279. *οἵ τ'* Flor.

280. *γαίας* Ald. Turn. Sed G. cum ceteris *γραίας.*

281. *λαμπάδ'* G. *λαμπά δ'* Ald. Deinde *οὐδέπω 'μαυρουμένη* Rob.

282. *πεδίον ἀσωποῦ* Flor. Farn. Vict. *παιδίον ὠποῦ* M. G. Bess. Ald. *πεδίον ὠποῦ* Rob. *πεδίον Ὠρωποῦ* Turn.

283. *φαιδρὰς* G. Ald.

286. *φρουρᾶ* Ald. In G. prius scriptus circumflexus post in gravem mutatus.

287. Etym. M. p. 384, 32. *Ἐσχατιῶτις, λίμνη κειμένη μετὰ τὸν Ἰσθμόν, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀπὸ Θρᾴκης σὺν Εὐμόλπῳ στρατευσαμένων ἐπ' Ἀθήνας ἐν αὐτῇ λουσάμενοι ἀπέθανον, ὥςπερ ἐσχάτῳ λουτρῷ χρησάμενοι. ἢ ἀπὸ τῆς Ποσειδῶνος θυγατρὸς Ἐσχατιώτιδος, ἥτις ἐκεῖ κατῴκησε, Ποσειδῶνος αὐτῇ χαρισαμένου ἀπόσπασμα θαλάσσης εἰς λουτρόν. ὕστερον δὲ Γοργῶπις ἐκλήθη ἀπὸ Γόργης τῆς Μεγαρέως θυγατρός, γυναικὸς Κορίνθου, ἥτις ἀκούσασα τὸν τῶν παίδων φόνον, περιαλγὴς γενομένη, ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς τὴν λίμνην.* Ita enim haec scribenda sunt. Hesychius *Γοργῶπις. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. λίμνην φασὶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, εἰληφέναι δὲ τοὔνομα διὰ τὸ Γόργην ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν.* Scholiastes, Aegiplanctum Megaridis montem esse affirmans, non sinit dubitare quin Gorgopis ista eadem sit cum illa de qua Aeschylus.

288. *αἰγίπλακτον* Bess.

289. *δὴ χαρίζεσθαι* Farn. Ceteri omnes *μὴ χαρίζεσθαι.* Schützius in prima editione recte receperat Heathii emendationem *μὴ χατίζεσθαι*, quod fecit etiam Porsonus. Non potest probari Th. Bergkii coniectura *θεσμὸν ἀγγαρίζεσθαι*, proposita in Diurn. antiq. a. 1835. p. 958. qui quum negaret *χατίζεσθαι* passive dici posse, et novum ipse finxit verbum, et non reputavit non dici hic *θεσμὸς οὐ χατίζει πυρός*, sed *πυρὸς θεσμὸς οὐ χατίζεται*, *non desideratur.* Hesychius *χατεύει,*

χατίζει, ἐπιθυμεῖ. Idem *χατίς, ἐπιθυμία, χρῆσις.* Stanleius secundis curis *μῆχαρ ἵζεσθαι.* Id quamvis facillimum, tamen ad sententiam molestum potius quam elegans videtur: *excitavit legem* (sive *legis observatorem*) *ut consideret subsidium ignis.*

290. *μέρει* Rob.

292. 293. *κάτοπτρον πρῶν' ὑπερβάλλειν* M. G. Bess. Flor. Farn. Rob. Vict. *κάτο πτροποῦ περβάλλειν* Ald. ex quo Turn. fecit *κάτοπτρον οὐχ ὑπερβάλλειν.* Canterus tacite emendavit *κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν.* Confirmat scholiastae interpretatio *τὸ κατόψιον.* Merito *κάτοπτον* ab recentioribus receptum est. Permirum ac potius incredibile est Godofredum Bernhardy in Syntaxi linguae Graecae p. 50. non solum id male emendatum pronuntiasse, sed etiam novo planeque inaudito modo illud *κάτοπτρον πρῶνα spiegelfläche* interpretatum esse. Difficilior quaestio est, quem locum appellet poeta *κάτοπτον πρῶνα.* Si adversum Megaridi litus sinus Saronici, satis bene se habebit infinitivus *ὑπερβάλλειν*, et *καί adeo* significans. Sed Is. Vossius ad Melam p. 154. montem intelligi volebat vicinum Hermionae, qui proprio nomine *Πρῶν* appellabatur, de quo accurate scripsit Pausanias II. 34, 11. iterum eius mentionem faciens II. 36, 2. At non facile montem hic certum nominaret poeta, nisi ut in eo quoque monte ignem accensum esse diceret: quare scribendum mox esset *ἔνθ' ἔσκηψεν· εἶτ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος*, i. e. *ubi* (in Prone) *constitit: tum venit ad culmen Arachnaeum.* Accedit quod Pron remotior est ab Aegiplancto quam mons Arachnaeus: quare quodammodo retro signum a Prone ad Arachnaeum perferri debuisset. Haec qui consideraverit, vix, opinor, dubitare poterit quin *Σαρωνικοῦ πορθμοῦ κάτοπτος πρῶν*, uti diximus, litus sit trans Saronicum sinum conspicuum. De hac vocis *πρῶν* significatione dictum est ad Pers. v. 129. Sed critici qui *καί*, quod est ante *Σαρωνικοῦ*, vel non animadverterunt *adeo* significare, vel non crederent, alii aliud coniecere. In proximo enim versu *εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο* habent M. Farn. Rob. Turn. Vict. et, ut videtur, etiam Bess. Flor. *εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο* G. Ald. Scaliger quid in mente habuerit, quum *ὑπερβάλλων* adscripsit, non exputo. Stanleii coniecturam, *εἶτ' ἔσκηψεν, ἕς τ' ἀφίκετο* recepit Porsonus. Schützius autem in minore editione posuit *καὶ Σαρωνικοῦ πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλει πρόσω φλέγουσα· κἆτ' ἔσκηψεν, ἕς τ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος.* Blomfieldius versum excidisse suspicatur. Wellauerus denique, quoniam *σκήπτειν* ubi hoc in loco invenitur, idem atque *ἀφίκετο* sit, *εἶτα* cum vi quadam repetitum putat, propter laetitiam, quod nuntius pervenerit iam ad eam stationem quae proxima sit aedibus Atridarum. At haec figura non solum ab ingenio Clytaemnestrae, superba cum gravitate loquentis, abhorret, sed etiam, si ea uti voluisset poeta, fecisset id in iis verbis quibus ad ipsam domum Atridarum accessio signi describitur. Nihil horum ferri potest, sed scribendum est *ἕςτ' ἔσκηψεν, εὖτ' ἀφίκετο Ἀραχναῖον αἶπος.*

294. *ἀστυγείτονασκοπὰς* ad σ ab alia manu altero σ supra adscripto, M. *ἀστυγείτονας σκόπας* G. Turn. *ἀστυγείτονα σκόπας* Ald. *ἀστὺ γείτονας σκοπὰς* Rob.

295. *ἐστόγε σκήπτει* M. G. *ἐς τόγε σκήπτει* Rob. Turn. *ἐπόγε σκήπτει* Ald. *ἐς τόδ' ἐνσκήπτει* Bess. *ἐς τόδε σκήπτει* Flor. Farn. Vict.

Post hunc versum in M. G. et editionibus ante Victorianam statim sequitur v. 1026. Etenim in M. quaternio deest. Post v. 295. quo quaternio finitur, in M. recentior manus adscripsit *λείπει πολλά*. Robortellus defectum his verbis interpositis indicavit, *Hic videntur multa deesse.*

297. *ἔτυμοι* Flor. Vict. Quod coniectura assecuti sunt Stanleius et Heathius, *ἕτοιμοι*, habent Bess. Farn. Mirum est Porsonum cum Schützio dedisse *τοιοίδε τοί μοι.*

300. *τοιοῦτον* Flor. Farn. *τοιοῦτοι* Bess. *τοιοῦτο* Victorius.

302. Personae nota ante hunc versum in Bess. Flor. Farn. In Victoriana editione hic versus 302. Clytaemnestrae continuatur, proximo *κλ.* praefixum est, versui 305. *ἄγγ.* Tum versui 306. *κλυ.* praefixum in Bess. Flor. Farn. Vict. Canterus versus 302—304. choro dedit, v. 305. nuntio, v. 306—335. Clytaemnestrae. Perfecit emendationem Stanleius.

304. Blomfieldius *διανεκῶς*, quia Moeris p. 129. *διανεκεῖ λόγῳ* ut Atticum ex Platone attulit. *ὡς λέγοις* Flor. Farn. Vict. Quod Blomfieldius ex coniectura posuit, *ὡς λέγεις*, habet Bess. *Ὡς λέγοις πάλιν* neque *ut dicas iterum* significare potest, quia sic inverteretur ordo sententiarum, neque *nam dicas iterum*, quia hoc genus iubendi, tertiae id personae proprium, obiter imperandi speciem habet, ideoque superbiae aliquid prae se fert, ut infra v. 911. *ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι τάχος.* Non potest, quod Wellauero visum est, de confusione duarum locutionum cogitari, ut *θέλοιμ' ἄν* et ad *ἀκοῦσαι κἀποθαυμάσαι* et ad *λέγοις πάλιν* referatur: neque enim integrae duae locutiones confundi in unam possunt. Recte Bothius *οὓς λέγεις.*

306. Non recte *βοὴν δ'* Auratus.

307. *ἄλειφά τ' ἐγχέας* Canterus. *ἄλειφά τ' ἐκχέας* Flor. Farn. Vict. *ἀλείφατ' ἐκχέας* Bess. Pearsonus, Schützius, alii *ἄλειφάρ τ' ἐγχέας*, quod Blomfieldius dubitabat an recipiendum esset, quia *ἄλειφα* Ionicum esse videretur. Nisi tamen etiam poeticum esse existimandum est. Antiquius altero putat Göttlingius ad Hes. Theog. v. 553.

308. Libri *οὐ φίλως.* Auratus adscripserat *διχοστατοῦντα οὐ φίλα.* Stanleius emendavit *οὐ φίλω*, quod recepere Schützius, Porsonus, Blomfieldius, quibus male contradixit Wellauerus. Tantum abest enim ut *οὐ φίλω* languidam repetitionem contineat, ut etiam gravius affirmet: quod contra *οὐ φίλως διχοστατοῦντα* frigidum est, quia hic dissidere insociabilia, non quomodo dissiderent dicendum erat. Male autem in fine huius versus plene interpungebatur: nam *τέ*, quod post *ὄξος* est, non ad proxime sequens *τέ*, sed ad *καί* v. 309. refertur.

309. In Flor. *δὲ* post *ἁλόντων* scriptum erat, sed deletum est.

310. *ἐστὶν* Flor.

311. *σώμασι* Bess. *πεπτωκότων* Auratus.

313. Libri *παῖδες γερόντων*. Quod Stanleius protulit, *παῖδες, γέροντες*, suffuratus est Aurato. In editionibus Victorii et Canteri iunguntur haec, *φυταλμίων παῖδες γερόντων*. In editione Stanleii aliisque virgula post *φυταλμίων* posita est, quod quum probabat disserens de ea voce Reisigius in Enarr. ad Oed. Col. p. XLIX. neque cogitavit firmandum aliquo exemplo fuisse nomen hoc vi substantivi positum, neque ostendit cur hic omnino commemorentur senum corpora. Sed negligentius ille hos versus inspexerat, ut stratos alios super alios dici putaret, quos vivos amplexos esse corpora mortuorum narrat Aeschylus. Atqui mortui illi non sunt alii quam qui armis captis in hoste ab urbe defendendo ceciderant. Quorum in numero non apparet quomodo hic senes dici potuerint, quum quae praecedunt nomina non ipsorum aetatis diversitatem, sed varietatem necessitudinum indicent. Quare maritis fratribusque memoratis tertii adiici patres debebant, quibus si est *παῖδες* additum, sponte patet ad cetera nomina similiter uxores sororesque debere intelligi. Itaque duarum sive rectius unius litterae mutatione *τεκόντων* restituendum est. Sic Sophocles in Etym. M. p. 803, 5. *προςῆλθε μητρὶ καὶ φυταλμίῳ πατρί.*

315. *νυκτίπλακτος* Farn.

316. *νῆστις* Flor. Vict. *νήστισι* Bess. *νήστεις* Farn. quod coniecerat Pearsonus. Id recipiendum duxi ut maxime simplex.

319. *οἰκήμασιν* Farn. Vict. *οἰκήμασι* Bess. Flor.

320. *νέουσιν* Vict. *ναίουσιν* Bess. Flor. Farn. ut ex Aurati emendatione, quam tacens adscivit Stanleius, deinceps editum est.

321. *ἀπαλλαχθέντες* Bess. Deinde libri *ὡς δυσδαίμονες*. Blomfieldius recepit quod Vossius, Stanleius, Musgravius coniecerunt *ὡς δ' εὐδαίμονες*. Alii alia coniecerunt. Mihi olim videbatur scribendum esse *ὡς δὲ δαίμονες:* cum diis enim comparantur quicumque vel sunt beati vel esse sibi videntur. Sed videtur tamen Schützius sententiam huius loci recte intellexisse. Is *τῶν δ' ὑπαιθρίων* corrigens servavit *ὡς δυςδαίμονες*, ut dicantur Graeci haud secus ac pauperes, quibus nihil est quod custodiant, incustoditam totam noctem dormire. Eandem sententiam ut efficerem, scripsi *ὡς δ' ἀλήμονες*. Incerta tamen res est. Fortasse Aeschylus scripsisse putandus est *ὡς δ' ἀδείμονες*, etsi non habeo huius vocabuli exemplum: sed huiusmodi formae rariores sunt, ut *ἀχρείμων* apud Euripidem Med. v. 461. et eadem comparatione qua *δειμαίνω, ἀδείματος, ἄδειμος, ἀδείμων*, etiam *κυμαίνω, ἀκύματος, ἄκυμος, ἀκύμων* dicuntur.

323. Libri *εὐσεβοῦσι*. Correxit Valckenarius ad Phoen. v. 1331.

324. *θεῶν τ' ἱδρύματα* Bess.

325. *οὐκ ἄν γ' ἑλόντες* Flor. Farn. Vict. *οὐκ ἀνελόντες* Bess. Scripsi *οὐτἂν ἑλόντες*. V. Opusc. IV. p. 379. et 381. Deinde *αὖθις*

αὖ θάνοιεν ἄν Flor. Farn. Vict. *αὖθις ἂν θάνοιεν ἄν* Bess. Duplici manu in excerptis Aurati scriptum *ἀνθάλοιεν* pro suo vendidit Stanleius recte scriptum *ἀνθαλοῖεν*. Recepere, pravo tamen accentu, Schützius et Porsonus. Blomfieldius *ἀνθαλῷεν*, afferens Eustathium p. 1268, 26. et Choeroboscum in Etym. M. p. 73, 43. et Suidam, apud quem est *ἁλῷεν, ληφθεῖεν, πορθηθεῖεν*, pro quo *ἁλῷεν* scriptum in Bekkeri Anecd. p. 379, 17. contendensque *ἁλῷεν* Atticum, *ἁλοῖεν* Homericum esse. Contraria Buttmanni sententia est. Quam Blomfieldius analogiam affert, *βιώην, δώην, συγγνώην*, meam citans dissertationem de ellipsi p. 231. Buttmannique ad eam epimetron, ea certe non constans est. Quare *ἀνθαλοῖεν* servandum duxi.

326. *πρῶτον* solus Bess. Deinde *ἐμπίπτει* Bess. *ἐμπίπτῃ*, sed *οι* ad *η* supra adscripto, Flor. *ἐμπίπτοι* Farn. *ἐμπίπτῃ* Victorius. Metuendi verbum si intelligitur, recte se habet coniunctivus praesentis, quo tempore utitur Clytaemnestra, quod praesentia, non futura metuit.

327. *πορθεῖν* Bess. Farn. quod Blomfieldius recepit. *ποθεῖν* Vict. idque ex Flor. mihi enotatum est. De delubris vastandis, quod placet Blomfieldio, vereor ut cogitaverit Aeschylus, quum incensa urbe etiam *fana flamma deflagrata, tosti alti stent parietes.* Illa potius in mente habuisse videtur, quae aliis modis impie aut crudeliter facta sunt, ut quod Cassandrae vim inferre, idque in templo Minervae, Aiax Oilei est conatus, quod Astyanax de turri deiectus, quod Polyxena Achilli immolata. Itaque *ποθεῖν*, sive id habeat Flor. sive felix error sit editionis Victorianae, verissimum esse videtur. Deinde *τὰ* pro *ἃ* Bess. et *κέρδεσι* Bess. Flor. sed *κέρδεσιν* Farn. Vict.

329. *κάμψαι*, superscripto ultimae litterae *σ*, Flor.

330. *θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος* Bess. Farn. Vict. *θεοῖς δ' ἂν ἀμπλάκητος* Flor. Porsonus *θεοῖς δ' ἄν, ἀπλάκητος*. Canterus scribendum coniiciebat *θεοῖς δ' οὐκ ἀναμπλάκητος*. Male Blomfieldius, servans *ἀναπλάκητος* (sic ipse cum aliis popularium suorum scribit), sensum esse hunc vult, *quin etiam, si nullis erroribus actus redierit exercitus, diis tamen ira ob eos qui interierunt reviviscat, etiam si nihil novi acciderit.* At nusquam *ἀμπλακεῖν* significat *erroribus agi* vel *vagari*, sed plane ut *ἁμαρτάνειν* dicitur. Recte Stanleium coniecisse puto *θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος*. Hoc dicit Clytaemnestra, *sed si se adversum deos impiaverit exercitus, reviviscat occisorum vindicta, nisi etiam improvisa mala accedant.* Plato in Phaedro p. 242. D. *καί πως ἐδυςωπούμην κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.*

331. Libri *ἐγρήγορον*. Adiectivum hoc, adnotatum ab Hesychio usurpatumque ab recentioribus, etsi Abreschius non male defendit simili adiectivo *γεγωνός*, tamen cum Porsono et Lobeckio ad Phryn. p. 119. aliisque apud Aeschylum cedere debere participio existimavi.

332. *τύχῃ* Farn.

333. *τοιαῦτά σοι* Farn. Deinde *κλύοις* Flor. Farn. Vict. *κλύεις* scribendum esse vidit Dobraeus Adv. II. p. 23. idque praebet Bess. In hoc versu desinit Bess.

335. Libri *τὴν ὄνησιν*. Meam emendationem, *τήνδ' ὄνησιν*, quae necessaria est, recepit Blomfieldius. *Bona*, inquit, *ut haud ambigue vincant, hunc ego fructum multae prosperitati praefero.*

336—339. Hos quoque versus choro dedit Stanleius, quum antea nuntio essent tributi. Pro *εὐφρόνως* Spanhemius et Abreschius *ἐμφρόνως* scribi volebant. At *ἔμφρων* tragicis est mentis sanae compos, non insaniens aut ebrius aut animi deliquium passus. Neque hic prudentiam mulieris laudat chorus, sed quod, ut vir sapiens, moderate modesteque sentit.

338. Iungendum *προξειπεῖν εὖ*. Male putat Paleius *εὖ* in *αὖ* mutandum esse propter *αὖθις* v. 302.

339. Post hunc versum abit de scena Clytaemnestra.

340. Chori nomen praefixum in Flor. Farn. Vict. Godofredus Bernhardy in Syntaxi linguae Graecae p. 74. interpunctionem corrigi, i. e. minus plene v. 346. post *παναλώτου* interpungi voluit, ut efficeret, quod ipsi placuit, quo Pindarus et Sophocles non antiquo scilicet genere dicendi usi sint, ut vocativum in principio orationis ponerent ad quem nullum verbum referretur, non usum esse Aeschylum. Illud rectius quaeras, cur Aeschylus abhorruisse ab ea re censendus sit, quae non aevi ullius aut certorum hominum propria, sed communis omnium est atque in ipsa insita hominis natura. Exemplo si alio opus, vide v. 1436.

341. *τῶν μεγάλων* Farn. ex Triclinii imperitia.

345. Mire diversa sunt iudicia Schützii, qui *μέγα δουλείας* eiiciendum putabat, et Reisigii in Coni. p. 269. qui post haec verba excidisse *δειλαιοτάτας* opinabatur, quo antistrophas cum proodo efficeret, obsequiosum habens Ritschelium in Schedis criticis p. 39.

346. Recentiores cum Stanleio virgula distinxerunt post *γάγγαμον*, ut in appositione esset *ἄτης παναλώτου*. Mihi neque Stanleii ratio, neque si *δουλείας* pro adiectivo sit, tam videtur dictioni poeticae conveniens esse, quam ut alter genitivus ex altero pendeat, sensusque sit *μέγα γάγγαμον ἄτης παναλώτου τῆς δουλείας*. Stanleius ad Prom. v. 1077. et Pearsonus scribendum coniecerunt *πανάλωτον*. Pollux X. 132. *γάγγαμον, ἀφ' οὗ καὶ Αἰσχύλος τὸ δύσλυτον κακὸν ἢ δυςέλικτον ἔφη "γάγγαμον ἄτης παναλώτου."*

348. 349. Interpungebatur *τὸν τάδε πράξαντ' ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ, τείνοντα*. Correctum a me et a Blomfieldio. Auratus *τείναντα*, quod non recte recepit Blomfieldius. Tentum diu in Alexandrum habens arcum perfecit illa Iuppiter. Haesitatum est etiam in *ὅπως ἄν*, quod visum est sine *ἄν* dici debuisse. At ut rarius ita loquantur Attici, recte tamen optativo iunguntur hae particulae: v. de particula *ἄν* III. 4. Nec si quis *ὅπως ἄν* hic *eo modo quo* interpretari malit, quicquam obstat.

350. Aurati coniectura est *ὑπέραστρον*. Frustra haec verba *ὑπὲρ ἄστρων* torserunt Blomfieldium. Recte vidit Stanleius explicanda esse ex proverbio *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν*, de quo Zenobius III. 46. *ἐπὶ τῶν διακενῆς ποιούντων*, Suidas VI. 14. *ἐπὶ τῶν διακενῆς κατ' αὐθάδειάν τι ποιούντων*, Apostolius VII. 74. *ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, καὶ διακενῆς ποιούντων*. Ex Aeschyli loco intelligitur proprie significari nimis longe iaculantes.

351. Innocenti spondeo territi Porsonus et Burgesius vix credibilia tentarunt. Ea qui cupit cognoscere, petat a Blomfieldio.

352. *ἔχουσ'* Vict. Quod Stanleius scribendum esse vidit, *ἔχουσιν*, inventum est in Farn. Ex Flor. *ἔχουσαν* affertur, sed mihi notatum est *ἔχουσιν* esse in eo codice, ita tamen ut *σιν* a correctore scriptum sit. Dictionis numerorumque concinnitate contempta Blomfieldius *Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν. εἰπεῖν πάρεστι τοῦτο κἀξιχνεῦσαι.* Nec melius Boissonadus *εἰπεῖν πάρεστι, τοῦτό τ' ἐξιχνεῦσαι.*

353. *τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι* Farn. Vict. *τοῦτ' ἐξιχνεῦσαι* Flor.

354. Libri *ὡς ἔπραξεν, ὡς ἔκρανεν.* Meo monitu prius *ὡς* delevit Blomfieldius. Scribendum vero erat *ἔπραξαν ὡς ἔκρανεν.* Alioqui dixisset *ἔκρανεν ὡς ἔκρανεν.* Vidit hoc etiam Franzius.

355. Rarior usus medii *ἀξιοῦσθαι*, quod significat *se* aliquid dignum iudicare. Sic in Eum. v. 417. *φονεὺς γὰρ εἶναι μητρὸς ἠξιώσατο.* Diagoram Melium his versibus tangi ratus Blomfieldius in glossario de tempore, quo ille vixerit, disseruit. Eum ut respexerit Aeschylus, certe propterea captavit istam ambiguitatem, quia hic proprie non Diagoram, sed Priamum intelligi volebat.

358—363. Libri *πέφανται δ' ἐγγόνους ἀτολμήτων ἄρη πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως, φλεόντων δωμάτων ὑπέρφεν ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' ἀπήμαντον.* Pravas scripturas peius interpretatus est scholiastes. *ἐγγόνους* ut Flor. Vict. etiam Farn. habet, sed *κ* ad prius *γ* supra adscriptum est. In Flor. ad *φλεόντων* supra adscriptum est *φλαρούντων*. Stanleius *ἐγγόνοις ἀτόλμητον* scribendum esse coniecit, ad sensum bene, non item ad metrum. Boissonadus edidit *πέφανται δ' ἐκ γένους ἀτολμήτων*, volens *ὧν* intelligi, cetera ut vulgo. Sequebatur enim Blomfieldium *πέφανται δ' ἔκγονος ἀτολμήτων* scribentem, ut haec in atheum dicerentur. Quid vero? Num Diagoras, si de hoc cogitavit, a Priamo Troianisve duxit originem? An, si Paris est qui deos malefacta non punire putavit, hunc filium repertum esse Priami dixisset Aeschylus? Quis id nesciebat? aut quid id, si quis nesciret, hic ad rem? Cetera quae Blomfieldius attulit, posita plena interpunctione post *δικαίως* sic scribendum putans, *φλεόντων δωμάτων ὑπέρφεν, ὑπὲρ τὸ βέλτιστόν ἐστ', οὐδ' ἀπήμαντον*, eo minus opus est refutari quia ne ipsi quidem valde placuerunt. Aliquid horum emendavi in interpretatione Humboldti, sed ut mihi non satisfecerim. Scribendum

πέφανται δ' ἐκγόνοις

ἀτολμήτως Ἄρη
πνεόντων μείζον' ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ·
ὅπερ τὸ βέλτιστον· ἔστω δ' ἀπή-
μαντον.

Vindictam Iovis in mente habens chorus, *apparuit*, inquit, *natis intolerabiliter maiorem quam fas erat Martem spirantium, nimis affluente opibus domo: quod est quidem praestantissimum: sed vacuum esto crimine.* Ἀτολμήτως scribendum esse vidit etiam Bambergerus.

363. ὥστ' ἀπαρκεῖν Flor. ὥστε κἀπαρκεῖν Farn. Vict. Est id καὶ ἀπαρκεῖν, *ita ut satis sit.* Sic in Pers. v. 469.

364. Non opus esse Schützii coniectura λαχόντι, hodie nemini ignotum est.

367. ἐκλακτίσαντι μεγάλα, cum glossa μεγάλως, ἀντὶ μιᾶς, Farn. λακτίσαντι μεγάλα Flor. Vict. Emendavit Canterus. Patet autem coniungendum esse οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις πλούτου εἰς ἀφάνειαν.

369. Male haec a multis intellecta sunt. *Vrget*, inquit, ut quis in perniciem ruat, *audax suada, consultrix filia effrenata culpae.* Nam semel admissa culpa suadet opus potentiamque ad tuendum conferre quod iniuria possidetur, subministratque ei rei consilia. Referuntur haec ad ea quae proxime praegressa sunt, diciturque suada πρόβουλος, quod ἔπαλξιν πλούτου quaerit.

370. Post ἄτας commate distinxit Victorius, quo ἄτας accusativus esset construereturque cum βιᾶται. Recte vero scholiastes pro genitivo accepit, quem necessario requirit προβουλόπαις.

371. ἄκος δὲ παμμάταιον οὐκ ἐκρύφθη. πρέπει δὲ Victorius. Correxit interpunctionem Schützius. ὡς ἄκος δὲ Farn. πᾶμ μάταιον Meinekius ad Euphorionem p. 187. et coniecerat πᾶν μάταιον Musgravius. Recte fortasse.

372. Victorius distinxit πρέπει δὲ φῶς, αἰνολαμπὲς σίνος. Male Schützius φώς. Auratus σέλας pro σίνος. Ea scholiastae interpretatio est, quam rectius ad φῶς referas. Non dicit autem neque incendium Troiae neque ignes in montibus accensos, de quibus mirum est cogitare quemquam potuisse, sed hic sensus est, *non in occulto manet, sed conspicua est lux triste lucens, noxa*, i. e. in clara sed tristi luce conspicitur eventus mali facinoris.

374—376. τε deest in Flor. Idem et Farn. Vict. προβολαῖς. Emendaverunt Pearsonus et Stanleius. Vereor autem ne non de lapide Lydio loquatur poeta, sed aes adulterinum dicat, quod usu tritum amisso falso splendore cognoscitur. In explicando verbo δικαιωθείς fraudem fecit interpretibus male posita in editionibus Vict. Cant. Stanl. virgula post μελαμπαγής, quae, si opus, ponenda erat post πέλει. Hoc enim dicit, *ater est, quum est aestimatus quanti sit.*

377. Proverbium τὰ πετόμενα διώκειν illustravit in glossario

Blomfieldius. Eius hic haec vis est, ut inania sperasse dicatur Paris, quum se bello victorem fore credidit. *πτωχὸν ὄρνιν* Flor. Vict. *πτωχόν τιν' ὄρνιν* ex mala Triclinii coniectura Farn. Emendatio debetur Schützio.

378. *ἄφερτον θεὶς* Flor.

380. *Ἐπίστροφον τῶνδε* active dicit auctorem qui intulit urbi illud *ἄφερτον πρόστριμμα.* Blomfieldius quum *τούτων* contra libros edidit, non cogitavit recte se habere syllabam ancipitem, diverso genere numeri sequente.

383. *ἐς δόμον* Flor. Vict. *εἰς οἶκον* Farn. *τῶν* Flor. Vict. *τὸν* Farn. ut Canterus scribendum esse vidit.

384. *τὴν ξενίαν* Farn.

385. *κλοπαῖσι*, ut Stanleius scribendum vidit, Farn. *κλοπαῖς* Flor. Vict.

387. Non eleganter hic *τέ* positum est. Videtur Aeschylus scripsisse *ἀσπίστορά τε καὶ λογχίμους κλόνους ναυβάτας θ' ὁπλισμούς.*

388. Blomfieldio placuit *Ἰλίου* scribere, etsi libri *ἰλίῳ* habent.

389. *βέβακεν* Farn. Vict. Blomfieldius cum Porsono *βέβακε*, quod est in Flor. Recte opinor. Nam hoc genus metri, quod ferebam in Elem. doctr. metr. p. 230. nec per se apte compositum nec firmatum idoneis exemplis est. Neque perite *ν* paragogicum adiecit Triclinius.

390. *πολὺ δ' ἀνέστενον* Flor. *πολὺ δ' ἔστενον* Vict. Quod Pauwius coniecerat, *πολλὰ δ' ἔστενον*, inventum est in Farn.

391. Recte Blomfieldius cum Butlero *τάδ'*. Et iam in Aurati excerptis est *τάδ' vel τόνδ'*. Flor. Vict. *τόδ'*, idemque esse putandum est *τό δ'*, quod cum glossa *ἤγουν τὸ γεγονός* Farn. habet. Stanleius seu verius Auratus coniecerat *τόνδ' ἐννέποντες δόμον προφῆται.* Ac frigidum illud *δόμον* recepit Blomfieldius. Nihil mutandum esse vel *στρατόμαντις* v. 118. potuerat ostendere.

392. *ἰῷ δῶμα καὶ πρόμοι* Flor.

394. 395. *πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν* Flor. Farn. et Vict. nisi quod is *σιγᾶσ'* edidit. Auratus *σιγῶσ'*. Non adeo conclamatus hic locus est quam visum est criticis, non recte ille aut a me libro III. de metris p. 132. atque in interpretatione Humboldti, aut ab Orellio ad Isocr. p. 370. aut a Tafelio in programmate Tubingae a. 1828. edito tentatus. Omnium minime admitti potest, quod audacissima coniectura posuit Boissonadus, *πάρεστι σιγαῖς, ἄτιμος, ἀλοίδορος, ἄδιστος, αἷ σφε μένων ἰδεῖν*, quod significare vult *blandissimus, illamque venturam adhuc exspectans.* Scribendum erat

πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους
αἴσχιστ' ἀφειμένων ἰδεῖν,

licet videre silentia sine honore, sine vituperatione turpissime desertorum. *Ἀφειμένα* sunt haec ipsa, quae turpiter missa fecit Helena, domum, torum, maritum. Eo significatu Euripides Or. v. 379. *κράτιστον*

εἰκῇ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα. Et Sophocles Ant. v. 1165. *καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα.*

396. *ὑπεροποντίας*, ut Stanleius sive potius Auratus scribendum vidit, Farn. *ὑπὲρ ποντίας* Flor. Vict.

397. Auratus *ἄναξι*, unde Stanleius malle se dixit *ἄναξιν.*

398. *εὐμόρφων δὲ* Flor. *εὐμόρφων γὰρ* Farn. Vict. Aurati *δ' ἄρ* suum fecit Stanleius. *Κολοσσοί* sunt columnae in domo et fortasse etiam statuae, sed non Helenae.

399. Aurato duce Stanleius coniecit *ἔρρεται*, male. *ἀνδρί*, ut Pauwius scribendum vidit, Flor. *τἀνδρί* Farn. Vict.

400. *Ἀχηνία* invenitur etiam in Choeph. v. 298. et in versu quem ex Aristophanis Amphiarao Suidas in hac voce habet, quae exempla cum grammaticorum adnotationibus, non omnibus tamen, attulit in glossario Blomfieldius. Falli eos qui ab *ἔχειν* derivant, in quibus est Proclus in Bekkeri Anecd. p. 1163. cui restituit *ἀχῆνας* Meinekius ad Theocr. XVI. 33. ostendunt *ἠχῆνες* Hesychii et *ἠχάνω*, quod *ἠχαίνω* scribendum, Suidae. Hinc non est quod quis cum Emperio *ἀχηνίαν* prima syllaba longa dictum credat, pro quo ille non sublato, quod tollere volebat, mensurae vitio *ἀγληνίαις* scribendum esse coniiciebat. Koppiersius quod in Obs. phil. p. 67. sibi monstratum dixit oraculum apud Eusebium, in quo vox ista reponenda videretur, monstratum fuit a Valckenario, ut ex adnotatione ad Hesychii *ἀχῆνες* manu eius adscripta colligo, ubi oraculum memoravit apud Eusebium Praep. eu. p. 215. ed. Col. v. 23. in *Ἀχαιοῖς*, ut videtur, latere eam opinatus. Eleganter, sed iusto doctius Schützius *ὀμμάτων ἀχηνίας* de oculis statuarum hiantibus nec videntium speciem clare prae se ferentibus interpretabatur. Simplicius est dici adspectu Helenae deficiente omnem voluptatem cessare.

401. *ἀφροδίτη* Flor.

403. Libri *πάρεισι δόξαι*, praeter Flor. ex quo adnotatum habeo *πάρεστι.* Non fecit hic Aeschylus dochmiacum, qualem putabat Wellauerus, *πάρεισιν δόξαι.* Apud Hesychium legitur *δόκαι, ἐνέδραι, παρατηρήσεις*, et *δόκην, δόκησιν, δοχήν.* Inde ad interpretationem Humboldti et in El. doctr. metr. p. 256. corrigebam *πάρεισιν δόκαι.* Blomfieldius, cui haec vox aliud quam *δόκησιν* significare visa est, non videtur inspexisse quae Hesychii interpretes attulerunt. Arcadius p. 106, 14. *τὰ εἰς κη ἰαμβικὰ ἀσυνάλειπτα, εἰ μὲν τῷ ο παραλήγοιτο, ὀξύνεται ῥηματικὰ ὄντα, πλέκω πλοκή, δέκω δοκή, ἡ ὑπόνοια, πέκω ποκή, τὸ ἔριον. τὸ μέντοι κρόκη ἀπὸ τοῦ κρόκος.* Recte hic quidem de accentu, quum insidiae significantur. Videtur autem scripsisse *δοκή, ἡ δοχή, δόκη δὲ ἡ ὑπόνοια.* Nam quam adiecit interpretationem, *ἡ ὑπόνοια*, ea pertinet ad *δόκη*, quemadmodum apud Hesychium et Favorinum scriptum est, quae vox non a *δέκω*, sed a *δόκος* facta est, quo vocabulo, quod eundem significatum habet, usi sunt Xenophanes in verbis, quae multi veterum memoravere, *δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται* (p. 61. Brandisii

commentationum Eleaticarum partis I.) et Callimachus fr. 100. apud quem negligenter ex Eustathio p. 1627, 43. 1761, 34. editum est *τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ*. Nam ipse Eustathius p. 1967, 25. monet *δόκος μέν, δόκησις καὶ ἀγχόνη· δοκὸς δέ, ὁ τῆς στέγης*. Apud Hesychium tamen legitur *δοκόν, τὴν ἀγχόνην*. Aliud eiusdem potestatis vocabulum est *δοκώ*, quo est Euripides usus. Cum Aeschyli verbis comparari potest *δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων ὀνείρων* in Euripidis Herc. fur. v. 111.

404. Interpungebatur, *μάταν γὰρ εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν, παραλλάξασα διὰ χερῶν, βέβηκεν ὄψις*. Reisigius in comm. crit. ad Oed. Col. p. 375. coniiciebat *εὖ τά γ' ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν*. Wellauerus, ut *εὖτ' ἄν* cum participio constructum defenderet, Lobeckium ad Soph. Ai. v. 882. me ad eiusdem fabulae v. 179. Seidlerum ad Eur. El. v. 533. auctores nominavit. Meam et Lobeckii adnotationem si attentius inspexisset, contrarium ibi doceri vidisset. Putabam ego quidem in adnotationibus ad Vigerum p. 832. *εἰ* cum participio construi, sed nec recte satis neque explicate de ea ratione ibi expositum est. *Εἰ* similesque particulas ita cum participio consociari, ut id participium pro verbo recto sit, negandum esse arbitror. Xenophontis locum Mem. Socr. II. 6, 25. recte interpretando removit Bornemannus. Platonis verba in Phaedro p. 260. D. quae Schaeferus in Seidleri ad Electram adnotatione adscripsit, iam sunt e codicibus emendata. Apud Pindarum Ol. II. 102. quod legitur, *εἰ δέ μιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον*, quum sententiae quoque perversitatem aliquam contineat, sic dictum esse, ut *εἰ* sit cum *οἶδεν* constructum, in adnotationibus monui: nisi quis putabit scripsisse Pindarum *εὖ δέ μιν ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον*. Id vero recte fieri posse videtur, ut omisso verbi *ἐστί* participium cum *εἰ* coniungatur: quam rationem patet ibi modo posse admitti, ubi liceat pro simplice verbo participium cum verbo auxiliari ponere, id est ubi non facere quis aliquid, sed esse talis, qui faciat, dicatur. Hoc si verum est, recte scripsisse putabimus Euripidem in Electra

οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολών,
κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς;

Idemque statuendum erit necessario de hoc Platonis loco in Phaedone p. 87. B. *ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὁμοίως λέγεσθαι ταῦτα, ὥσπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστι που ἴσως, τεκμήριον δὲ παρέχοιτο θοιμάτιον ὃ ἡμπείχετο αὐτὸς ὑφηνάμενος, ὅτι ἔστι σῶν καὶ οὐκ ἀπόλωλε, καὶ εἴ τις ἀπιστῶν αὐτῷ, ἀνερωτῴη πότερον πολυχρονιώτερόν ἐστι τὸ γένος ἀνθρώπου ἢ ἱματίου ἐν χρείᾳ τε ὄντος καὶ φορουμένου, ἀποκρινομένου δέ τινος ὅτι πολὺ τὸ τοῦ ἀνθρώπου, οἴοιτο ἀποδεδεῖχθαι ὅτι παντὸς ἄρα μᾶλλον ὅ γε ἄνθρωπος σῶς ἐστίν, ἐπειδὴ τό γε ὀλιγοχρονιώτερον οὐκ ἀπόλωλε*. Quo in loco qui Heindorfio auctore contra libros omnes *ἀπιστοῖ* ediderunt, non videntur reputasse, si id scripsisset Plato, paullo post eum *ἀποκρινα-*

μένον δέ sine *τινός* dicturum fuisse. Nunc, quum posuerit illud *τινός*, eo ostendit non interrogari illum incredulum, sed qui loquens fingitur, cum dicere *quaero, si quis sit qui non credat quod dico, homone sit an vestis diuturnior.* Mutata enim constructione dicit *ἀποκριναμένου δέ τινος* pro *ἀποκρίναιτο δέ τις.* Iam, ut ad Aeschyli versum redeam, nullus est in eo locus omisso *ἐστίν:* ex quo consequitur *εὖτ' ἄν* non magis cum participio constructum esse quam construi potest cum *βέβακεν.* Itaque quum *ὁρᾶν*, pro quo *ὁρᾷ* dicendum erat, statim ex *δοκῶν* aptum sit, ne idem verbum repeteretur, omissum est *ὁρᾷ.* Plena enim oratio esset *εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν ὁρᾷ.* Coniungendum est autem *μάταν* cum *βέβακεν. Nam iucunda si quis videre sibi visus est, vanum abiit elapsum e manibus simulacrum, non rediturum posthac cum somno.* Placuit haec ratio etiam Boissonado.

405. Libri *παραλλάξασα.* Id per se non falsum est. Euripides Hipp. v. 934. *σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με λόγοι παραλλάσσοντες ἕζεδροι φρενῶν.* Hic tamen interpretis esse metrum docet, de quo ad strophae versum dictum est. Scribendum est *παραλλαγαῖσι.* Deinde *χειρῶν* Flor.

407. Libri *πτεροῖς ὀπαδοῖς.* Quod etsi explicari potest, ut sit *πτεροῖς οὐ μεθύστερον ὀπαδοῖς ὕπνον κελεύθοις*, tamen neque eleganter collocata sunt verba, neque eminet satis quae in voce *πτεροῖς* inest notio. Quod virum doctum coniecisse ait Stanleius, *πτερὸς ὀπαδός*, male enotavit Aurati coniecturam, *πτερόεις ὀπαδός*, quem Blomfieldius, Vossio tribuens, *πτεροῦσσ' ὀπαδὸς* scribere voluisse putat. Ego quidem multo ante, quam ista mihi sive Aurati sive Vossii coniectura innotuerat, *πτεροῦσσ' ὀπαδοῦσ' ὕπνον κελεύθοις* scribendum censui. His verbis finitur oratio vatum.

408. 409: Libri *ἐφ' ἑστίας.* Vossius, ut Blomfieldius refert, et Stanleius *ἐφεστίους.* Sic etiam Abreschius ad Sept. c. Theb. v. 73. p. 79. Id recepit Blomfieldius, sed cum Aurato male ut interpretationem uncis inclusit. Potuit hic *ἐφεστίους* scribi, et nescio an scripserit Aeschylus, quamquam non falsum est *ἐφ' ἑστίας.* Sed quid essent *οἴκοι ἐφέστιοι* neque Abreschius nec Blomfieldius vidit. Appellatur ita domus quae cuique sua et propria est. Vulgatum *τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα* Halmius in Lect. Aesch. part. I. p. 26. recte vidit sic scribendum esse, *ἄχη· τὰ δ' ἐστὶ* etc.

410. Libri *ἀφ' ἑλλάδος αἴας.* Potuit Aeschylus scribere *ἀφ' Ἕλλανος αἴας:* v. ad Eur. Iph. Taur. v. 334. Puto tamen scripsisse eum *ἀφ' Ἑλλανίδος γᾶς.*

411. Libri *τλησικάρδιος*, qua voce recte usus est poeta in Prom. v. 159. Idem Pindaro est *τλάθυμος.* Hic explicatu difficilior est. Unde Vossius *πλησικάρδιος*, quod suum fecit Stanleius. Aptior scriptura in excerptis Aurati est, *τηξικάρδιος.* Atque glossa est in codice Farn. *τὴν καρδίαν τήκουσα*, quae etsi aperte ad *τηξικάρδιος* spectat, tamen dubitari potest sitne ab Aeschylo sic scriptum, an grammaticus, quod

τλησικάρδιος non aptum videretur, ita coniecerit. Sed sicut *ταλαίφρων* saepe miserum significat, recte etiam *πένθεια* potuit *τλησικάρδιος* dici.

412. Auratus *δόμοις*, quod in minore editione posuit Schützius. Scholiastes haec sic explicat, *τῶν συνηγμένων ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἁπάντων ἑκάστου τοῖς οἴκοις ὀδυνηρὰ πένθησις διαπρέπει.* Non collegerim hinc legisse eum *συνορμένων* et *δόμοις*. In Farn. ad *δόμων* glossa *τῶν οἴκων* adscripta est.

414. *οὓς μὲν γάρ τις* Porsonus. Libri *οὓς μὲν γὰρ*, unde in Farn. interpretatio *ὁ δόμος* adscripta est. Deinde *πέμψεν* Farn.

415. *ἀντὶ δὲ βροτῶν* Farn.

416. 417. *εἰς ἑκάστου τοὺς δόμους εἰςαφικνεῖται* Vict. *τοὺς* omittit Flor. *πρὸς ἑκάστου τοὺς δόμους εἰςαφικνεῖται* Farn. Emendatum a me libro III. de metris p. 432. et a Porsono.

421. Schützii coniecturam, *βραχύ*, recepit Blomfieldius. Et est ea sane veri simillima.

423. 424. *γεμίζων λέβητας εὐθέτου* Flor. *γεμίζων τοὺς λέβητας εὐθέτου* Farn. Vict. *εὐθέτους* Aurati emendatio est. Quod coniceram scribendum esse *γεμίζον*, ut *ψήγμα σποδοῦ* coniungeretur, propterea improbavit Blomfieldius, quia hoc verbum non de re, quae aliquid impleret, diceretur. Recte fortasse: etsi non apparet cur vinum calicem non vino implere dicatur. Certe non opus est ut *γεμίζων* mutetur, modo post *δυςδάκρυτον* cum Blomfieldio virgula ponatur.

428. *διὰ* Flor. Vict. *γε διὰ* Farn. *διαὶ* a me de metris libro III. p. 348. deinde ab aliis restitutum est. Atque ita legitur in Crameri Anecd. Oxon. I. p. 119, 13. *καὶ ἐν Ἀγαμέμνονι "ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός," ἀντὶ τοῦ ἕνεκα.*

429. Libri *τάδε*. At quaenam sunt illa? Male profecto Schützius *et hoc ipsum multi sunt qui tacite mussitent.* Immo scribendum est *τὰ δέ*, quod iungendum praecedentibus, *τὸν μὲν λέγουσιν ὡς μάχης ἰδρις, τὸν δὲ ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντα, τὰ δὲ σιγά τις βαΐζει, alia tacite quis mussitat*, non suscipiendum scilicet bellum fuisse propter mulierem adulteram. Flor. *σιγᾷ τίς.*

431. *προδίκοις* Farn. *προδίκοισιν* Flor. Vict.

434. 435. *εὔμορφοι* Flor. Vict. *εὐμόρφως* Farn. Plane otiosum ratus *εὔμορφοι* Blomfieldius scribendum putabat *εὐμόρφους*. Profecto, si, ut Schützius, *formosi* interpretere, nescias quid de poeta statuas. Venustius Valckenarius in exemplo quod possideo adscripsit *l. εὔμοροι.* Id scribendum esset *εὔμοιροι.* Sed obstare videntur sequentia verba: neque enim felices praedicandi sunt qui non in patrio solo sunt sepulti. Non sollicitem ego quidem vulgatam scripturam. Nam *εὔμορφος* non semper proprie dicitur, sed refertur etiam ad alia quae laudabilia vel ornata sunt. In Choeph. v. 484. *ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ γ' εὔμορφον κράτος.* Et in Cyclope Euripidis v. 317. *τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.* Itaque intelligendum esse videtur *decori.* Paleius *non combustos, sed*

integro corpore interpretatur, oppositos cineri combustorum, sententia bona, sed ut scribi debeat ἔμμορφοι. Deinde ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν Flor. Vict. ἐχθρῶν δ' ἔχοντας ἔκρυψεν Farn. Orellius ad Isocr. p. 371. ἐχθρὰ δ' ἔχθοντας ἔκρυψεν. Melius Auratus aliique ἑλόντας. Sed recte se habet ἔχοντας, quod propter praegressum κατέχουσι dictum, etsi, ut vere animadvertit Blomfieldius, ad θήκας refertur, tamen sic est dictum, ut simul compotitos terrae illius significet.

436. Libri σύν.

437. δημοκράντον Porsonus. Libri δημοκράτον. Ambigua est sententia. Aut hoc dicit, *decretae a populo imprecationi persolvit iracundus rumor debitum*, h. e. punit auctores multarum caedium, aut hoc, *iratus populi rumor persolvit debitam populi imprecationem.* Hoc probem.

438. τί μου Flor. τι μοῦ Farn. Vict.

441. 442. ἀπόσκοποι Flor. κελαιναὶ δ' οὖν ἐριννύες Farn. Vict. κελαιναὶ δ' ἐριννύες Flor. quem recte secutus est Blomfieldius.

444. παλιντυχῆ Flor. Vict. παλιντυχῇ, cum gl. ἐναντία δυςτυχεῖ, Farn. παλιντυχεῖ Scaliger et in Excerptis Grotius, indeque alii.

445. Ambigue dicit ἄϊστους, quamquam ipse de mortuis cogitans.

447. Libri ὑπερκότως. Glossa codicis Farn. ἤγουν τὸ λίαν, ἁπλῶς. Grotius, Vossius, Pearsonus, Heathius ὑπερκόπως, quod recte recepit Blomfieldius, qui tamen eo progreditur, ut ὑπερκότως nullius auctoritatis vocem esse dicat. Eius parum firmam disputationem v. ad Sept. c. Theb. v. 387. Assentiri tamen videtur Aug. Matthiae ad Eur. Herc. fur. v. 1059. ubi cur convenientissimum ὑπερκότως, vocabulum recte compositum, damnandum sit, non magis perspicio, quam quomodo πάγας ὑπερκόπους in Agam. v. 789. praestet vulgato ὑπερκότους. Temere itidem damnatum ὑπέρκομπος a metro praesidium habet in versibus Menandri apud Strabonem X. p. 452. Hic quidem, ubi de sola immodica felicitate sermo est, praeferendum erat ὑπερκόπως. Choeph. v. 129. οἳ δ' ὑπερκόπως ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα. Sept. c. Theb. v. 435. πρὶν ἐμὸν ἐςθορεῖν δόμον, πωλικῶν θ' ἑδωλίων μ' ὑπερκόπῳ δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

448. Ὄσσοις ita addit ut lumine oculorum et luce vitae privatos dicat: referuntur enim haec ad τιθεῖσ' ἀμαυρόν et ἐν ἀΐστοις τελέθοντος. Mira est Lobeckii coniectura in Aiacis ed. sec. p. 344. βάλλεται γὰρ Ὄσσα Διόθεν κεραυνός.

451. μήτ' Farn. Vict. μὴ δ' Flor. quo etsi melius connecti sententiae videri possunt, tamen hoc in genere dicendi, quo praegressa sententia aliis verbis explicatur, omitti solet copula. Pro πτολιπόρθης, quod libri habent, Blomfieldius scripsit πτολίπορθος. Mihi quidem de industria Aeschylus ea forma usus esse videtur quae substantivi potius quam adiectivi speciem praeberet.

453. Invenustissime Valckenarius coniiciebat *κατέδοιμι*.

454. O. Müllerus in Notitiis litterariis Gottingensibus a. 1834. n. 198. 199. non se videre ait quomodo hi versus epodus esse possint, quum epodi sit comprehendere summam eorum quae praegressa sint atque ita efficere ut iusto fine carmen lyricum ut totum quid absolvatur. Praeterea etiam numeros plane diversos esse. Itaque haec esse commatica, quae ita distinguit, *Α. πυρὸς* v. 454. *Β. τίς ὧδε* v. 458. *Γ. πιθανὸς* v. 464. Epodi notionem, quam sibi ipse finxit Müllerus, antiquis ignotam fuisse vel lyricorum carmina ostendunt. Res haec mere metrica et musica est. Et hanc quidem vere epodum esse praegressi carminis etiam ipsi docent numeri, qui ab initio iidem sunt cum praegressis numeris. Illa autem diversitas, qua pro argumento utitur Müllerus, etiam aliis in epodis est, quas certo nemo negare potest epodos esse. Sed commatica haec esse recte vidit, etsi nec distribuisse recte videtur, et rationem rei plane falsam est commentus. Putat enim, quia v. 573. multis in urbe locis sacra fieri atque *ὁλολυγμὸν* tolli Clytaemnestra iusserit, eum *ὁλολυγμὸν* nunc ex propinquo audire chorum, eaque re tantopere commoveri. Immo contrarium in mente habuit Aeschylus. Laeto nuntio accepto facile omnium animi eriguntur ad gaudendum: sed mox, praesertim tali nuntio accepto qui facile fallere potuerit, alius atque alius dubitare incipiunt. Id in hac epodo egregie expressit poeta, quum praesertim veri simile esset suspicionem aliquam fraudis nasci, quia parum sincero animo esse Clytaemnestram novit chorus. Eam putandum est, dum epodus canitur, rursum ad aras accessisse, finita epodo autem reverti ad chorum. Canere autem videntur non tres, ut Müllerus, *ἔνγὸν* in mente habens, putabat, sed quattuor, tacente *μέσῳ ἀριστερῶ*, coryphaeo.

455. *τὴν πόλιν* Farn. Vict. Delevit articulum Porsonus, omissum etiam in Flor.

456. Libri *ἐτητύμως*. Aurati emendatio est *ἐτήτυμος*, ex libro Bigotiano a Blomfieldio recepta.

457. *τίς οἶδεν· ἤ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος* Vict. et sic Farn. nisi quod post *οἶδεν* non interpunctum est. *ἤ, τοι*, sed ad priorem syllabam supra scripto *ει*, Flor. Idem *ἐστὶν* habet. Stanleius scribendum coniecit *εἴ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος*. Schneidewinus ad Ibycum p. 213. male *εἴτε*. O. Müllerus *τίς οἶδεν, ἤ τοι θεῖόν ἐστιν ἢ ψύθος*, neque oratione iusta, nec metro puris iambis incedente, ex quibus vix dubitari potest quin hic versus constiterit, nec sententia apta. Nimis enim rude convicium est *ψύθος*, si ita dicitur. Nihil nisi aut errorem aut divinitus falsam speciem commemorari decebat. Itaque scribendum erat

εἰ δ' ἐτήτυμος,
τίς οἶδεν; εἴ τι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος.

verane, quis scit? nisi divina aliqua fraus est.

459. Libri *παραγγέλμασι*. Metro prospexit Porsonus.

460. *καρδίαν, ἔπει* | *ἔπειτ'* Flor.

461. *λόγους* Flor. Vict. Quod Schützius et Wakefieldius in Silva crit. V. p. 83. reponendum viderunt, *λόγου*, exhibet Farn.

462. *ἐν γυναικὸς* libri. Recte *ἐν* delevit Porsonus. Blomfieldius, cui *γυναικὸς αἰχμιά* hic et in Choeph. v. 620. indolem femineam, non imperium significare videbatur, merito notam subit Wellaueri.

464. Blomfieldius dubitabat an *ἔρος* scribendum esset. Sed tamen ipse memoravit v. 1113. quamquam id proprie intelligi potest,

πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
κακορρήμονας;

Verum hic *ὅρος* est *decretum*, referturque ad sacrificia Clytaemnestrae iussu per urbem instituta. Alio modo determinationem significat *ὅρος* in his Euripidis Phoen. v. 1263.

ἄκραν τε λαμπάδ', ἣ δυοῖν ὅρους ἔχει,
νίκης τε σῆμα καὶ τὰ τῶν ἡσσωμένων.

466. Quod Vrsinus in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato p. 343. posuit, *γυναικογήρυτον*, habent Flor. et Farn. *ἤτοι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν γυναικῶν* glossa in Farn. *γυναικοκήρυκτον* ex coniectura Vict.

467. *εἰσόμεθα* Flor. Clytaemnestrae nomen huic versui praefixum in Flor. Farn. Vict. Recte Wellauerus, nesciens eandem Scaligeri fuisse sententiam, hanc choragi orationem esse iudicavit, quoniam per totam scenam non loqueretur Clytaemnestra, chorique esse soleret advenientes primo conspicere. Dicit haec coryphaeus medius stans inter quattuor illos quorum dicta epodus continet.

469. Cohaerent *ὀνειράτων δίκην ἐλθὸν τερπνόν*, *somniorum ritu veniens ut oblectaret.*

470. Libri *ἐφήλωσε*. Emendavit Porsonus.

473. Hesychius *διψία κόνις, ξηρά.* V. Soph. Ant. v. 429.

474. *ὡς* Flor. Deinde libri *οὔτε σοι δαίων φλόγα.* Sed ineptum est *σοί.* Scribendum *οὔτε τον.*

475. *Ἄχνη* de fumo ab Aeschylo dictum (fr. 426.) apertum est non posse ad hunc locum referri, quae Alberti suspicio erat ad Hesychium in v. *ἄχνη.*

478. *προσθήκει* Farn. In eodem ad *πέλοι* duae adscriptae glossae, *ἄν*, et *ὑπάρχει.*

479. Chori nomen huic versui in Flor. Farn. Vict. praefixum, ut v. 467. Clytaemnestrae, delevit Scaliger. Dicit haec chorus de Clytaemnestra cogitans. Rectius autem posita essent verba sic, *τάδ' ὅστις.*

481. Praeconis nomen, in Vict. omissum, apposuit Canterus. Habent illud Flor. Farn.

489. Libri *ἦλθες ἀνάρσιος*, nisi quod *ἦλθ'*, superscripto *ες*, Flor. Fuere qui ad puerile traiectionis auxilium confugerent, quos notavi Opusc. III. p. 105. Blomfieldius ex margine Askewiana recepit *ἦσθ'*, in quo nihil est quod quis reprehendat, modo appareret unde *ἦλθες* in libros

venisset. Apparet vero, si, cuius illud interpretatio est, ἧσθ' scribitur. Non recordabatur huius loci vir egregius, cuius huius quoque formae investigationem debemus, P. Elmsleius in censura meae Euripidis Supplicum editionis ad v. 752. in Diario classico part. XVII. p. 51. seq. ubi Platoni in Euthyphr. p. 4. B. reddendum monuit ἐπεξῇσθα. Vulgo ibi ἐπεξίησθα, codices fere ἐπεξῄεισθα, ut διῄεισθα in Timaeo p. 26. C. quod διῇσθα scribendum esse videtur.

490. καὶ παγώνιος Flor. κἀπαγώνιος Farn. Vict. Κἀπαγώνιος Auratus et Heathius putabant καὶ ἐπαγώνιος esse. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 1161. κἀναγώνιος legi malebat. Dii ἀγώνιοι vel ἐναγώνιοι proprie sunt gubernatores certaminum, ut Mercurius apud Aristophanem: qui quoniam ideo potissimum invocantur, ut victoriam praebeant, Latine victores dici possunt. Sophocles Trach. v. 26. τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς. Plato de leg. VI. p. 783. A. ἃ δὴ δεῖ τρία νοσήματα τρέποντα εἰς τὸ βέλτιστον παρὰ τὸ λεγόμενον ἥδιστον τρισὶ μὲν τοῖς μεγίστοις πειρᾶσθαι κατέχειν, φόβῳ καὶ νόμῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ· προσχρωμένους μέντοι Μούσαις τε καὶ ἀγωνίοισι θεοῖς, σβεννύντων τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιρροήν. Sed quid ista significatio ad hunc Aeschyli locum, in quo neque ut tribuat victoriam invocatur Apollo, neque ob tributam gratiae aguntur? Scholiastes ἀπαγώνιος intellexit, quod interpretatur ἀπόμαχος. Id si cum Blomfieldio probamus, hoc dicit praeco, *nunc servator adesto et liberator a belli certaminibus.* Verum in cod. Flor. scriptura καὶ παγώνιος nihil inesse videtur aliud quam quod Dobraeus Adv. II. p. 24. invenit, καὶ παιώνιος. In eandem emendationem incidit H. L. Ahrens. Qui proximo versu dicuntur ἀγώνιοι θεοί, illi sunt qui dederunt victoriam. Neque enim ἀγοραίους recte quis intellexerit, quos ἀγωνίους vocatos ab Aeschylo esse scholiastes Venetus ad Il. XXIV. 1. et Eustathius p. 1335, 58. tradunt, quorum adnotatio pertinere videtur ad Suppl. v. 175. 229.

493. Φίλον κήρυκα dicit ἐσθλὰ κηρυκεύσαντα, ut in Suppl. v. 208. ἐλευθέροις νυν ἐσθλὰ κηρυκευέτω.

494. Sui id Aeschylus aevi more, non antiquo illo Homeri fecit, ut heroes praeco invocet.

497. De hac vocabuli forma, ἀντήλιος, v. Lob. ad Ai. p. 356.

498. Libri ἧπον, cui in Farn. adscripta glossa ὄντως, ἴσως. Excerpta Aurati εἴ πον πάλαι, ἢ δόμασι ἢ φαιδροῖς ἰδόντες. Hinc Stanleius εἴ πον sumpsit, quod recentiores editores receperunt. In Flor. in πάλαι priori vocali *υ* superscriptum est. τοῖσιν ὄμμασιν Farn.

499. δέξασθε Flor. Vict. δέξαισθε, cum gl. ἄν, Farn.

500. ὑμῖν Farn. Vict. ἡμῖν Flor.

503. Praestat fortasse τῇ δικηφόρῳ. Aeschylus, ut opinor (v. de Niobe Opusc. III. p. 53.)

ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας,
δείσασ' ὅπως μή σου γένος πανώλεθρον

Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέψῃ Δίκη,

apud Aristophanem Av. v. 1240. et ibidem apud scholiastam Sophocles

χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ.

505. Quod Salzmannus, qui a. 1822. Berolini Observationes in Agamemnonem edidit, existimabat, versum hunc ex Persis illatum esse, in quibus v. 813. legitur

βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα,

etsi non inepte coniectum est, quoniam optime cohaerent *τῇ κατείργασται πέδον καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός*, tamen non eam habet veri similitudinem, ut sine librorum fide delendus esse versus videatur.

507. Ex Flor. adnotatum habeo *τοιούδε τροίᾳ.*

512. Libri *ὄφλων.* Emendavit Blomfieldius.

513. Stanleium, qui utramque significationem *ῥυσίον*, et *pretium redemptionis* et *pignus*, hic aptam esse censet, non magis quam Schützium, qui *praedam* interpretatus est, intelligere me fateor. Molestiam fecit haec vox etiam aliis in locis Piersono ad Moer. p. 337. et Brunckio ad Oed. Col. v. 858. Hesychius *ῥύσια, ἐνεχυράσματα, σωτήρια, λύτρα, λεηλασία.* Etym. M. p. 706, 41. *ῥύσια, ἐνεχυρώματα, σωτήρια· "ῥύσι' ἐλαυνόμενος" Ἰλιάδος λ.* (v. 673.) *ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα, τὰ ἀντὶ τινῶν ἑλκόμενα, ἅπερ ἀντὶ τῶν ἡρπασμένων ἁρπάζονται. λέγεται ῥύσια καὶ τὰ ὑπὲρ ὑγείας καὶ εὐτυχίας εὐχαριστήρια, παρὰ τὸ ῥύεσθαι, ὡς παρὰ Διονυσίῳ τῷ περιηγήτῃ* (v. 527.) *"ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χοροὺς ἀνάγουσιν ἅπασα."* Eadem fere Eustathius ad Hom. p. 877, 35. et Favorinus. Conferri cum his potest scholiastes ad Il. XI. 673. et Suidas. Photius *ῥύσια, ἐνέχυρα· καὶ ῥυσιάζεσθαι, τὸ ἐνεχυριάζειν.* Zonaras p. 1622. *ῥύσια, λύτρα, ἐλευθερίας ἐνέχυρα.* Prae ceteris digna memoratu Eustathii adnotatio est ad Dionysii versum: *ὅτι αἱ Κυκλάδες — χοροὺς ἀνάγουσι τῷ Ἀπόλλωνι, οὓς καὶ ῥύσια λέγει, ὡς ῥύσεως χάριν καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ γινομένους. καίτοι κυρίως ῥύσια, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι φαίνεται, τὰ ἐξ ἐπιδρομῆς ὁπλιτικῆς καὶ ἑλκυσμοῦ λαμβανόμενα εἰς ἐνέχυρον, ἀπὸ τοῦ ῥύω τὸ ἑλκύω ἐτυμολογούμενα· καταχρηστικῶς δὲ ποτὲ καὶ ἐπὶ ἁπλῶς ἐνεχύρου ἡ λέξις λαμβάνεται. ὁ μέντοι Διονύσιος κατὰ δριμύτητα ῥητορικὴν συνήθη αὐτῷ ἐπὶ δώρων σωτηρίων τὴν λέξιν εἴληφεν, ἅπερ μᾶλλον σῶστρα λεχθήσονται, καθάπερ λύτρα τὰ ὑπὲρ αἰχμαλώτων διδόμενα.* Non satis explicate haec a grammaticis sunt tradita. *Ῥύσιον*, ab *ῥύεσθαι* factum, proprie significat rem ademptam, quae vi vindicanda est atque ita salva praestanda. Ita Aeschylus in Suppl. v. 397.

καὶ μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται.

Et v. 698.

ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες.

Sic apud Sophoclem Oed. Col. v. 858. Creon Oedipum una cum filiabus abstrahens dicit

καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις; ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

Eo modo etiam in Agamemnonis versu Helena a Paride rapta, a Graecis vindicata, *ῥύσιον* vocatur. Secunda significatio est pignoris, quod pro ea re, quae adempta est, capitur. Ita in Il. XI. 673. *ῥύσι' ἐλαυνόμενος.* Hinc tertius nascitur significatus, qui est satis dationis sive vindictae, quum pignus, si res ipsa restitui non potest, ad satis faciendum laeso adhibetur. Ita Sophocles in Phil. v. 959.

φόνον φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας.

Alia est quarta vocabuli potestas, ex primo deducta significatu, quo liberatio rei ex aliena potestate atque in integrum restitutio indicatur. Sic Io quum Iovis contactu Epapho gravida facta formam humanam recuperasset, eam formae restitutionem *ῥύσια* dixit Aeschylus in Suppl. v. 300.

Ἔπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

Hinc denique quintus prodiit usus, quo quidquid pro salute fit intelligitur, eoque modo accipiendum hoc vocabulum est apud Dionysium periegetam.

514. Porsonus ut suspectum notavit *αὐτόχθονον.* Parum circumspecte Blomfieldius, *αὐτοχθόνοις* apud Lycophronem v. 714. male in quibusdam libris pro *αὐτοκτόνοις* legi observans, quum *αὐτόχθον' ὄν* edidit, duplici vitio auxit Aeschylum, altero languidissime inserti pronominis, altero vocis consulto a poeta declinatae. Nam *αὐτόχθων* quum significet eum qui ipsa in terra natus est, alia forma opus esse videbat poeta, si dicendus esset qui ipsa cum terra sua aliquid pateretur. Vidit hoc etiam Scholefieldius. Formam autem vocabuli defendit Lobeckius Paralip. p. 202. Ad *ἔθρισεν* in Flor. ab alia manu supra adscriptum *ἐθρίσσεν.* Scholiastes *ἔθρισεν, ἐθέρισεν, ἔκειρε. κοινῶς δὲ ἔθριξεν, ἀφεῖλεν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ θρῖξ. καὶ Εὐριπίδης* (Or. v. 128.) "*ἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθριξε τρίχας.*"

515. Libri *θἀμάρτια*, quod genuinum visum est Abreschio, quoniam etiam in Persis v. 678. inveniatur. Et videatur fortasse *ἁμάρτημα, ἁμαρτία, ἁμάρτιον* eadem comparatione dictum esse ut *ἀμπλάκημα, ἀμπλακία, ἀμπλάκιον*, quo postremo usus est Pindarus Pyth. XI. 41. Sed Persarum versus a me et Blomfieldio emendatus est: hic quum aptissimus sit dualis, scribendum est *θἀμαρτία.* Intelligit praeco peccata, quae modo dixerat, *ἁρπαγήν* et *κλοπήν.* Auctor fuit Aeschylo Homerus, quum aliis locis, tum Il. XIII. 626. ubi Menelaus de Troianis

οἵ μεν κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλά
μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἐπεὶ φιλέεσθε παρ' αὐτῇ.

Id uberius narratum fuisse in carminibus Cypriis ex Proclo coniici potest. Non dixit autem Aeschylus *διπλῇ*, quia id ambiguum fuisset, utrum duae duorum peccatorum poenae, an magnitudine duplae essent intelligendae. *Ἁμαρτία* autem *τίνειν*, ut *ἀδικίας* apud Euripidem in Ione v. 447.

516. Quae chorus in hac *στιχομυθίᾳ* loquitur, in libris tributa

sunt Clytaemnestrae. Animadvertit errorem Heathius. In his verbis *κήρυξ Ἀχαιῶν τῶν ἀπὸ στρατοῦ* notanda est attractio, qua duae locutiones in unam confusae sunt, *κήρυξ Ἀχαιῶν τῶν ἐν στρατῷ* et *κήρυξ ἀπὸ στρατοῦ*. V. ad Soph. El. v. 135.

517. Farn. Vict. et scholiastes ad v. 528. *χαίρω. τεθνᾶναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς.* In Flor. *ἔτ'* omissum est. *Τεθνάναι* mediam syllabam et analogiae lege et usu correptam habet. Aristophanes Ran. v. 1012.

τί παθεῖν φήσεις ἄξιος εἶναι; τεθνάναι· μὴ τοῦτον ἐρώτα.

Quamquam ibi scholiastes, ut de inusitata re, *βραχυκαταληκτεῖ δὲ ἐνταῦθα.* Legebatur quidem apud Theognidem v. 181.

τεθνᾶναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρί,

sed quod vel sine codice reponi debebat reponendumque viderat Davisius ad Cic. Tusc. disp. I. 8. *τεθνάμεναι*, ex antiquissimo libro restitutum est. Simillimum est *βεβάναι* apud Euripidem Heracl. v. 610.

οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ.

Non sum nescius memorare grammaticos *τεθνᾶναι.* Thomas M. p. 355. ed. Ritsch. *ἀπὸ τοῦ θανῶ μέλλοντος ἕτερον ῥῆμα παράγωγον θανέω θανῶ, καὶ θνῶ κατὰ συγκοπήν, ἐξ οὗ θνήσω, τέθνηκα, τέθνημαι, ἐτέθνην, τεθνείς, τεθνείην καὶ τροπῇ Ἰωρικῇ τοῦ ῡ εἰς ᾱ τεθναίην. ἀπὸ δὲ τοῦ ἐτέθνην, ἐτέθνης, ἐτέθνη, τεθνῆναι, καὶ Ἰωρικῶς τεθνάναι* (id quidem videtur *τεθνᾶναι* scribendum fuisse, sed tamen *τεθνάναι* legitur etiam apud Favorinum, qui eadem habet in v. *θανέω*). *εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσι ταῦτα καὶ οὕτως· ἀπὸ τοῦ θανέω θανῶ καὶ θνῶ, θνῆμι, ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔθνην, ἡ μετοχὴ ὁ θνάς, καὶ κατὰ ἀναδίπλωσιν τεθνάς, τεθνάντος, τεθνάναι, καὶ τεθναίην τὸ εὐκτικόν.* Non dissimilia leguntur apud Favorinum in v. *θνήσκω* et *τεθνάναι* et in Hortis Adonidis p. 159. aversa sive ed. Dind. p. 417, 4. tum in Appendice Etymologici Gudiani p. 637, 4. Sed magna in his opinionum perversitas est, quum aoristum *ἔθνην* vel etiam *ἐτέθνην* assumpserunt. Diversissima miscuit is qui Draconis Stratonicensis nomen mentitur p. 39, 12. qui quum ostendisset infinitivos praesentis verborum in *μι* exeuntium brevi penultima, aoristorum autem longa esse, sic pergit, *καὶ τῆς μὲν πέμπτης τὸ σημᾶναι καὶ τὸ ὑφᾶναι καὶ τεθνᾶναι καὶ διαδρᾶναι καὶ φῦναι, ὡς μαρτυρεῖ τὸ θεῖναι καὶ δοῦναι. καὶ ταῦτα γὰρ ἀόριστον ὄντα ἐμφανέστατα μακρὰν ἔχει.* Nec fidem habeo isti homini p. 108, 24. dicenti *τὰ δὲ εἰς αναι, ὡς τὸ τεθνάναι, ἐσθ' ὅτε ὑπὸ ποιητῶν Ἀττικῶν ἐκτείνει τὸ α.* Magis etiam mira traduntur in Hortis Adonidis p. 186. *τεθνάναι κανόνισον· ἔστι ῥῆμα πρωτότυπον θείνω τὸ τύπτω, ὁ μέλλων θενῶ, καὶ κατὰ μετάθεσιν τοῦ ν θνέω θνῶ· μεταποιεῖται γὰρ εἰς περισπωμένην σημασίαν ὁ μέλλων, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ· οὗ ὁ μέλλων θνήσω, ἀφ' οὗ θνῆσις. ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ θεῶ θῶ τίθημι, οὕτω καὶ ἀπὸ θνέω θνῶ τέθνημι, ὁ μέλλων θνήσω, ὡς*

στήσω. ὁ παρακείμενος τέθνακα, ὡς ἕστακα. τὸ ἀπαρέμφατον τεθνακέναι καὶ κατὰ μετάθεσιν τεθνάναι. διὸ καὶ περισπᾶται. τὸ γὰρ α καὶ ε εἰς α μακρὸν κιρνᾶται. πᾶσα φύσει μακρὰ πρὸ βραχείας ληκτικῆς ἐν ἑνὶ μέρει λόγου οὖσα καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν τόνον περισπᾶται· ἐπεὶ τὸ ἐν τοῖς ἀπαρεμφάτοις δίφθογγον βραχύ ἐστιν. οὕτω δὲ γίνεται καὶ τὸ ἑστᾶναι οὐ κατὰ συγκοπὴν τῆς κε συλλαβῆς ἀπὸ τοῦ ἑστακέναι, οὐ γὰρ ἐφίησι (legitur ἀφίησι) τὸ τεθνεώς καὶ ἑστώς· ὀξύνεται δὲ μόνον τὸ ἑστώς καὶ τεθνεώς· οὐκ ἐξ ὀξείας καὶ βαρείας περισπῶνται, ἀλλ' ἐκ βαρείας καὶ ὀξείας ἡ κρᾶσις ἐγένετο· τὰ μὲν γὰρ ἐξ ὀξείας καὶ βαρείας περισπῶνται, οἷον Πηλέϊ Πηλεῖ· τὰ δὲ ἐκ βαρείας καὶ ὀξείας ὀξύνονται, ἑσταώς ἑστώς, βεβαώς βεβώς, τεθνεώς τεθνώς· τὰ δὲ ἐκ δύο βαρειῶν πάλιν βαρύνονται (sic pro βραχειῶν et βραχύνονται scribendum), οἷον Δημοσθένεϊ Δημοσθένει, ποίεε ποίει. τὸ δὲ ἑστᾶναι καὶ τεθνᾶναι οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν. εἴποι γὰρ ἄν τις ὅτι καὶ ἐκεῖνα ἐκ βαρείας (legitur βραχείας) καὶ ὀξείας συνεκράθησαν, καὶ ὤφειλον πάλιν ὀξύνεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ παραλήγουσα φύσει μακρὰ ἐγένετο, ἡ δὲ λήγουσα βραχεῖά ἐστι, τιθᾶ μᾶλλον περισπᾶσθαι κατὰ τὸν κάνονα τὸν λέγοντα, πᾶσα φύσει μακρὰ πρὸ βραχείας ληκτικῆς, ὡς ἔμαθες. ἀλλ' οὕτω μὲν τὸ τεθνᾶναι κανονίζεται δευτέρας ὂν συζυγίας τῶν εἰς μι, ὡς εἴπομεν. Apertum est commenta haec esse recentiorum grammaticorum, qui quod *τεθνάναι* et *ἑστάναι* ut vulgus male pronuntiarent, syllabam putabant longam esse. Quo magis miror quod Buttmannus in Gramm. vol. II. p. 14. in similem ut grammatici, quos non consuluit, sententiam incidit, Göttlingius autem in Doctrina accentus edita a. 1835. p. 93. poetis productionem concessit. Aeschylum ut *τεθνᾶναι* dixisse credam non adducor. Potest scripsisse videri

χαίρω τε, τεθνάναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς.

Rectius tamen, adhibita codicis Florentini scriptura transpositisque verbis, scribetur

χαίρω· θεοῖσι τεθνάναι δ' οὐκ ἀντερῶ.

Veri enim simile est Trielinium, cui *τεθνᾶναι* videretur dici debere, haec mutavisse. Ad sententiam apte comparavit Butlerus Od. VII. 224.

ἰδόντα με καὶ λίποι αἰὼν
κτῆσιν ἐμὴν δμῳάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

519. *ἐνδακρύειν* Flor. Vict. *ἐκδακρύειν* Farn. quod non notavit Elmsleius. Id recepi. Euripides Or. v. 1122.

ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', ἔνδοθεν κεχαρμένη.

Phoen. v. 1353.

ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.

In Orestis versu aliquot libri *ἐνδακρῦσαι*.

520. *ἴστε* Flor. *ἦτε* Farn. Vict. Signum interrogandi praeter necessitatem huic versui apposuit Stanleius. Hinc Th. Bergkius in Diurnis antiq. a. 1835. p. 958. *ἧστε*, afferens Sophoclis fr. 317. et alia. Vereor

ne Bergkium rariorum formarum amor ab recta via abduxerit. Nam quis malit dicere *suavis ergo huius morbi sciebatis vos compotes esse*, quam *eratis compotes?* Mihi ἦτε a Triclinio profectum, vera autem scriptura esse videtur codicis Florentini, ut hoc dicat, *scite vos compotes esse huius suavis morbi.*

521. Libri πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου; Emendavit interpunctionem Schützius. Sic in Suppl. v. 276.

διδαχθεὶς δ' ἂν τόδ' εἰδείην πλέον.

Alia quaedam de multis v. apud Erfurdtium ad Soph. Oed. R. v. 1517.

522. Libri πεπληγμένος. Rectissime Tyrwhittus et Schützius πεπληγμένοι. Non enim quomodo praeco intelligere superiora chori verba debeat dicendum est, sed quid sit cur exercitus prae gaudio lacrimari possit.

524. Libri ἐκ φρενὸς ἀναστένειν. Scaliger et Schützius μ' inseruerunt. Ὡς pro ὥστε de effectu dictum tetigi ad Soph. Ant. v. 292. Adde Eur. Andr. v. 588. Iph. T. v. 293. Vide etiam mox v. 528.

525. Libri στύγος στρατῷ. Quod quum aperte non conveniat huic loco, Auratus στρατοῦ coniiciebat, quo nihil proficimus. Schützius, eiecto στρατῷ, legendum putabat θυμῷ στύγος; Iacobsius in Animadv. ad Eurip. p. 195. non inelegante στρατῷ in φράσον mutandum esse censebat. Wellauerus στρατῷ interpretandum existimavit *populo*, ut in Soph. El. v. 739. Et sic ipse Aeschylus in Eum. v. 558. 678. 876. Vereor tamen ne id hic non satis aptum sit, ubi στρατός, ut modo v. 523. a civibus distinguitur. Confidenter posui στύγος φρενῶν, quod legitur infra v. 1267. et Choeph. v. 70. Aliud agenti librario ex v. 523. in mente haeserat στρατός. In eandem emendationem incidit Emperius in Diurn. antiq. a. 1835. p. 627.

527. τυράννων Flor. Vict. κοιράνων Canterus, et habet id Farn. Continuabatur καὶ πῶς cum sequentibus verbis. Non bene Klausenius καί πως. Stanleius recte signum interrogandi poni voluit post καὶ πῶς. Secuti sunt Schützius et Scholefieldius; non secuti Porsonus, Blomfieldius, Wellauerus, Boissonadus. Et tamen ineptum est quaeri quomodo absente rege aliquem timuerit civitas, quum magis, si praesente timeat, mirandum videatur: nisi putarunt ipsum regem esse qui timeretur. At id iterum ineptum est, quia sic laudari videretur conditio populi nulli parentis imperio. Καὶ πῶς mirandi significatum habet: v. infra v. 1269. Choeph. v. 526. 763.

528. Libri et scholiastes ὧν νῦν. Emendavit primus Scaliger. τὸν σὸν error Vict.

530. Libri τὰ μέν τις εὖ λέξειεν. Porsonus, ut Blomfieldius refert, ἂν reponi voluerat in praecedente versu, hoc modo, ταῦτα δ' ἂν πολλῷ χρόνῳ. Sed postea edidit, ut Auratum secuti alii, τὰ μέν τις ἂν λέξειεν, quod non dubium videtur quin verum sit. Pro ταῦτα Auratus coniiciebat τἄλλα.

533. Primus post *δυςαυλίας* distinxit Stanleius.

534. *κακοστρώτους* Flor. Vict. *κακοστρώτους* Canterus, et sic Farn. *Παρήξεις* Aeschylus non dixit, ut scholiastes interpretatur, *παραδρομὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῶν νεῶν*, sed, ut Schützius vidit, raras ad terram appellandi opportunitates. Nam quae sequuntur, hic de profectione classis ad Troiam, diu in Aulide retentae, sermonem esse docent. *Ἧξις* ex Euripidis Troad. v. 396. affert Antiatticista Bekkeri p. 99, 4. ubi Euripidis libri *ἶξις* habent.

535. Libri *οὐ λαχόντες*. Quod Wellauerus verbis quae intelligi nequeunt interpretatus est, *qua parte diei non suspiravimus, quum illa nobis non acciderint?* Id esse voluit *nulla parte diei illa nobis non acciderunt.* Tum vero vertere debebat *qua parte diei non gementes, non sortiti illa eramus?* At id facilius, si quidem, ferri posset, si hoc ordine verba posita essent, *τί δ' οὐ λαχόντες, οὐ στένοντες.* Optime Stanleius *οὐ κλαίοντες.* Aptissimum est enim verbum simile ut *στένοντες*, et id necessario praesentis: quare qui *οὐ καμόντες* coniecit Pauwius, *οὐ κάμοντες* debebat. Schützius edidit facillima sane mutatione *οὗ λαχόντες*, quae a me ad Vigerum p. 770. non est recte explicata, quum *οὗ ubi* esse volebam, quod dici hic *ὅπον* debebat. Si ita scripsit Aeschylus, *οὗ* non ad *μέρος* referendum est: nam *λαγχάνειν* cum genitivo iunctum significat compotem fieri eius quod quis optat: sed pertinet ad *ἡματος*, *nulla parte diei, qui nobis obligisset, non gemebamus.* Dubitari tamen potest an scripserit *τί δ' οὐ στένοντες, εὖ λαχόντες, ἡματος μέρος; qua parte diei, si bene cecidisset, non gementes?* Sed tantopere se commendat *οὐ κλαίοντες*, ut omnium videatur esse veri simillimum. Apodosis deest, quae referatur ad *εἰ λέγοιμι*, ut in sermone familiari: i. e. vix finem invenirem.

536. Interpungebatur virgula post *προςῆν*, credo quod *τά* pro *ἅ* acceptum erat. Mutavi eam interpunctionem: nam *τὰ δέ*, ut saepe, *alia* significat, *καί* autem iungendum cum *πλέον*.

537. *Δηΐων* hic tantum legitur et non recte *δηΐοις* in chori carmine Choeph. v. 618. Nusquam ita Sophocles, neque Euripides. Et *δαΐων* ipse Aeschylus in Sept. c. Theb. v. 260. Itaque probanda videtur sententia Dindorfii, scribendum esse *δαΐων*.

538. Pearsonus, Heathius aliique, quos secutus est Blomfieldius, *δὲ* pro *γὰρ* posuere: quos bene refutavit Wellauerus. Nam qui praecedit versus, parenthesis est. Deinde *λειμωνίαι*, cum accentu in penultima, Flor. Vict. *λειμώνιαι* Farn. Schützii coniecturam, *λειμωνίας*, recepit Blomfieldius. Non inepte animadvertit Wellauerus, quibus *δρόσοι λειμώνιαι* a caelo stillantes offensui sint, eodem iure offendi debuisse verbo *καταψεκάζειν*, quod proprie non cadat in humorem prati. Neque perversa est oratio, si sic verba intelliguntur, *ἐξ οὐρανοῦ δρόσοι καὶ ἀπὸ γῆς δρόσοι λειμώνιαι.* Sed tamen accentus in codice Flor. monet ut potius cum Schützio credamus *λειμωνίας* scri-

ptum fuisse, quod quum esset in *λειμωνίαι* mutatum, correxit accentum Triclinius.

539. Dindorfius *κατεψάκαζον* scripsit ex Atticistarum sententia. V. Blomf. ad v. 1512.

540. Fuerunt qui *τρίχα* de vestibus dictum putarent. Simplicius est capillos ipsorum intelligere Graecorum, sicut in Aiace Sophoclis scriptum v. 1207. *κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως ἀεὶ πυκναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας, λυγρᾶς μνήματα Τροίας.* Masculinum *τιθέντες* ut defenderet, aliena attulit Wellauerus. Perplexe loquitur G. Bernhardy in Synt. p. 429. Indulserunt talia sibi poetae vel metri vel suavioris soni caussa. Nisi hic *ὄμβροι* animo poetae est obversatum.

541. *λέγει* Farn.

543. Pessime Abreschius, quem sequitur Blomfieldius, *μεσημβρινὰς κοίτας* de meridiana quiete Graecorum intellexit. Ventorum intermissiones meridianas dici vidit Stanleius.

546. 547. Sententia propter brevitatem paullo obscurior. Hoc dicit, *praeterierunt illa mortuis, ut non amplius querantur, et, ne si daretur quidem, in vitam redire velint.* Bene defendit hoc adversus Blomfieldium, qui *τὸ μηδὲ μέλειν παροίχεται* construendum putabat, Elberlingius in Observationibus in locos quosdam Agamemnonis. Non opus est ut cum Aurato *αὐτοῖς* pro *αὖθις* scribatur.

548. *Ἐν ψήφῳ λέγειν* est *enumerare.* Rhesi scriptor v. 309.

στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφῳ λόγῳ
θέσθαι δύναιτ' ἄν, ὡς ἄπλατον ἦν ἰδεῖν.

549. *Ἀλγεῖν* cum genitivo constructum ut in Euripidis Hec. v. 1256.

ἀλγεῖς; τί δ' ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

De vocabulo *παλίγκοτος* copiose disseruit Elberlingius.

550. Libri *συμφοραῖς.* Mirum est Blomfieldio *ξυμφορὰς* scribendum videri, qui in Monkii adnotationibus ad Eur. Hipp. v. 112. ubi accusativos restituendos censet etiam apud Diphilum Athenaei IV. p. 157. A.

οὗτος ἱερὸς ἀνθίας,
ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγει,

attulerit Rufini verba in Anthol. VII. 136.

Ῥουφῖνος τῇ μῇ γλυκερωτάτῃ ἐλπίδι πολλὰ
χαίρειν.

Vt haec re eodem redeant, at dicendi modo differunt, *mala valere iubenda censeo*, et *malis aequum censeo valeatis dicere.* Non intellexit poetam scholiastes, cuius haec est adnotatio, *ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τῶν ἀπολλυμένων δεῖ τὸν ζῶντα ἀλγεῖν, καὶ πάλιν ἐπὶ ταῖς εὐποτμίαις χαίρειν.*

554. Blomfieldius quum *ποτώμενοι* legendum putabat, non attendit ad id quod hoc loco dicendum erat. Non gloriae pars est quod mare terramque superarunt, sed felix sors eorum qui non ceciderunt in bello. *Itaque nos*, inquit, *qui per mare per terras incolumes reversi sumus,*

gloriari aequum est quod tandem capta urbe diis spolia suspendimus. Lachmanno tamen hic versus ante praecedentem collocandus esse videtur, ut coniungantur haec, *ἡμῖν — ποτωμένοις.*

555. *τροίην* Flor. Vict. Porsonus *Τροίαν* restituit, et sic Farn.

556. Male Valckenarius ad Phoen. v. 88. *θεῶν* scribi volebat. Aptius est dici quibus dedicentur spolia, quam quorum templis affigantur. Cohaerent autem *θεοῖς τοῖς καθ' Ἑλλάδα.*

557. Porsoni coniecturam, *ἀρχαίοις*, non debebat recipere Blomfieldius. *Ἀρχαῖος* enim ad ea quoque transfertur, quae diuturna sunt atque inviolata manent, sive sancta velis dicere. Sic Sophocles Oed. C. v. 1632. *πίστιν ἀρχαίαν* fidem dixit quae firma maneat, olim antiqua futura. Petro Campero ad Euripidis Electram p. 183. praeco se quasi inter posteros sistere visus est. Non dixisset id, si attendisset ad illa, *ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίου φάει.*

558 — 560. Interpungebatur *τοιαῦτα χρὴ κλύοντας, εὐλογεῖν πόλιν, καὶ τοὺς στρατηγούς· καὶ χάρις τιμήσεται Διὸς τάδ' ἐκπράξασα*, quasi haec esset sententia, *haec vos audientes et urbem et duces laudare oportet.* At sic non recte *πόλιν* poeta dixisset, quum deberet *στρατόν.* Iungenda sunt *κλύοντας πόλιν*, i. e. *κλύουσαν τὴν πόλιν χρὴ εὐλογεῖν καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τὸν Δία.* Quae quum sic dicenda essent, usitata familiari sermoni negligentia, quam consectatur poeta in humilioribus conditionis hominibus, mutata constructione dixit *καὶ χάρις τιμήσεται Διός.*

560. Editiones quaedam recentiores *τόδ'*. Sed Flor. Farn. Vict. *τάδ'*.

563. 564. Hoc dicit, *singula accuratius exquirere maxime Clytaemnestram decet, eamque me simul ditare his*, i. e. me participem fieri sinere narrationis illius.

565. Divisim scriptum *ἀνωλόλυξα μὲν* debetur Stephano. Flor. Farn. *ἀνωλολύξαμεν.* Glossa in Farn. *ἤχουν ἐπαιανίσαμεν.* Scriptor Christi patientis v. 70. *ἀνηλάλαξά πως πάλαι χαρᾶς ὕπο.*

568. *ἐνίππων* Flor. Libri *φρυκτώρων διά.* Pravum accentum *φρυκτῶρων* emendavit Schützius.

571. *πλακτὸς* Farn. Scriptor Christi patientis v. 74.

λόγοις δὲ τοῦδ' εὔπλαγκτος οὖσ' ἐφαινόμην,
πεισθεῖσα τῷ φέροντι θέσκελον φάτιν.

Hinc in dissertatione de versibus spuriis apud Aeschylum (Opusc. II. p. 84.) conieci alterum quoque versum ex hoc Aeschyli loco sumptum esse. A qua sententia non dimoveor eo quod Blomfieldio scriptor iste *πεισθεῖσα* manifesto e v. 569. sumpsisse videtur. Nam id eo minus manifestum est, quod tragici saepissime in brevi spatio eadem verba iterant, et versus iste aliquanto melior est quam ut ab ipso illo homine factum esse credam. Accedit quod aptissime haec addere videtur Clytaemnestra. Augent enim vim et vigorem sententiae, quae haec est, *stulta videbar*

esse, quae fidem haberem mirabilia nuntianti, et tamen non minus creduli, qui me vituperabant, sacra cum laetis acclamationibus faciebant. *Θέσκελος* quod non alibi, quod sciam, apud tragicos invenitur, neminem, praesertim in Aeschylo, morabitur. Constat autem ea voce admirabilia et incredibilia significari. V. Il. III. 130. XXIII. 107. Od. XI. 373. 609.

572. Recte commate interpunctum est post *ἔθνον* in editionibus Vict. et Cant. Male Stanleius, *ἔθνον* singularem esse ratus, coli signum posuit: quod secuti sunt alii. Totum hunc versum habet scriptor Christi patientis v. 78.

573. *ὀλολυγμὸν*, et *ω* super secundo *ο*, Flor. Christi patientis scriptor *ἀλαλαγμὸν* legisse videtur, quum scripserit v. 79. *ψυχῆς τ' ἔπεμπον ἀλαλαγμὸν ἐκ μέσης.*

574. *ἐνθέων* Vict. Ab Aurato accepit Stanleius *ἐν θεῶν*, quod est in Flor. Farn. Virgulam, quae post *ἕδραις* posita erat, post *εὐφημοῦντες* recte posuit Schützius, languide tamen inserens *θ'* post *ἐν θεῶν*. Editio Glasguensis a. 1795. quae falso tribuebatur Porsono, *ἕδραις ἐν θεῶν*, contra Porsoni de trimetro praecepta.

575. Scriptor Christi patientis v. 81. *θυηφάγον φέρουσά τ' εὐώδη φλόγα*, ut videatur *φέροντες* legisse. Libri *κοιμῶντες*, ad quod m Farn. glossa adscripta est *πραΰνοντες ἐπὶ τῷ ὀπτῆσαι ἢ θυμιᾶσαι.* Mirum est placere quibusdam potuisse Butleri commentum, intelligenda haec esse de laetis acclamationibus in fine sacrorum. Quis enim adeo perversus sit, ut, gratulatos ob laetum nuntium dicere volens, finem gratulandi quam initium factum dicere malit? Legrandius male *κοσμοῦντες.* Melius, sed audacius, Casaubonus *καίοντες.* Si *κοιμῶντες* genuinum est, versum excidisse credam, quo contineretur *iniectis libis et suffimentis.* Aliter enim *κοιμᾶν* simpliciter *exstinguere ignem* significat. Phrynichus Bekkeri p. 46, 26. *κατακοιμίζειν τὸν λύχνον, ἀντὶ τοῦ σβεννύναι.* Auctores Suidas in v. *κοιμίσαι* Nicophronem in Pandora, Athenaeus XV. p. 701. F. et Pollux VII. 178. Phrynichum in *Μονοτρόπῳ* nominant. Si nihil deest, scripsisse Aeschylum putem *κοιῶντες.* Hesychius *κοιᾶται, ἱερᾶται.* Idem *κοιώσατο, ἀφιερώσατο, καθιερώσατο.* Et *κοίης, ἱερεὺς Καβείρων ὁ καθαίρων φονέα. οἱ δέ, κόης.* Item *κοιόλης, ὁ ἱερεύς*, quod habet etiam Moschopulus *περὶ σχεδῶν* p. 5. et mendose scriptum Theognostus in Crameri Anecd. Ox. II. p. 21, 25. Ex hoc verbo vel eius radice ductum esse videtur *θυοσκόος*, de quo supra dictum ad v. 87.

578. Non dicit *σπεύσω δέξασθαι ὅπως ἄριστα*, sed *ὅπως σπεύσω δέξασθαι ἄριστα.* V. Porsonum ad Hec. v. 398.

580—582. Interpungebatur in editionibus veteribus *τί γὰρ γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον, δρακεῖν ἀπὸ στρατείας ἄνδρα, σώσαντος θεοῦ, πύλας ἀνοῖξαι;* Coniungenda esse *ἥδιον δρακεῖν* apertum est, videruntque plerique. Neque *ἀνδρὶ* legendum, quod Blomfieldius edidit, sed corrigenda erat interpunctio, *τί γὰρ γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον*

δρακεῖν, ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ, πύλας ἀνοῖξαι; Sic etiam Matthiae ad Eur. Alc. v. 899. nisi quod is ἢ omissum censet. At pro eo *τούτου* additum est, quod ipsum omitti potuit, ut in Alcestide, *τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου;* V. quae ibi adnotavi ad v. 890. Sic patet nihil caussae esse cur cum Schützio aliisque scribatur *πύλας τ' ἀνοῖξαι.* Quod autem dicit *ἀπὸ στρατείας*, intelligendum est *revertentem ab expeditione,* ut Eum. v. 621.

584. Schützius coniecit *ἔνδον εὑρήσει.* Magnopere falsi sunt Blomfieldius et Wellauerus, quum *εὕροι utinam invenial* sunt interpretati, quo sententia paene ridicula evadit. Recte Matthiae in Miscellaneis philologicis vol. II. p. 54. orationis obliquae optativum esse vidit.

586. *Πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν* ambigue dicit Clytaemnestra, de Agamemnone cogitans.

589. 590. Non dixit Blomfieldius cur cum Schützio *οὐκ οἶδα* ediderit. Aperte verum est *οὐδ' οἶδα.* Sed in Christo patiente v. 64. legitur *οὐκ οἶδα τέρψιν οὐδ' ἐπίψογον φάτιν ἄλλον πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς.* Et iterum v. 521. *οὐκ οἶδα τέρψιν.* Expressit autem Aeschylus mores hominum improborum, qui quibus vitiis laborant, iis se maxime immunes iactare solent. Ita hic Clytaemnestra, adultera, pudicam se esse praedicat, quumque necem marito meditetur, a caedis crudelitate abhorrere. *Χαλκοῦ βαφάς* de caede dictas esse vel illud in Aiace v. 95. ostendere potuerat,

ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ.

Sed ipse etiam Aeschylus ita locutus est in Prom. v. 866.

δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος.

Et Choeph. v. 1005.

μαρτυρεῖ δέ μοι
φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.

Non tamen, ut Wellauero visum est, quod vulneratus sanguine tingatur, sed quod ferrum immergitur in corpus. Miraculosa placuerunt Welckero in Appendice Trilogiae p. 42. seq. quem perturbarunt Blomfieldii Elmsleiique dubitationes, de tingendo aere cogitantium.

591. 592. Hi duo versus in libris praeconi tributi sunt. At nec decet praeconem respondere, nec potuit ille *τοιόνδ' ὁ κόμπος* dicere, sed dicere debuit *τοιόνδε κόμπος*, nec iustus finis factus erat orationi Clytaemnestrae. Itaque huic hos versus dedi. *Γενναίαν* se vocare potuit mulier, etiam si non esset superba, ut Oedipus Sophoclis in Colono.

594. Scholiastes *οὕτως εἶπεν ἀκριβέσι λόγοις καὶ ἐξηγητικοῖς ὥστε σε μαθεῖν.* Quem Blomfieldius *λόγοις* legisse putans, id reposuit. Falli eum intellexit Wellauerus, non ille tamen hunc locum recte explicans, in quo interpretando alia via aberravit G. Bernhardy Synt. p. 128. Hoc dicit chorus, *sic haec tibi speciose rem exposuit, cognoscenti per veraces scilicet interpretes.* Patet autem ironice chorum reprehendere Clytaemnestram de se ipsam edentem testimonium. *Τροὶ ἑρμηνεῖς*

sunt qui rem aperte et perspicue explicant. Sic infra v. 1021. *ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ δεῖσθαι.* Dicit autem haec chorus ita ut non audiat Clytaemnestra, quae iam de scena abit. Campero ad Eur. El. p. 212. scribendum videbatur *τοροῖσί γ' ἑρμηνεῦσιν.*

596. Libri *εἰ νόστιμός γε.* At non *si quidem veniet* dicit chorus, sed *veniatne.* Quare *εἰ νόστιμός τε* scripsi.

598. 599. Male in editionibus Vict. et Cant. virgula post *ψευδῆ* distinctum. *Non narrem,* inquit, *falsa bona, quibus diu fruantur amici.* Proprie *ad id,* i. e. *eo consilio ut diuturnus ex iis fructus sit.* Libri *ἐς τὸν πολύν.* Blomfieldio *εἰς* dare placuit. Patet errasse eos, qui *ἐς οὐ πολὺν* scribendum putarunt, Auratum, Casaubonum, Pearsonum.

600. In Flor. Farn. Vict. Cant. hoc et sequentia chori disticha Clytaemnestrae tributa sunt. Emendavit Stanleius. *τἀληθῆ τύχης* Flor. *τἀληθῆ τύχῃς* Vict. *τἀληθῆ τυχ̓* Farn. Auratus *μὴ 'ληθῆ.* Schützius *κἀληθῆ τύχοις.* Optativum etiam Porsonus restituit. Verum est, quod Wellauerus vidit, ad *τύχοις* repetendum esse *εἰπών,* hoc modo, *πῶς δῆτ' ἄν, εἰπὼν κεδνά, τἀληθῆ εἰπὼν τύχοις;*

601. Libri *γίνεται.*

602. Libri *ἀνήρ.* Scribendum *ἀνὴρ.* Deinde *ἀχαϊκοῦ* Vict. Sed *ἀχαικοῦ* Flor. Farn. De dissensu grammaticorum dixit Blomfieldius, parum sibi constans, quum *Ἀχαϊκός* Homeri ad exemplum dixisse Aeschylum putat, alibi autem *κάειν, κλάειν, ἀετός* tuetur.

605. Ad *ἄχθος* glossa *βάρος* adscripta in Farn. Casaubonus et Pearsonus coniecerunt *κοινὸν ἄχθος.*

606. *τοξότας* Flor.

615. Scholiastes *ἤγουν ταῦτα λέγοντες ἀτιμάζομεν τοὺς θεούς.* Male. Laborarunt interpretes in his verbis propterea quod *ἡ τιμὴ θεῶν* pro *ἡ θεῶν τιμή* dictum putarunt. At ea soloeca constructio foret. Sententia haec est, *ἡ τιμὴ χωρὶς θεῶν ἐστί, praemium sine diis est,* i. e. praemium accipit malorum in re laeta nuntius tale cui non favent dii.

618. Frustra Blomfieldius malebat *τυχόν.* Hoc dicit, *quum afflictus nuntiatur exercitus, unum civitati vulnus est, quod ea res communis est atque ad omnes pertinet cives.*

619. *ἐξαγισθέντας* scholiastes interpretatur *ἐξορισθέντας.* Hesychius *ἐξάγιστον, τὸ οὐ δεόντως εἰσενεχθὲν εἰς ἱερόν, ἢ τὸ ἀκάθαρτον.* Et *ἐξάγιστα, πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν. ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν.* Sophocles Oed. C. v. 1526. *ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ, αὐτὸς μαθήσει, piacularia.* Vix alibi *ἐξαγίζειν* exstat. Intelligendi videntur *consecrati, devoti duplici Martis flagello.*

620. *Διπλῆ μάστιξ* quum proprie duplex flagellum significet, quali utebantur, ut vel ex Aiace Sophoclis v. 242. constat, translata hic est ad duplex malum, ut in Choeph. v. 370. et, quo minus dubitari quid significetur possit, *δίλογχον ἄτην, φοινίαν ξυνωρίδα* additum.

621. Post *ξυνωρίδα* punctum erat positum. Correxit interpunctionem Pauwius.

622. Libri *σεσαγμένων*. Schützii emendationem, *σεσαγμένον*, receperunt Porsonus et qui secuti sunt editores. Hoc praeferendum sit, an *σεσαγμένῳ*, dubitari potest. Sic supra v. 462.

γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει
πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι.

Euripides Hipp. v. 115.

φρονοῦντες οὕτως ὡς πρέπει δούλοις λέγειν.

623. Libri *παιᾶνα τόνδ' ἐριννύων*. Male Stanleius coniecit *τῶν*. Fallitur cum aliis Blomfieldius ad *τόνδε* intelligens *ἄγγελον*, quod nullo pacto fieri potest. *Παιᾶνα τόνδε* recte iunxit Wellauerus.

626. Abrumpitur oratio. Proprie enim dicendum erat *οὐ χρή με κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμῖξαι.*

627. Libri *χειμῶν' ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς*. Quod Blomfieldius in glossario dicit, usitatiorem constructionem fuisse *χειμῶν' Ἀχαιοῖς, οὐκ ἀμήνιτον θεῶν*, id ego diu est quum ponendum censui, sed vacuum vitio quod interpungendo intulit Blomfieldius. Neque enim *Ἀχαιοῖς* cum *χειμῶνα* coniungendum est, sed pendet ab *ἀμήνιτον*. Plutarchus de genio Socratis p. 578. A. *ἀλλ' οὐδὲ αὐτοῖς, ἔφη, Λακεδαιμονίοις ἀμήνιτον ἔοικεν εἶναι τὸ δαιμόνιον.* Dictum est *ἀμήνιτον θεῶν* ut apud Sophoclem Trach. v. 691. *ἀλαμπὲς ἡλίου.*

631. Recte libri *ὠρώρει*. Nihili est, de quo disputatum videas, *ὠρόρει*. Nam *ὤρορε* Homericum aoristus est. Ceterum displicent haec verba, *ἐν νυκτί*, in principio posita, tamquam si primaria essent. At non possunt esse primaria: nam etsi per noctem atrocius factum est malum, tamen non nox, sed tempestas classem afflixit. Quare videtur aut non suo loco positus esse hic versus, ut collocandus sit post v. 635. ubi cohaereant *ᾤχοντ' ἄφαντοι — ἐν νυκτί· δυςκύμαντα δ' ὠρώρει κακά*, aut interpungendum certe, servato loco quo versus nunc legitur, post *ἐν νυκτί*.

632. *ἀλλήλαισι* Farn. *ἀλλήλῃσι* Flor. Vict. Deinde *θρῄκιαι* Flor. Vict.

633. *ἤρειπον*, cum glossis *κατέβαλλον, συνέκρουον*, Farn. Deinde libri *κεροτυπούμεναι*. Quod Wassius ad Thuc. II. 84. posuerat, *κεροτυπούμεναι*, firmavit Porsonus in praefatione ad Hec. p. VIII.

634. Editiones veteres *χειμῶνι, τυφῶ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ*. Et *τυφῶ* etiam Flor. Farn. Blomfieldius *τυφῷ* scripsit idque ad *χειμῶνι* adiunxit, quod fieri nullo modo potest. Recte veteres editiones, nec Wellauerus II. Vossio duce in Curis Aeschyleis p. 22. genitivum *τυφῶ* cum *χειμῶνι* debebat consociare, qui pertinet ad *ζάλῃ*.

635. Libri *ποιμένος κακοῦ στρόβῳ*. Schützius quum *ποιμένος κακῷ στρόβῳ* coniecisset, qua coniectura melior est Aurati *ποιμένων κακῷ στρόβῳ*, revocavit postea antiquam scripturam auctore Heinrichio

in Observationibus in veteres auctores p. 33. ut *ποιμένος κακοῦ* per appositionem ad *τυφῶ* referretur; id quod suaserat Heinrichius, quoniam in Suppl. v. 737. procellae *ναῶν ποιμένες* dicerentur. At Supplicum versum negligentius inspexit, in quo de gubernatoribus navium sermo est. Aptius afferretur, quod apud Lycophronem v. 1018. duo antiquissimi codices praebent, *βαρεῖ πρηστῆρι ποιμαίνων ἅλα.* Sed ibi cum ceteris libris recte videtur Bachmannus *κυμαίνων* edidisse. Assensi sunt Schützio Blomfieldius et Wellauerus, quibus contradixit Boissonadus. Sensisse eum credo tolli appositionem substantivo ad nomen appositum adiecto. Nam perdurum esset *τυφῶ στρόβῳ* iungi. Sed de gubernatoribus non est cogitandum, quorum in tanta tempestate si culpa commemoraretur, minueretur magnitudo et atrocitas periculi. Omnino hic procella *ποιμὴν* appellatur: sed qui id viderunt, non perspexerunt qua conditione appositioni locus esset. Scribendum erat *κακοστρόβου.* Nec librorum scriptura aliud quam hoc ipsum esse videtur: natam enim puto librariorum errore, quum ad *κακοστρόβῳ* veram scripturam *ον* superscriptam videntes, uti ea nesciverunt.

637. Scriptor de barbarismo, quem Valckenarius cum Ammonio edidit, p. 197. hunc versum ut exemplum *ἀκυρολογίας* affert. Scriptum ibi erat *Αἴγεον.* Hemsterhusius ad Luciani Nigrinum c. 16. p. 55. mortuorum cruore rubens mare vel spumans dici putabat: cum qua interpretatione conferri potest Bergleri adnotatio ad Alciphr. I. 1. Nihil tam artificiosis commentis indigemus. Florere dicitur quod abundat aliqua re. In hymno Homerico in Apoll. v. 135. 139.

χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
ἤνθησ', ὡς ὅτε τε ῥίον οὔρεος ἀνθέον ὕλῃ.

Legitur ibi *ἄνθεσιν ὕλης*, quod Lobeckius quum ad Phryn. v. 283. seq. *ἄνθεεν ὕλῃ* scribi iussit, tantum non penitus persanavit. Vide eundem ad Aiacem p. 332.

638. Libri *ναυτικῶν τ' ἐρειπίων*, nisi quod Flor. Farn. *ἐριπίων.* Genitivos hos cum verbo *ἀνθοῦν* constructos esse putarunt Matthiae in Misc. philol. vol. II. p. 6. et Lobeckius ad Ai. p. 332. Ferri id posset, nisi praegressum esset *ἀνδρῶν Ἀχαιῶν*, quod postulat ut alteri quoque genitivi ad *νεκροῖς* referantur. Quare verum est quod ante Schützium Aurato in mentem venerat, *ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις.*

639. Auratus et Casaubonus *νεώς τ'.* Alii *νεῶν τ'.* Quod ad sententiam attinet, recte fortasse Schützius *ἀκήρατον* cum *ναῦν* coniunxit, intellecto *κατά*, quam ellipsin illo tempore nemo suspectam habebat. Etiam Lobeckius in Paralip. p. 263. *ἀκήρατον* ad *ναῦν* refert. Quamquam res eodem redit, si ad *ναῦν* apposita sunt *ἀκήρατον σκάφος*, ut dicat *nos navemque, illaesum alveum.* Vtrovis enim modo significat alveum navis integrum servatum esse, etsi malo, antennis, remis confractis.

640. *ἠξῃτήσατο* Flor. *ἠ 'ξιτήσατο* Farn. Vict. Schützius *ἠ 'ξηγήσατο.* Cui quae Blomfieldius obiicit, verbum illud a tragicis hoc signi-

ficatu non usurpari, praetereaque ea emendatione sententiam debilitari atque enervari, quod nulla sit oppositio inter duo verba, quae insit vulgatis: *aliquis deus (fatis) nos suffuratus est vel impetrando servavit:* in iis non multum veri est. *Ἐξηγήσατο est ducem se praebuit.* Et ita Sophocles Oed. Col. v. 1520.

χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι
ἄθικτος ἡγητῆρος.

Et v. 1587.

ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἶρπε, καὶ σύ που παρὼν
ἔξοισθ', ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,
ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.

Nam ex *ἡμᾶς* et *ναῦν* apud Aeschylum dativos ad hoc verbum repetendos esse non est quod moneam. Deinde opponi sane sibi potuerunt *ἐξέκλεψεν* et *ἐξηγήσατο.* Nam aut subducere deus navem ex procella potuit miraculo aliquo, ut Paridem Venus Il. III. 380. *τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη, ῥεῖα μάλ', ὥςτε θεός*, et Hectorem Apollo, quod iisdem verbis dictum XX. 443. idemque similiter Agenorem XXI. 597. aut potuit sine miraculo adiuvare navem gubernantes, ut vincere undarum ventorumque impetum contingeret. Contra quid est *impetrando servare?* A fatis scilicet. At haec Blomfieldius intulit, non memoravit Aeschylus. Wellaueri interpretatio, *deus aliquis aut dolo aut precibus effecit ut servaremur*, paene ridicula est. Quem enim precetur deus maiorem deo? Sic quoque ad fatum nusquam memoratum reiceremur, idque exoratum, quamvis natura sua inexorabile sit: aliter enim ne esset quidem fatum. Et cur tandem addidisset Aeschylus *οἰακὸς θιγών*, in quae verba interpretes isti ne oculos quidem coniecisse videntur? Sed Schützii tamen illud *ἢ 'ξηγήσατο* hoc habet incommodi, quod *ἐξ* aliter in *ἐξηγήσατο* quam in *ἐξέκλεψεν* dictum est. Itaque recte mihi videor scripsisse *ἢ 'ξῃρήσατο.* V. Lob. ad Phryn. p. 718. Id verbum recte in *ἡγήσατο* mutatum est in Demosthenis or. fun. §. 31. p. 1399, 2. Sed firmum stare videtur in Aristophanis Thesm. v. 760.

τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδα σοῦ 'ξῃρήσατο;

Quod si forma ista vulgaris sermonis fuit, optime convenit praeconi. Iustissima autem sic est verborum apud Aeschylum oppositio.

642. Quod libri habent, *ναῦν θέλουσ'*, in eo nihil est quod magnopere reprehendatur, tuitusque est Abreschius. Canteri tamen coniectura, *ναῦν στελοῦσ'*, a Porsono recepta est. Recte intellexit Blomfieldius requiri praesens: quare *ναυστολοῦσ'* edidit, quae Casauboni coniectura est, valde illa quidem probabilis.

643. Butlerus coniecit *ἀνόρμους.* Heathius, miro modo *ἐν ὅρμῳ κύματος* iungens, navium in ancoris stationem intellexit. At ea aperte ab *ὅρμῳ* distinguitur in Suppl. v. 734.

οὗτοι ταχεῖα ναυτικοῦ στρατοῦ στολή,
οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτήρια

ἐς γῆν ἐνεγκεῖν· κοὐδ᾽ ἐν ἀγκυροῦχίαις
θαρσοῦσι ναῶν ποιμένες παραυτίκα.

Hoc dicit poeta, *ut neque in portu fluctibus iactaretur navis, quo impediretur exscensio in terram, retroque in mare navis reiiceretur, neque in saxa et scopulos illideretur.*

649. Inutilis Valckenarii coniectura est *ἀμπνέων*.

651. Libri *ἡμεῖς τ᾽ ἐκείνους ταῦτ᾽ ἔχειν δοξάζομεν*, recte. Schützius *ἡμεῖς δ᾽ ἐκείνους ταῦτ᾽ ἔχειν δοξάζομεν*, et *ταῦτ᾽* ex Stanleii coniectura etiam Blomfieldius.

652. Aurati coniecturam, *δ᾽ ἄρ᾽ οὖν*, quam suffuratus est Stanleius, recepit Blomfieldius. Male. Non, ut Wellauerus putat, cur fausta cupienda et exspectanda sint, caussa additur, sed potius, quoniam praeco, quum optat, sperare se indicat, addit cur speret.

654. Aurati coniecturam, *εἴ γ᾽ οὖν*, suam fecit Stanleius. Recepit eam Boissonadus, sublata in fine praecedentis versus plena distinctione, et plene interpungens post *ἐξαναλῶσαι γένος*, quo tollitur concinnitas. Vossius *εἰ γοῦν*, non male. Blomfieldius *εἰ γάρ*. Nihil mutandum est. *Εἰ δ᾽ οὖν* est *si igitur*. *τίς ἀκτὶς* Flor.

655. Libri *καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα*. Toupius Emend. III. p. 557. ex eo quod apud Hesychium legitur, *χλωρόν τε καὶ βλέποντα* (male scriptum *βλέπον*), *ἀντὶ τοῦ ζῶντα*, scribendum censuit *χλωρόν τε καὶ βλέποντα*, mea quidem sententia verissime. Sed Blomfieldio ridiculum videtur *χλωρόν*, *iuvenem*. Quid vero, ut ridicule interpretaretur, eum impulit? *Valentem* intelligi poeta voluit.

657. *τίς αὐτὸν* Flor.

658. *κλύων* Flor. ut Vict. sed ab eadem manu *ειν* supra scripto. *κλύειν* Farn. cum glossa *ἀκούειν*.

659. Si recte legitur *ὠνόμαζεν*, intelligendum putem ita ut sit *coepit nominare*. Sed dubitari potest an *ὠνόμαξεν* scripserit Aeschylus. V. ad Eur. Iph. Aul. v. 418. 1072. *Σφετεριξάμενοι* dixit Aeschylus Suppl. v. 38. Infra v. 751. verum fortasse est *σεβίζω*, quod Flor. praebet.

661. Libri *προνοίαις*. Emendavit Pauwius. Hoc dicitur, *an aliquis, quem non videmus, fatis destinatorum praescius linguam opportune regens?*

664. Hunc versum non logaoedicum esse, qui sequuntur Anacreontei videntur arguere. Quare, ut concinni sint inter se concordantes numeri, prima syllaba recidenda esse videtur, ut sola per se constet:

⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – –

666. Libri *ἑλένας*. Id Salmasius in Exerc. Plin. p. 78. Dorice pro *ἑλένας* dictum esse putavit. Scholiastae ineptae explicationi, *ὁ ἑλὼν καὶ καθελὼν τὸν τῆς Ἑλένης ἄνδρα Ἀλέξανδρον, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ*, Scaliger haec adscripsit, "si Agamemnon est *ἕλανδρος τῆς Ἑλένης*, non tamen propterea *Ἑλένη* dicta fuerit *ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν*." Schnei-

dewinus ad Ibycum p. 146. Ἑλενᾶς. Quod graviter vituperat Lobeckius Paralip. p. 228. defendens ἑλένας, sed ut non satisfaciat. Recte ἑλένας Blomfieldius et Elmsleius ad Bacch. v. 508. ubi aliquot similia ex tragicis exempla congessit. Ceterum et numerorum concinnitas, et quae in recitando tribuenda singulis verbis vis est, monstrat non posse hunc cum sequente versu in unum coniungi numerum, sed in ἐλέπτολις ultimam syllabam ancipitis lege pro longa esse.

667. Ad ἀβροτίμων in Farn. adscripta est interpretatio τῶν λίαν τιμώων. Salmasius in Exerc. Plin. p. 78. scripsit ἀβροπήρων, quod Porsonus et Blomfieldius receperunt. Vsus est hac voce Lycophron v. 863. quem ab Aeschylo eam sumpsisse Blomfieldius coniicit ex eo quod paullo ante ad v. 855. a Tzetza dictum est γίνωσκε, ὦ Λυκόφρων, ὅτι τινὰς μὲν λέξεις ἀπ' Αἰσχύλου κλέπτεις. At id ad εὐμαρίδας spectat. Interpretem codicis Farnesiani aliquis ἁδροτίμων legisse suspicetur. Ego quidem etsi aptissimum esse ἀβροπήρων fateor, tamen audacius compositam vocem eo minus spreverim, quod simili ἀβρόπλοκτος Euripides usus est in Iph. Taur. v. 1147.

668. Quid προκαλύμματα sint declaratur Pollucis verbis III. 37. τὸ δὲ παρὰ τῇ εὐνῇ παραπέτασμα παστός. Scriptum ἔπλευσεν in libris est.

669. Bene Wakefieldius in Silva crit. I. p. 41. huc rettulit Hesychii adnotationem γίγαντος, μεγάλου, ἰσχυροῦ, ὑπεροφυοῦς.

671. 672. Libri πλάταν ἄφαντον κελσάντων. Ad πλάταν in Farn. adscriptum τὴν κώπην. Canterus πλάτας coniecit, Heathius πλατᾶν. Et potuit profecto ἴχνος πλατᾶν ἄφαντον coniungi, quum πλάται numero plurali etiam unam navem interdum significent, ut in Iph. Taur. v. 1140. 1358. Deinde κέλσαντες Blomfieldio teste Auratus, quem Spanhemius ἔκελσαν τὰς coniecisse scribit, et Musgravius. Recepit hoc Porsonus: sed quum ita interpunxerit, κυναγοὶ κατ' ἴχνος, πλάταν ἄφαντον κέλσαντες Σιμόεντος ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλους, pervertit sententiam. Non enim persequentium, sed eorum quos persequebantur navis ἄφαντος erat dicenda. Id animadvertens, ut videtur, Blomfieldius, in ceteris sequens Porsonum, κατ' ἴχνος πλατᾶν ἄφαντον scripsit. Nihil mutandum esse vidit Wellauerus. Paris enim et Helena sunt de quibus dictum est κελσάντων πλάταν ἄφαντον ἐπ' ἀκτὰς Σιμόεντος, quorum κατ' ἴχνος sunt (nam omissum est εἰσί) illi qui eos persequuntur armati. ἀκτᾶς Flor.

673. Mirum est quod Porsonus et servavit ἐπ' ἀξιφύλλους, quod in Flor. Vict. est, et ne dubitationis quidem notam apposuit. In Farn. paullo emendatius scriptum, Elmsleio teste, εἰς ἀεξιφύλλους, et additum συνίζησις. Sed εἰς pro ἐπ' esse scriptum non adnotavit Bekkerus.

676. τελεσσίφρων, ut Arnaldus scribendum vidit, Farn. τελεσίφρων Flor. Vict.

677. 678. ἔλασε τραπέζας ἀτίμως, ἵν' ὑστέρῳ χρόνῳ Flor.

Vict. ἤλασε τραπέζας ἀτίμως ὑστέρῳ χρόνῳ, adiectis glossis ἐπέφερε et ἕνεκα, Farn. ἤλασεν Porsonus. Cantero ἀτίμωσιν debetur.

681. Quod libri habent, τίοντας, quum visum esset *honorantes* significare, non mirum est de scriptura dubitatum esse. Male vero Blomfieldius τίοντος, Schützii coniecturam, recepit, id ut esset *punientis*. Id Graece diceretur τιμένον. Intelligendum est *luentes*. Hoc autem vereor ne Aeschylus non dixerit insolenter τίοντας, sed τίνοντας. Adverbium ἐκφάτως Blomfieldio idem quod ἀφάτως esse videbatur. Invenitur ἔκφατος apud Maximum v. 451. ἢ διχόμηνον ἄγοι σέλας ἔκφατον. Sed non ut ἐκνόμως atque alia huic similia ἐκφάτως dici potuit. Magis crediderim *supra modum dicendum* significare, sicut in malam partem ἐκτόλμως dictum est a Manethone III. 331.

682. ἐπέπρεπεν, cum glossa ἥρμοζεν, Farn. ἐπερρεπ̄ Flor. Recte ἐπέρρεπεν Vict. Hoc verbo supra v. 236. activo, hic neutrali poeta usus est. Nescio autem an scribendum sit ὑμέναιον οἷς τότ' ἐπέρρεπεν γαμβροῖσιν ἀείδειν, *luentes laudem nuptialem, quibus tum hoc incubuit ut hymenaeum sponsis canerent.*

685. Auratus γεραιοῦ. Apte Stanleius comparavit Horatii Carm. I. 15, 18. *et regnum Priami vetus.*

688. Libri παμπρόσθη πολύθρηνον. Posteriorem vocem Schützius aliquando censuit in πολύδακρυν mutandam esse, quoniam apud Hesychium scriptum est πολύδακρυ, πολύθρηνον. Ad priorem emendandam quae allata sunt, ut inepta et aperte falsa omittam, sensum certe praebent παμπενθῆ Aurati et παμπήδην Schützii. In Opusc. IV. p. 337. hanc protuli emendationem, κικλήσκουσα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον πάμπροσθ', ἢ πολύθρηνον αἰῶνα. Melior tamen est et, ut puto, vera Seidleri emendatio, κικλήσκουσα Πάριν τὸν αἰνόλεκτρον, παμπορθῆ πολύθρηνον αἰῶνα.

689. 690. Libri αἰῶν' ἀμφὶ πολίταν. Genitivum πολιτᾶν Auratus, Scaliger, alii restituerunt. Deinde μέλεον Flor. ex correctione pro ante scripto μέλαιον. Meam emendationem Humboldtus expressit, αἰῶνα, φίλον πολιτᾶν μέλεον αἷμ' ἀνατλᾶσα. Non norat ἀμφί scholiastes, qui haec adscripsit, αἰῶνα πολύθρηνον καὶ μέλεον αἷμα ἀνατλᾶσα.

693. οὗτος ἀνὴρ Flor. Vict. sed in Flor. ad ultimam οὗτος vocabuli syllabam ως supra adscriptum est, habetque οὕτως Farn. Id Auratus coniectura assecutus erat. Non est illa tamen, ut ex metro cognoscitur, vera scriptura, sed ὧδ'. Id et sic et ὅδ' esse videtur scriptum, ut alii οὗτος, alii οὕτως interpretandi caussa apponerent.

697. Libri ἔσχ'. In Farn. glossae adscriptae πρόςεσχε, πρόςῆλθε. Casauboni Pearsonique coniecturam ἔσκ' a Blomfieldio, Wellauero, Scholefieldio receptam videas quod ea forma in Persis v. 658. inveniatur. At nec veri simile est hic tam exili forma dicendi usum esse poetam, et quid tandem reprehendat quis in librorum scriptura, quum ἔχειν neutrali significatu non raro dicatur? Supra v. 176.

Ἀχαϊκὸς λεώς, Χαλκίδος πέραν ἔχων παλιρρόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις.

698. *νεοτρόφον* Flor.

702. *τοκήων* Flor. Vict. *τοκέων* recte Farn.

703. *χάριν γὰρ τροφᾶς* Flor. Vict. *χάριν γὰρ τροφεῦσιν* Farn. quod receperunt Blomfieldius et Scholefieldius, quia, si v. 693. *οὕτως* legitur, metra exaequantur. Corrupit hunc locum Wellauerus, quum *ἔθος τὸ πρόσθε τοκήων* scripsit, quod ipsi sensus poscere est visus. Altero in versu ex Pearsoni Heathiique sententia *χάριν τροφᾶς γὰρ* posuit. Hoc ego quoque probandum censui, qui *τροφεῦσιν* Triclinii coniecturam esse credam, numeros quidem eosdem praebentem quos servatum in stropha *οὕτως* habet, sed eos, si quid video, non satis concinnos.

704. *ἄταισιν* Farn. Vict. *ἄταις* Flor. In Farn. adscripta interpretatio *ἤγουν πολέμοις*. Fuerunt qui *ἄγραισιν* aut *σὺν ἄταις* scribendum esse putarent. Quod ego in El. doctr. metr. p. 326. proposueram, *ἄγαισιν*, receperunt Blomfieldius aliique, sed non explicuerunt. Patet autem non esse dictam eam vocem ut v. 126. ubi invidiam atque indignationem significat, sed eandem vim habere atque *ἄγος*. Proprie enim stuporem significat admiratione ortum, quae quum rei malae atque infandae magnitudine excitatur, coniuncta est cum indignatione atque aversione animi. Inde *ἄγη* etiam de ipsa re, quae eos sensus excitat, dictum esse videri potest. Sic in Choeph. v. 820. *ἔνδοθεν φοινίαν ἄγαν τιθείς*, nam ibi quoque male legitur *ἄταν*. Sed fateor id et mirum videri nec satis aptum huic loco. Quare non dubito quin ab *ἅγη* diversum fuerit *ἄγη*, factum ab *ἅζω*, quod significaret *consecrationem, sacrificium*. Nam *ἅζεσθαι* est *sibi sacrum reddere*, ut, si *ἅζειν* activum umquam in usu fuit, id *consecrare alii aliquid* esse debuerit. Conspirat autem *ἁγνός*, quod *consecratum* proprie significavit. Simul ex hac duarum vocum confusione explicari potest interpretationis apud grammaticos fluctuatio.

707. *ἄμαχον δ' ἄλγος* Flor. Vict. Particulam, quam Pauwius vidit delendam esse, omittit Farn.

710. Libri *προσετράφη*. Heathius *προζετρέφθη*, qui videtur scribere voluisse *προζεθρέφθη*, quod reposuit Porsonus.

711. *πάραυτα δ' ἐλθεῖν* Flor. *παραυτὰ δ' οὖν ἐλθεῖν* Farn. Vict. Et *οὖν* quidem atque in antistrophico versu *τοῖς* iam ante cognitam Flor. codicis scripturam a me deleta erant. In *πάραυτα* hunc accentum tenui, quo hodie quoque Graecos uti testatus est Coraes in dissertatione Prodromo bibliothecae Graecae praemissa p. 50. Hesychius *πάραυτα, παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα*. Vitiosam eam prosodiam putabat Dorvillius ad Char. p. 311 (388).

713. Libri *ἀκασκαῖον ἄγαλμα*. Post *ἄγαλμα* distinctionem addidit Stanleius. Porsonus *ἀκασκαῖον δ'* edidit: quem omnes secuti sunt. Porsonus enim si praesul soloecismum facit, quis non redamtruet olli? *Δέ* non habet locum nisi aut verbo vel novo addito vel repetito priore.

aut rebus quae per *μέν* et *δέ* distinguuntur sibi oppositis, ut paullo post v. 730. de quo genere dixit Boeckhius ad Pindari Pyth. XI. 1. Itaque in Aiace v. 624. scribendum est

ἦ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ
λευκῷ τε γήραι μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα
φρενομόρως ἀκούσῃ,

quamvis libri omnes *δέ* habeant. Eodem modo Aeschyli versus corrigendus erat. Illud *μὲν — τε* vel *μὲν — καί* frequens est apud Pindarum. *Ἄκασκαῖον* explicandum ex Hesychio, *ἄκασκα, ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως.* Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 371, 1. *ἄκασκα, ἥσυχα, βραδέα* (legitur *φαρδέα*). *Κρατῖνος Νόμοις.*

ἢ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι, σκήπτροισιν ἄκασκα προβιβῶντες. Eustathius p. 668, 28. *τὸ δὲ ἀκήν, περὶ οὗ ἀλλαχοῦ εἴρηται, εὕρηται λεγόμενον καὶ ἀκασκᾶ. Λῦκος δὲ Διονύσιος καὶ χρῆσιν παράγει Κρατίνου ταύτην "σκηπτροῖσιν ἀκασκᾶ προβιβῶντα."*

716. *παρακλίνουσ'* Farn. Vict. Coli signo post hanc vocem interpungunt Vict. Cant. Auratus *παρακινοῦσ' ἐπέκραγεν*, si recte notavit Spanhemius. Certe viderat Auratus verbum hoc cum sequentibus coniungendum esse, quod monuerunt deinde etiam alii, non illi tamen rem apertissimam persuadentes Porsono Blomfieldioque. In Flor. scriptum est *παρακλίναο'*, idque propter codicis auctoritatem praetuli. Dictum id est neutraliter, *declinans*, i. e. a pristina via decedens.

717—721. *πικρὰς* Farn. Vict. *πικροῦ*, sed *ᾶς* supra scripto, Flor. Idem liber *τελευτᾶς*, sed circumflexo in gravem mutato. Obscuram atque ambiguam reddiderunt horum versuum interpretationem qui sic interpunxerunt, *γάμον πικρὰς τελευτάς, δύσεδρος καὶ δυσόμιλος, συμένα Πριαμίδαισι, πομπᾷ Διὸς ξενίου, νυμφοκλαυτὸς Ἐρινύς.* In Vict. Cant. nulla post *τελευτὰς* et *δυσόμιλος* interpunctio est. Haec posterior si omittitur, Helena dicitur *δύσεδρος καὶ δυσόμιλος συμένα Πριαμίδαισι*, postremis autem verbis significatur eam Iovis missu pro Furia esse. Rectius videtur virgula interpungi post *τελευτάς*, cetera autem omnia sine interpunctione continuari, Helena ut dicatur tamquam Furia *δύσεδρος καὶ δυσόμιλος* ab Iove missa Priamidis venisse. Ipsumque eo ducit *συμένα*, verbum convenientissimum Furiae, quas magnis et rapidis gressibus ruere constat.

719. *πριαμίδαισιν* Bekkero teste Farn. *πριαμίδαισι* Flor. Vict.

721. *ἐρινύς* Flor. *ἐριννύς* Farn. Vict.

722. *ἐν βροτοῖς* Flor. *ἐν τοῖς βροτοῖς* Farn. Vict. Patet Triclinium voluisse trimetrum facere.

726. Libri *ὀϊζύν*. Correxit Pauwius.

728. Libri *τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον*. Emendarunt Pauwius et Heathius.

729. *μετὰ* libri. Male Auratus *τέκνα* coniiciebat. Satius erat per anastrophen indicare *μέτα* esse *post*.

731. Recte libri γάρ. Malam Aurati aliorumque coniecturam δ' ἄρ' Porsonus aliique receperunt, non animum adverentes ad usum eum quo γάρ in sententia parenthetice inserta dicitur: *nam illud quidem non dubium est, iustae domus prosperam sortem esse.* Ac δ' ἄρ' ne potuit quidem dici.

736. 737. τότ' ἦ τόθ' ὅταν τὸ κύριον μόλῃ νεαρὰ φάος. κότον Flor. Farn. et omissa post φάος interpunctione Vict. Improbabilia multa de his versibus prolata sunt, neque nunc probo quae ipse olim proposui. Κότον explicatio esse videtur, adscripta ad δαίμονα τὸν ἄμαχον. Aeschylum autem scripsisse puto

τότ' ἦ τότ', ἔστ' ἂν ἐπὶ τὸ κύριον μόλῃ
νέα ῥαφά.

738—740. δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας εἰδομέναν τοκεῦσιν Vict. Sic etiam Flor. nisi quod μελάθροις et τοκεῦσι habet. In Farn. μελάθροισιν et τοκεῦσιν scriptum est, omissum autem ἄμαχον, quod Triclinius expulit, atque ad ἀπόλεμον adscripta glossa τὸν ἄμαχον, ἀντὶ μιᾶς. Scribendum esse δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον, dixi in adnotationibus ad Humboldti interpretationem. Quod additur θράσος Ἄτας idem est quod θρασεῖα Ἄτη, neque opus est ut εἰδομέναν cum Casaubono et Heathio in εἰδομένας mutetur, neque ut cum Aurato μέλαναν ἄταν scribatur.

742. δώμασιν Farn. δώμασι Flor. Vict.

744. τὰ χρυσόπαστα δ' ἐσθλὰ Flor. Vict. τὰ χρυσόπαστ' ἐσθλὰ Farn. Praeclare Auratus τὰ χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα, quod suum fecit Stanleius. Recepit Schützius, non etiam alii, quamquam evidentissime verum. Vsus ea voce Callimachus h. Apoll. v. 71. qui ibidem v. 61. et in hymno Deli v. 228. ἐδέθλιον dixit.

745. παλιντρόποις, quod Flor. Vict. habent, Elmsleius etiam ex Farn. attulit, Bekkerus autem παλίντροπ', eumque verum vidisse puto. Volebat enim Triclinius haec verba, παλίντροπ' ὄμμασι, respondere illis, νεαρὰ φάος κότον. Non potest autem dubitari quin verum sit παλιντρόποις.

746. Libri προσέβα τοῦ. Articulus iste huc ex sequente versu venisse videtur, quum supra scriptus esset ad πλούτου. Pro προσέβα in adnotationibus ad Humboldti interpretationem scribendum esse coniecci προσέβαλε, quo verbo attendendi reputandique significatu usus est Sophocles in Trach. v. 580. χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα. προσβαλοῦσ' ὅσα ζῶν κεῖνος εἶπε, et iterum v. 844. τὰ μὲν οὖτι προσέβαλε. Sed et artificiosius quaesitum et non satis aptum huic loco, qui simplicius ideoque gravius verbum desiderat, προσβάλλειν est. Scribendum potius erat προσέμολε.

748. Libri πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ. Duplicem Stanleius explicationem proposuit, *omnia dirigit ad finem*, et *omnium rerum exitum dirigit et disponit.* Prior interpretatio vel propter ambiguitatem admitti non

potest, dicique hoc sensu debuit *πάντα*. Altera non congruit cum verbis, nisi voluit *omnem* exitum intelligi. Nec placet tmesis. Aperte *πᾶν τέρμα* coniungendum, *ἔπι* autem, quod sine nomine positum retractionem accentus requirit, dictum est ita ut referatur ad utrosque qui ante sunt commemorati. Nam quum chorus, a communi opinione dissentiens, recte factis prospera, male factis funesta gigni ostendat, Iustitiam, quae humilis casae probitati faveat, opulentae autem domus impuras manus aversetur, omnem attribuere ait exitum, i. e. bonum et malum, ut quisque sit meritus. Haec omnia etsi chorus cogitatione malorum, quibus Troiani raptum Helenae luerunt, commotus dicit, tamen simul referuntur ad metum, quo ab ipso in orchestram accessu plenum se esse prodit, ne Iphigeniae immolatio alicuius tristis eventus caussa exsistat. Hinc intelligitur cur sic, ut mox facit, Agamemnonem alloquatur.

749. Libri *πολίπορθ'*. Recte Blomfieldius formam Homeri usu stabilitam posuit.

751. *σεβίζω* Farn. Vict. Doricam formam *σεβίξω* Flor. habet, nescio an recte. Vsitatior certe est in deliberatione de eo quod agendum sit aoristi coniunctivus. Quamquam aliquando etiam praesenti utuntur, *τί δρῶ; τί δρῶμεν; τί λέγω;* et similia dicentes.

753. *τὸ δοκεῖν εἶναι* significare *esse videri* monui ad Vigerum adn. 20. Philemo apud Stobaeum IX. 22.

ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,
εἶναι δίκαιος κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

754. *παραβάντες* Flor. Vict. *παραβαίνοντες* Farn. Triclinius enim male saeviit in huius carminis paroemiacos.

755. Hunc et quattuor sequentes versus affert Stobaeus CXII. 12. apud quem, ut in Aeschyli libris, *τῷ δυςπραγοῦντι δ'* est scriptum. At id, quoniam quae sequuntur explicandis per duo opposita praegressis inserviunt, *τῷ δυςπραγοῦντί τ'* erat scribendum. Sic infra v. 803.

756. *δεῖγμα* Flor. Vict. *δῆγμα* Farn. ut apud Stobaeum legitur, quod Stephano probatum primus recepit Canterus. In codicibus Stobaei A. B. nihil amplius scriptum legitur quam *τῷ δυσπραγοῦντι δ' ἐπιστεναχεῖν πᾶς τις ἕτοιμος*, omissis reliquis.

757. Farn. ex Triclinii iudicio *προσεφικνεῖται*.

758. *καὶ ξυγχαίρουσιν* Flor. Farn. Vict. Apud Stobaeum *καὶ νυκτὶ δὲ χαίρουσιν*. Id ego quum deleto *καὶ* probassem, Blomfieldius ea correctione locum penitus enervari pronuntiavit: nam manifesto coniungi homines qui ridentibus adrideant et flentibus adfleant, qui parati sint *τῷ δυςπραγοῦντι ἐπιστενάχειν καὶ τῷ χαίροντι ξυγχαίρειν*. De sententia loci recte iudicavit: verum non debebat eam enervari illa lectione dicere, auget enim priorem partem sententiae, sed privari altera parte, nisi quis eam excidisse statueret. Id vero facere debebam. Moverat enim me et scriptura Stobaei, et quod *ἀγέλαστα πρόςωπα βιάζεσθαι* potius *fingere vultum ad ostendendam coactam tristitiam*, quam *tristem*

vultum cogere ut laetus appareat significare videretur. *Νυκτὶ ὁμοιοπρεπεῖς* autem defendi poterat Homerico *νυκτὶ ἐοικώς*. Aliud vero, quod maxime debebat, non reprehendit Blomfieldius. Nam si *νυκτὶ δὲ χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς* legitur, verbum principale *χαίρουσιν* positu suo male obscuratur, quod isto si loco poneretur, praecedere debebat *ἔνδον* vel *κρύβδα*, quod probe sentiens Humboldtus vertit quasi ita scriptum esset. Ob eam caussam repudiavi ego quidem iam dudum istam coniecturam rediique ad Aeschyli librorum lectionem, sed aliter quam Blomfieldius. Primo ipsa loci ratio ostendit, omnium maxime necessarium esse, ut memorentur qui gaudere se aliorum rebus bene gestis simulant. Nam rege et sospite et victore reverso gaudere quum Clytaemnestram, tum chorum par erat, qui quod non tanta quanta exspectari poterat laetitia exsultat, hac excusatione utitur: idque sic facit ut simul, quoniam non vacuus metu est propter reginam, quam et scit et modo vidit non sincero animo laetari, moneat regem ne fidat simulato gaudio. Quae autem dicit de simulatione, ea apertum est male nexa esse cum praegressis, si legitur *τῷ δυςπραγοῦντί δ' ἐπιστενάχειν πᾶς τις ἕτοιμος*. Nam quod aiunt *δέ* pro *γάρ* poni, quum per se vanum sit, tum falsum esse apparet ex diverso genere probandi. Nam *γάρ* simpliciter rationem reddit, *δέ* autem vel repetenda eadem re vel nova addenda modo graviter asseverat, modo leviter comprobat, non etiam explicat et dividit praegressa. Ex quo patet hic *τῷ δυςπραγοῦντί τε* dicendum fuisse, tantoque magis, quod ei respondet mox *καί*. Deinde etsi quem hiatum facit *βιαζόμενοι* defendi fortasse possit propter aliquam pausam in dicendo factam, tamen non esse ab Aeschylo admissum dubitari non potest. Amat Aeschylus brevia anapaestorum systemata, et quum etiam saepius quam necesse sit utatur paroemiaco, quis sibi persuadeat adhibitum esse in media sententia,

οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προςικνεῖται,

non esse autem adhibitum, ubi maxime debebat, in fine totius sententiae? Quin egregie confirmat omissi paroemiaci suspicionem universa descriptio carminis huius anapaestici, quae non temere ut casus ferebat, sed quadam ratione proodica facta esse videtur, ut primum systema, quod est versuum sex, duo sibi respondentia trium versuum systemata exciperent, quarto systemati autem, quod quattuor versuum est, duo subiicerentur systematum paria, utrumque ex duobus systematis constans duum et trium versuum cum dimidiato, hac forma, 6. 3. 3. 4. 2. 3½. 2. 3½. Quam ob caussam in carminis fine dimidiati istius versus omissionem, etsi ad sententiam nihil deest, notandam signis putavi. Quod si deest aliquid post *βιαζόμενοι*, illud incertum manet, utrum *ξυγχαίρουσιν* participium sit constructum cum *ὁμοιοπρεπεῖς*, an sit verbum, *ὁμοιοπρεπεῖς* autem dictum pro *ὁμοίως*, i. e. *pari, ut qui dolere se cum dolentibus videri volunt, simulatione,* quae Elberlingii sententia est. Si tertiae personae est *ξυγχαίρουσιν*, suspicari licet excidisse *δυςαρεσκόμενοι*

γελάσαντι. Certe δυςαρεσκόμενοι apud Hesychium, et fortasse etiam δυςαρεσκομένην, non minus Aeschylea esse credam quam δυςτετίμηται in Septem c. Thebas v. 1031.

759. Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 336, 29. ἀγέλας πόνον Εὐριπίδης εἶπεν, ἀνδρῶν δὲ ἀγέλας Πλάτων. ἀγέλαστα δὲ πρόςωπα Αἰσχύλος. Postrema verba ex alio articulo irrepsisse coniicias: sed videtur grammaticus legisse ἀγέλας τὰ πρόςωπα, uti scriptum est in Stobaei editione Trincavelliana, τὰ πρόςωπα τῆς ἀγέλης dixisse Aeschylum ratus, quod ille mox memorat προβατογνώμονα.

760. De omisso versu paroemiaco v. ad v. 758.

761. πρωβατογνώμων Flor. Etym. M. p. 236, 49. γνώμων, ὁ ὁδοὺς τῶν ἀλόγων ζώων. ἔνθεν καὶ προβατογνώμων εἴρηται, ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον διαγιγνώσκεσθαι. Mire scholiastes ἤγουν ἁπλοῦς καὶ ἄκακος τὴν γνώμην.

764. Ὑδαρεῖ φιλότητι Schützius de benevolentia humore ex oculis stillante prodita dictum putabat, non ille quidem recte, sed tamen ut, qui aliter senserunt, ostendere debuerint, quomodo ὑδαρὴς φιλότης hic ita dici potuerit de parum sincera amicitia, ut verbi usus postulat, a P. Victorio Var. Lect. I. 13. Aristotelis verbis in Polit. II. 8. (4. p. 27, 19. Bekk.) confirmatus, ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι διὰ κοινωνίαν τὴν τοιαύτην. Exspectes enim propter τὰ δοκοῦντα εὔφρονος ἐκ διανοίας contrarium, oculos, qui videantur sinceram prodere amicitiam, quae tamen non sit talis, aut omissis δοκοῦντα εὔφρονος ἐκ διανοίας simpliciter τὰ ὑδαρεῖ σαίνοντα φιλότητι. Quare sic statuendum est, in recitando hanc vocem ὑδαρεῖ brevi ante et post pausa facta a ceteris verbis separari, ut non ad δοκοῦντα εὐφρόνως ἐκ διανοίας referatur, sed ipse quid de ea sentiat chorus indicet. Attii memorantur Agamemnonidae, quae fabula, si quid ex nomine divinari licet, vel idem argumentum quod Aeschyli Choephori et Sophoclis Electra habuit, vel totius Aeschyleae trilogiae quaedam epitome fuit. In ea apud Nonium in v. *componere* p. 260. non dissimilis sententia his versibus dicta est,

multi, animus quorum atroci vinctus malitia est,
composita dicta e pectore evolvunt suo,
quae quum componas dicta factis discrepant.

Comparari etiam licet Plautum in Colace apud Frontonem Ep. ad M. Caesarem II. 9.

qui data fide firmata fidentem fefellerint
subdoli subsentatores, regi qui sunt proxumi,
qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animis habent.

Editum est *in animo*.

766. Libri οὐ γὰρ ἐπικεύσω. Vitii signo notavit Porsonus. Musgravius et Butlerus σ' inseruerunt, quos secutus est Wellauerus. Quod Pauwio auctore posuit Blomfieldius, οὐ γὰρ ἐπικρύψω, non scripsisset

Aeschylus; multo minus *οὐ τἆρ' ἐπικεύσω*, quod idem aliquando se coniecisse ait. Hic quoque versus paroemiacus in acatalectum mutatus est. Aeschylum enim non dubito scripsisse *οὐκ ἐπικεύσω*.

767. 768. Elmsleius ad Med. v. 102. sine iusta caussa scribendum censebat *κἄρτ' ἀπόμουσός τ' ἦσθα γεγραμμένος, οὔτ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων*. Peior etiam coniectura Blomfieldii in glossario putantis legendum esse *ἀπομούσων*.

769. 770. *θράσος ἑκούσιον* Flor. Vict. *θάρσος ἑκούσιον* Farn. Deinde Farn. ex inepta Triclinii mutatione *ἀνδράσιν εὖ θνήσκουσι κομίζων*. Canteri coniecturam, *θράσος ἀκούσιον*, Schützius, Porsonus, Blomfieldius, alii receperunt. Sed Blomfieldius vix satis se intelligere ait, quid sit *θνήσκουσι*, quod vertant *ad mortem destinatis*. Non tam in hoc verbo, quam in *κομίζων* caussa est dubitandi. Nam quod crediderunt interpretes, fortitudinem involuntariam allatam viris ab Agamemnone esse dici, id vereor ne non sit Graece dictum, si additam animis illam fortitudinem intelligunt. Aliud enim *κομίζειν* est, quod significat *apportare* vel *adducere* ad aliquem ita ut quod affertur vel adducitur prope illum statuatur, aliud *φέρειν*, quod latius patet atque sic dicitur ut res allata etiam inseri ei ad quem affertur significari possit. Quod si posset hoc sensu dici *κομίζειν*, sententia bona esset, si *θράσος ἀκούσιον* legitur. Recte vero Boissonadus recepit *θάρσος ἑκούσιον*. Hoc ita explicandum est, *vehens* (ad Troiam) *spontaneam audaciam mori volentibus viris*. Id acerbe dictum de mortifera expeditione.

772. *εὔφρων τὶς πόνος εὖ τελέσασιν* Farn. Vict. *τὶς*, quod a Triclinio additum esse apparet, non est in Flor. In *πόνος εὖ τελέσασιν* libri conspirant. Bothii coniecturam, *πόνον*, in quam etiam Auratus inciderat, receptam olim ab Schützio, deinde reiectam, Blomfieldius et Boissonadus admiserunt. Interpretatur Blomfieldius *hodie vero ex alta mente et vere benevolus videris, quum iam laborem feliciter perfecerint*. Pessima vero ista mutatio est, qua dictio poetica in pedestrem eamque non expeditiorem, sed impeditiorem convertitur. Nam sic *εὔφρων* de Agamemnone dictum esset, quod perversum est in novo systemate, si *ἐστί* suppletur, perversiusque, si refertur ad *γεγραμμένος*. Nam et nomen sibi suum et verbum proprium poscit novum systema. Quare intelligendum quidem *ἐστί*, sed servandum etiam *πόνος*. *Εὖ τελέσασιν* autem est *per eos qui perfecerunt*, sive *πόνος* sive *πόνον* legas. Est autem *πόνος εὔφρων acceptus*.

773. Libri *γνώσῃ*.

775. De omisso monometro dictum ad v. 758. Poterat dici *σοῦ ἀφεστῶτος*.

778. *Μεταιτίους* dixit, ut saepe solent, pro simplici *αἰτίους*. Luculentum exstat exemplum in Soph. Trach. v. 1234.

ἤ μοι μητρὶ μὲν θανεῖν μόνῃ
μεταίτιος, σοί τ' αὖθις ὡς ἔχεις ἔχειν.

780. De formula *ἀπὸ γλώσσης* vide Suidam in v. *ἀποστοματίζειν* et Abreschium ad hunc Aeschyli versum. Non de caussidicis cogitandum est, sed de eo quod verbis tantum dicitur, non re est, ut *οὐκ ἀπὸ γλώσσης* sit *non obiter ac negligenter*. Opponitur enim *ἀπὸ γλώσσης* fere ei quod de scripto recitatur.

781. Porsonus quum dubitationis signum ad *ἀνδροθνῆτας* appinxisset, non dubitavit Blomfieldius *ἀνδροκμῆτας* reponere, quod eam vocem amet Aeschylus. Quasi non potuerit alia voce eaque fortiore uti. *Ῥήφους ἔθεντο Ἰλίου φθοράς* pro *ἐψηφίσαντο Ἰλίου φθοράς* dictum esse hodie neminem fugit.

784. Libri *χειρός*. Casaubonus *χεῖλος*. Aliis placuit Pauwianum *χηρός*. Legrandius *χωρίς*. Porsonus vocem suspectam habuit. Merito. Est enim inutilis, sive educturam calculos ex urna manum, ut Schützius, sive immissuram, ut alii, intelligas. Nam quod Blomfieldio in mentem venit, *χειρὸς οὐ πληρουμένῳ* dictum esse ut sit *ὑπὸ χειρὸς οὐ πληρουμένῳ*, certo non inveniet a quo probetur. Eidem tamen non displicebat Bothii coniectura, *προσίει χεῖρας*. Scripsi *χρεῖος*, *indiga*.

785. Diversa sunt *νῦν ἔτι*, quod est *hoc ipso tempore adhuc*, et *ἔτι νῦν*, quod est *etiamnum*.

786. Difficultatem explicationis, quam hic locus habet, plerique ne animadvertisse quidem videntur. Partem eius aliquam perspexit Heathius. Nam *συνθνήσκουσα* requirit aliquid quicum mori favilla dicatur. Is igitur *σὺν τῷ πλούτῳ θνήσκουσαν* intelligebat, ac proinde *προπέμπει* significare volebat *deducit, viae comitem se adiicit*. At vel si *πλούτῳ* legeremus, parum apta haec ratio dicendi esset, nisi praeposita illa voce, *πλούτῳ δὲ συνθνήσκουσα*. Neque vero *προπέμπειν* hic aliud quam *emittere* significat. Quo igitur referemus *συνθνήσκουσα*? Num ad *ἁλοῦσαν πόλιν*? At et perobscure id dictum esset, et obstant quae in medio posita sunt *ἅτις θέελλαι ζῶσι*, tantoque magis, quod hoc verbum *ζῶσι* contrariam notionem continet: quis enim *θυέλλαις ζώσαις συνθνήσκειν τὴν σποδὸν* dicat? An respici putabimus rapiendi atque auferendi notionem, quae fere cum isto nomine *θύελλα* est coniuncta? At hoc quoque tam est obscurum, ut non possit magis esse. Praeterea vero ipsum etiam nomen *θύελλα* hic quidem, ubi de fumante urbe sermo est, non satis aptum videtur. Prorsus alienum est quod Stanleius comparavit Tryphiodori dictum v. 559.

> *πανυχίη δ' ἐχόρευεν ἀνὰ πτόλιν, οἷα θύελλα,*
> *κύμασι παφλάζουσα πολυφλοίσβου πολέμοιο,*
> *αἵματος ἀκρήτοιο μέθης ἐπίκωμος Ἐνυώ.*

Nam is de caedibus et strage loquitur, quam Graeci noctu in urbe capta ediderunt. Apud Aeschylum vero potius *θυηλαί*, quam quas libri habent *θύελλαι*, exspectantur. Sic Sophocles El. v. 1421. *φοινία δὲ χεὶρ στάξει θυηλῆς Ἄρεος*. Itaque scripsi *ἅτις θυηλαὶ ζῶσι*, *sacrificia et victi-*

mae perniciei vivunt: quod quum sit consumi igne omnia, recte potuit *συνθνήσκουσα σποδός* adiungi.

789. 790. Libri *καὶ πάγας ὑπερκότους ἐπραξάμεσθα*, nisi quod *ἐπραξάμεθα* est in edd. Vict. Cant. Etiam scholiastes *καὶ πάγας* legit. Tyrwhittus autem et Orellius ad Isocr. p. 371. coniecerunt *χάρπαγάς*. Hoc si scripsisset Aeschylus, inepte adiecisset epitheton *ὑπερκότους* vel *ὑπερκόπους*. Et Blomfieldius quidem ex Heathii sententia *ὑπερκόπους* edidit, totam vocem *ὑπέρκοτος* ex lingua Graeca expellendam censens: de qua re dictum est ad v. 447. Nobis *iracunda retia* multo et significantius et aptius dici videntur, quam *ὑπέρκοποι πάγαι*, quod ne satis quidem patet quomodo sit intelligendum. Scribendum vero erat *ἐφραξάμεσθα*. Infra v. 1334.

πᾶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις
δοκοῦσιν εἶναι, πημονῆς ἀρκύστατ' ἂν
φράξειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος.

791. Porsonus dubitationis notam ad *Ἀργεῖον* apposuit, qua commotus Blomfieldius *ἄγριον* scribendum esse coniecit. Recte vero hic, ut Graecorum laudetur virtus, *Ἀργεῖον* dicit poeta.

792. *ἀσπιδηστρόφος* Flor. Vict. *ἀσπιδοστρόφος* Farn. recte, quod ad formam vocabuli attinet. Nam *ἀσπιδηστρόφος* iure in dubitationem vocatum a Lobeckio ad Phryn. p. 683. et Blomfieldio, quem v. in glossario ad Sept. c. Th. v. 415. Comparari potest Homeri illud Il. VII. 238. *οὐδ' ἐπὶ δεξιά, οὐδ' ἐπ' ἀριστερὰ κομῆσαι βῶν ἀζαλέην.* Sed multo hic quidem aptius est quod Blomfieldio debetur, *ἀσπιδηφόρος*.

793. *ὀρούσας* Flor. De tempore captae urbis copiose dixit Stanleius. Conf. schol. Euripidis ad Hec. v. 914. (892. Matth.) et quos citavit C. G. Müllerus de cyclo epico p. 113. Magno cum doctrinae apparatu hanc rem disputavit Boeckhius in Corp. Inscr. vol. II. p. 328—330. Hic, quod ea tempestate anni, qua capta putabatur Troia, Vergiliae non occiderint noctu, Aeschylus autem vix aliam anni tempestatem in mente habuerit, audacius eum nocturnum tempus *ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν*, antequam ortae essent matutino Vergiliae, dixisse censet. Haec quidem Aeschyli verborum explicatio manifesto non potest admitti; ut recte dixerit O. Müllerus in Notitiis litt. Gotting. a. 1834. n. 198. 199. nondum satis explicatum esse hunc locum. Credibile est autem Aeschylum eorum aliquem veterum poetarum, qui *Ἴλιον πέρσιν* scripserunt, secutum esse. Fabulam de Electra tetigit scholiastes Arati ad v. 257. et 259.

794. *ὑπερθορὼν* Vict. *ὑπερθορῶν* Flor. Farn.

795. *ἄδδην* Farn. quod neglexit Elmsleius.

796. Athenaeus XIII. p. 573. B. *καταλέξω δέ σοι, Κύνουλκε, Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν ἐκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον περὶ ἑταίρων.* Meinekius Philol. Exerc. II. p. 29. *κατὰ τὸν Αἰσχύλον Ἀγαμέμνονα* Respicitur enim ad v. 796. 883.

797. Non recte quidem Schützius *φρόνημ', ὃ μέμνημαι κλέων*

coniecerat: sed qui id ei ut ineptissimum exprobrat Wellauerus, num quid aptius protulit, quum his verbis explicavit sententiam, *quod vero ad tuum erga me animum attinet, memini me audire?* Hoc dicit, *memini, neque obliviscor, quae audivi.*

798. Libri *ταῦτα.* Emendavit primus Auratus.

799. Hic et sequens versus exstant apud Stobaeum XXXVIII. 28.

800. Consentiunt et Stobaeus et Aeschyli libri in *φίλον*, quod Elmsleius aliquando in *φίλων* mutandum esse censuit. Mutavit tamen postea sententiam. Vide quae dixi ad Soph. Ai. v. 998. Deinde *φθόνου* Farn. Vict. Apud Stobaeum est *ψόγου.* In Flor. *φθόνων*, quod ut exquisitius recipiendum duxi. Plato leg. VII. p. 801. E. *μετά γε μὴν ταῦτ' ἤδη νόμος ἄνευ φθόνων εὐθὺς γίγνοιτ' ἂν ὅδε.*

801. Libri *καρδίαν.* Casaubonus, Grotius in Excerptis, Pearsonus *καρδίᾳ*, quod Blomfieldius recepit. Defendendam putavit librorum scripturam Lobeckius ad Ai. v. 191. p. 151. ed. sec. Ei qui assentitur Wellauerus, male memoravit Reisigii Enarrationem Oed. Col. ad v. 1162. qui prorsus de alio genere constructionis loquitur. In eadem sententia est Matthiae in Gramm. Gr. §. 409. 4. b. p. 748. sed hic quoque dissimilia consocians. Multo magis omnia conturbavit G. Bernhardy in Syntaxi p. 266. ut vel Sophoclis illud in Trach. v. 836. *δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας προστετακὼς φάσματι* in exemplis accusativi cum verbis e *πρός* compositis constructi afferret. Sed etiam cetera quae memoravit incredibili quodam modo confudit: quorum *προστρέπεσθαι, προσέρπειν* ne possunt quidem aliter pro significatione sua construi; alia autem accusativum propter subiectam notionem non verbi per se propriam poscunt, ut *προσκυνεῖν, προσεύχεσθαι, προσπαίζειν, προσκύρειν, προσερεύγεσθαι;* alia denique eadem necessitate, quum de accessione ad aliquid dicuntur, accusativum requirunt, ut *προσκαθέζεσθαι.* Thuc. I. 61. *προσκαθεζόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν Πύδναν ἐπολιόρκησαν μέν.* Demosthenis quem locum dicat, nescio: si talem qualis p. 193, 5. ed. Reisk. de Samo, *τὴν δέ, προσκαθεζόμενος καὶ βοηθήσας, ἠλευθέρωσε*, ambiguum est accusativusne an dativus intelligi debeat. Plane autem fieri nequit ut *προσπασσαλεύειν* ita construatur. Nam quod affert Herodoti IX. 120. *ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος, σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν*, id scripsit ille *σανίδι* vel, ut Schweighaeuserus edidit, *πρὸς σανίδα*, praesertim quum de eadem re eodemque homine VII. 33. dicat *πρὸς σανίδα διεπασσάλευσαν*, quod etiam *πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν* legitur. Nam *σανίδα προσπασσαλεύσαντες* non potest aliter intelligi quam, quod non credibile est dicere Herodotum voluisse, *σανίδα αὐτῷ προσπασσαλεύσαντες.* Quamquam fuisse videntur qui hoc probarent. Eustathius enim p. 1923, 43. scribit *ἰστέον δὲ ὅτι εὑρόντες τινὲς παρὰ Ἡροδότῳ κείμενον τὸ "ζῶντα" τὸν δεῖνα "πρὸς σανίδα διεπαττάλευσαν," ἐβιάσαντο κἀν-*

ταῦθα ὅμοιόν τι ποῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ "σανίδας δ' ἐκδῆσαι ὄπισθεν·" ἀλλὰ κρεῖττόν ἐστι ποεῖν ἁπλούστερον αὐτὸ ἀντὶ τοῦ τὰς θύρας κλείσαντες ἐκδῆσαι αὐτὰς μετὰ ταῦτα. Dicit hoc de poena Melanthii Od. XXII. 173.

σφῶϊ δ' ἀποστρέψαντε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
ἐν θαλάμῳ βαλέειν, σανίδας δ' ἐκδῆσαι ὄπισθεν.

Nam hoc qui Herodoto auctore usi interpretabantur, male quidem, de asseribus alligatis Melanthio, eos non verba Herodoti quae in septimo, sed quae in nono sunt libro, spectasse apparet. Vt ad Aeschylum redeam, si is *καρδίᾳ προςήμενος* dixit, assidentem cordi invidiam, sin *καρδίαν προςήμενος*, accedentem ad cor ibique locum occupantem intelligi voluit. A quo genere plane diversum est, quod Matthiae apposuit, Sophocli in Oed. Col. v. 1166. dictum

τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προςθακῶν ἕδραν;

Nam *πρός* refertur ad *τῷ βωμῷ*, quod ex re ipsa intelligitur: ad Neptuni enim aram consederat Polynices: *ἕδραν* autem eo modo additum est, quo *πονεῖν πόνον* et innumerabilia alia dicuntur. Apud Aeschylum dativum praetuli.

802. Male Stanleius coniecit *διπλάζει*. V. Lob. ad Phryn. p. 616. Deinde libri *πεπαμμένῳ*, quod Porsonus correxit. Denique perelegans est et nescio an verum quod in excerptis Aurati adnotatum est, *νόσον*, credo ut, *ἄχθος νόσον* iunctis, ad *τῷ πεπαμένῳ* suppleatur *τὸν ἰόν*.

803. *αὐτοῦ πήμασι* Flor.

805 — 807. In editionibus veteribus coli signo post *λέγομ' ἄν* distinctum, cetera usque ad *ἐμοί* sine interpunctione continuata. Porsonus commata post *λέγομ' ἄν* et *κάτοπτρον* posuit, cum Schützio haec verba, *εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίας κάτοπτρον*, in parenthesi dicta volens. Blomfieldius parenthesin fecit haec tantum, *εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι.* Ad explicandam sententiam alius alio magis incredibilia attulerunt. Orellius ad Isocr. p. 202. *κάτοπτρον* nominativum esse putabat, ut eo nomine sese appellaret Agamemno: eaque videtur scholiastae sententia fuisse, qui sic scribit, *ἤγουν καλῶς οἶδα διακρίνειν τὰς ὁμιλίας τῶν συνόντων μοι, ὡς τὰς ἐμφάσεις τῶν προςώπων τὸ κάτοπτρον.* At id et ad dictionem valde durum et molestum est, ad sensum autem ne aptum quidem, quia quae sequuntur verba, *εἴδωλον σκιᾶς*, contrarium de speculo praedicant. Duplex enim speculi vis est, una, ut veram speciem ostendat, quo sensu dictum est illud Aeschyli *κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ*, quod Abreschius et Blomfieldius, quamvis alienissimum ab hoc loco, attulerunt; altera, quod imaginem rei, non rem ipsam exhibet, id quod hic erat spectandum. Absurdus ergo esset Agamemno, si se, quod veram speciem amicorum animo impressam haberet, speculum appellaret, et tamen statim speciem illam, quam referret speculum, inanem et vanam esse diceret. Immo quod in speculo nihil cernitur nisi imago rei, *ὁμιλίας κάτοπτρον* sic dicit ut imaginem specula-

rem amicitiae significet, quam deinde apertius *εἴδωλον σκιᾶς* vocat. Verba autem illa, *εἴδωλον* et *σκιά*, fere eadem potestate usurpantur. Sophocles Ai. v. 125.

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Idem Phil. v. 946.

κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρόν, ἢ καπνοῦ σκιάν,
εἴδωλον ἄλλως.

Idemque in Tyrus fr. XV. equam dicit in fluvio conspicere *σκιᾶς εἴδωλον.*

809. *σειραφόρος* Flor. Farn. *σειρασφόρος* Vict.

811. Non distincta sic distinxit Schützius, *τὰ δ' ἄλλα, πρὸς πόλιν τε καὶ θεούς, κοινοὺς* etc. Male Stanleius et Abreschius de ludis ob victoriam celebrandis sermonem esse putabant. Verum viderunt Pauwius, Schützius, alii. Negligentius locutus est poeta, quum proprium fuisset *τὰ δ' ἄλλα, τὰ πρὸς πόλιν τε καὶ θεούς. De re publica,* inquit, *et si quid in sacris neglectum sit, convocato populo consulemus.*

815—817. Cicero in Catil. II. 5, 11. *quae sanari poterunt, quacumque ratione sanato: quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare.*

817. Porsoni in Adv. p. 158. coniecturam, *πῆμ' ἀποστρέψαι νόσον*, comparantis *πῆμα νόσον* Sophoclis in Phil. v. 765. et *πῆμα ἄτης* in Ai. v. 363. receperunt Blomfieldius, Scholefieldius, et, qui se eam non potuisse non recipere dixit, Wellauerus. Quidni potuerat non recipere? Inutilis est ista coniectura, obsequium ridiculum. Philocteta morbo laborabat; Aiax culpam admiserat: itaque et morbi et culpae malum dici conveniebat. Aeschylus de malis loquitur, quibus quasi aegrotet res publica: itaque recte hic morbum dicit mali.

826. 827. In Porsoni editione servata interpunctio Vict. Cant. in quibus plene distinctum est post *βίον*, virgula autem post *ὑπ' Ἰλίῳ.* Correctus error iam in editione Stanleii. *ἐπ' ἰλίῳ* male Farn.

830. Libri *ἡδονάς.* Aurati emendationem, *κληδόνας*, suam fecit Stanleius.

834. Libri *ἀνήρ.* Scribendum *ἀνήρ.* Deinde libri *ᾠχετεύετο.* Correxit Heathius.

835. *φάσις* Flor.

836. Libri *ἐπλήθυνον.* Atticum *ἐπλήθυον* restituit Porsonus.

837. Legebatur *τ' ἂν*, quod recentiores editores correxerunt.

Nihil caussae est cur in suspicionem trahatur nominata *tricorpora tergemini vis Geryonai:* sed tamen non minus apte *τρισσόζωος* hic ille appellaretur, quo vocabulo usum esse Aeschylum (fr. 428.) ex Etym. M. p. 279, 15. et appendice Etym. Gud. p. 585, 14. discimus, *καὶ τρισόζωος* (*τρισόζυγος*) *παρὰ Αἰσχύλῳ.*

838. In Vict. Cant. haec verba, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω χθονός*, signis parentheseos inclusa sunt. Eandem rationem interpungendi expres-

serunt alii, in iisque Porsonus. Recte distincta verba exhibuisse Vrsinum in Virgilio cum Graecis scriptoribus collato ad Aen. VIII. 566. adnotavit Blomfieldius, qui haec, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*, (quis credat?) sic interpretatur, *non enim eam dico quae substernitur*. Wellauerus, qui, nescio an meo monitu ad Vigerum p. 756. *οὐ λέγω* vidit *dictum nolo* significare, quae est malum omen avertentis formula, tamen Schützii est interpretationem amplexus, *τὴν κάτω* de corpore Geryonis quod apud inferos esset intelligentis: legebat autem ille *τὸν κάτω*. Boissonadus *χθονός* iunxit cum *ἄνωθεν*, in parenthesi positis verbis *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Hoc quoque uti durum, ita falsum est. *Χθονὸς χλαῖναν* de terra corpori ingesta, i. e. de sepultura, dici Blomfieldius multis ostendit. Iam *ἄνωθεν* sine casu additum est, significans *in vita*, eique verbo opponuntur haec, *τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω*. Qui *ἄνωθεν* sepultus dicitur, non est sepultus, sed videtur esse aut perhibetur: qui vero *τὴν κάτω* accepit *χλαῖναν χθονός*, is vere sepultus est ideoque mortuis iure accensetur. Ex quibus patet sensum verborum hunc esse, *si ille toties quoties ferebatur perisse mortuus esset, tamquam alter Geryones saepe triplicem vivus (absit enim ut mortuum dicam) vestem terrenam induisset*. Id sic poeta elocutus est, *multam triplicem superne, absit enim ut infernam dicam, vestem terrenam induisset*.

845. Libri *πιστευμάτων*. Id ita explicari posse videtur ut sit *quem tu mihi concrediditi et ego concreditum accepi ut tuerer eique prospicerem*. Quamquam *ἐμῶν* minus commode additum est, quum *πίστευμα rem concreditam* significare debeat, ut recte dictum est quod in Iosephi Ant. Iud. XVII. 3, 3. legitur *ἐπὶ τινῶν πιστεύσεσιν ἐντολῶν*, declaratum ab ipso Iosepho Hist. belli Iud. I. 29, 1. *ἐβούλετο γὰρ αὐτῷ τινὰς ἐντολὰς καταλείψειν*. Accedit quod *πίστευμα* vix alibi invenitur, usitatum est autem *πίστωμα*, idque quum alibi ab Aeschylo positum, tum de connubii foedere in Eum. v. 213.

Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.

Connubii foedus quum hic quoque aptissime dici videretur, scripsi *πιστωμάτων*.

849. *τόν θ'* Flor. Vict. *τόν τ'*, cum glossa *ἰωνικόν*, ex Farn. Elmsleius enotavit. Canterus ut scriberet *τόνδ'*, adductus erat plena post *κίνδυνον* interpunctione, quam ex ed. Vict. servavit.

851. Recte Wellauerus *βουλήν* dici vidit eos qui absente Agamemnone rei publicae praeerant. Aliorum commenta piget commemorare.

853. Non satis aptum videtur *μέντοι*, ut dubitari possit an scripserit Aeschylus *τοιάδε μέν τις σκῆψις*.

855. In Flor. ad *κατεσβήκασιν* supra scripta sunt *θ* et *τ*, ut *καθεστήκασιν* legendum esse monstretur. Videtur hoc emendatoris esse, qui non recordaretur *ἔσβηκα* neutrali significatione dictum inveniri.

856. Recte Flor. Farn. Vict. *ὄμμασιν*, non detracta ultima littera. Error Flor. est *κλάβας*.

857. *ἀμφὶ σοὶ* Farn. hic et v. 860.

858. Habent *ὀνείρασιν* libri. Blomfieldius quum scripsit "*λαμπτηροσχίαι ἀτιμέλητοι* sunt *signa per faces exhibenda, sed per incuriam non exhibita*, quem sensum solus vidit Heathius," merito reprehensus est a Wellauero, et tamen non satis. Heathii enim librum si inspexisset Wellauerus, non huic tribuendam esse tam ineptam interpretationem vidisset: sic enim ille, "verte, *semper lamentans quod signa de fortuna ac rebus tuis per faces missa ab excubitoribus neglecta putabam.*" Quamquam ne hoc quidem verum est, sed, quod perspexit Wellauerus, non accensi longo in spatio ignes, quod caussa accendendi nondum esset, sunt intelligendi.

859. 860. Quum tribus haec modis construi possint, uno *ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην, λεπταῖς ῥιπαῖσι θοῦσσοντος*, altero *λεπταῖς ῥιπαῖσιν ἐξηγειρόμην ὑπαὶ κώνωπος θοῦσσοντος*, tertio *ὑπαὶ λεπταῖς ῥιπαῖσι κώνωπος θοῦσσοντος ἐξηγειρόμην*, haec postrema ratio magis quam ceterae dictioni poeticae convenit.

862. Legebatur *νῦν ταῦτα πάντα τλᾶσ' ἀπενθήτῳ φρενί, λέγοιμ' ἂν* etc. Illud *ἀπενθήτῳ φρενί* miro modo significare volunt *animo dolori non succumbente.* Mira est etiam P. Camperi ad Eur. El. p. 213. interpretatio, *pectore doloribus clauso.* Infelix coniectura Schneidewini in thesi VIII. dissertationi de Diana Phaeelitide adiecta, *νῦν ταῦτα πάντα τλᾶσα παντλήτῳ φρενί.* Recte vero Elberlingius intellexit distinguendum sic esse, *νῦν, ταῦτα πάντα τλᾶσ', ἀπενθήτῳ φρενὶ λέγοιμ' ἂν* etc. Quoniam se nunc tandem omni sollicitudine liberatam quasi ex intimo animo dicere videri cupit, *νῦν* sine copula in principio dicti huius positum est, ut supra praeco dixit v. 486. *νῦν χαῖρε μὲν χθών.*

863. In Vict. Cant. haec sic interpuncta sunt *λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε, τῶν σταθμῶν κύνα, σωτῆρα ναὸς, πρότονον ὑψηλῆς στέγης, στῦλον ποδήρη*, etc. Quomodo interpungenda essent vidit in adnotatione Canterus itemque Gatakerus Adv. misc. II. 20. p. 383. Sed tamen duobus vitiis affectus est hic Shakespearianae ubertati comparandus locus. Non scripsit enim Aeschylus *τῶν σταθμῶν*, quod poetica dictio non patiebatur cum articulo dici, sed *βουστάθμων*, quo vocabulo Euripides usus est in Helena. De altero vitio dicam ad v. 866.

864. Ne quis forte velit *σταθμῶν* sive potius *βουστάθμων κύνα σωτῆρα* iungere, ut hominem stabulorum custodem *σταθμῶν ῥυτῆρα* Homerus dixit Od. XVII. 187. 223. reputandum est per se patere *κύνα βουστάθμων* eum esse qui tueatur stabula, *ναὸς πρότονον* autem, nisi explicate dicatur servandae navi inservire, non habere adiunctam utilitatis eminentiorem significationem. De *προτόνοις* videndus Seidlerus ad Eur. Iph. T. v. 1104. *ὑψηλῆς* Farn.

865. *στόλον* Flor. *στύλον* Farn. Vict. pravo accentu.

866—868. Libri

καὶ γὴν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,

κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.

In Farn. scriptum *παρελπίδα*. Sed errore factum esse puto ut ex eo codice adnotaretur *καὶ γῆς φανεῖσαν*, quum tacuerit Bekkerus, neque Elmsleius nisi consensum codicis cum editionibus indicare voluisse videatur. Nam Porsonus dubitationis notam ad *φανεῖσαν* apposuerat: unde Blomfieldius abiecto inutili *καί* vel *γῆν ἐκφανεῖσαν* vel *γαῖαν φανεῖσαν* scribendum existimabat. Mihi quidem non tam videtur in his verbis aliquid vitii esse, quam in ordine rerum, quae nec satis apte coniunctae sunt, et ita ut in medio cursu abrumpatur potius oratio quam iustum producatur ad finem. Itaque mutato ordine versuum sic poetam scripsisse arbitror,

ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος,
γαληνὸν ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα.

Nam *κάλλιστον ἦμαρ* non scripsisse videtur Aeschylus. Friget enim nomen superlativum, multoque deterius est positivo, ubi non idonea de caussa positum est. Quare *γαληνὸν ἦμαρ* scripsi, ut in notissimo illo Euripidis Or. v. 279.

ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Hunc versum, *ὁδοιπόρῳ — ῥέος*, Suidas affert in v. *πλέκος*.

869. Insiticium hunc versum iudicavit Blomfieldius, certe frigidiusculum sonare. Schützius eum in editione minore post eum qui sequitur collocavit, quod id ordo sententiarum postularet. Non recte obiicit Welcklauerus, suo versum loco positum esse in libris, quia caussam contineat, quare istis appellationibus usa sit mulier. Nam caussa etiam post recte affertur. Rectius dixisset non fuisse *φθόνος δ' ἀπέστω* a *τοιοῖσδε προσφθέγμασιν* divellendum. Servandus vero versus eo quo in libris est loco. Refertur enim ad illa v. 862. *ἀπενθήτῳ φρενὶ λέγοιμ' ἄν.*

870. Libri *τοιοῖσδε τοίνυν*. Schützii emendationem, *τοιοῖσδε τοί νιν*, Porsonus aliique receperunt.

872. Librorum scriptura, *νῦν δ' ἐμοὶ φίλον κάρα*, demum a Scholefieldio emendata est.

874. *ὦναξ*, ut Scaliger aliique scribendum viderunt, Farn. *ἄναξ* Flor. Vict. Valckenario ad Phoen. v. 1518. more suo suspicanti *πορθήτορος* a poeta scriptum esse, nemo exstitit qui obsequeretur: arrisisse tamen illud videtur Blomfieldio.

875. Pro *τέλος*, quod Flor. Vict. habent, in Farn. est *τάδε*, quod nescio an praeferendum sit. Videri enim possunt oculi describentis ad verba *τάδε* et *τέλος* aberrasse, quae duos continuos versus terminant 900. 901.

876. Elmsleius ad Eur. Med. v. 1209. dubitabat an praestaret *στορνύναι*.

877. 878. In editionibus veteribus hi duo versus sine ulla inter-

punctione procedunt. In Farn. plene distinctum post ἄελπτον. Recte post πόρος comma ponitur, cetera autem coniunguntur.

886. βαρβάθου, sed ρ supra scripto, Flor.

887. βόαμα Flor. Vict. sed in Flor. η supra scriptum. βόημα Farn.

890. κάλλεσιν cum ν libri habent. Suidas in v. Κάλαις, — καὶ καλάϊνον χρῶμα. Αἰσχύλος, ἐν ποικίλοις χρώμασι. Idem κάλλη, τὰ ποφυρᾶ ἱμάτια. καὶ κέραμος καλάϊνος. Αἰσχύλος, ἐν ποικίλοις κάλλεσι. Etym. M. p. 486, 48. totum versum affert, γὰρ pro δὲ exhibens. Plura de κάλλεσι Fritzschius in comm. de Socrate p. 201.

897. Consentit Farn. cum Flor. Vict. in εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ' ἄν, εὐθαρσὴς ἐγώ, nec verum est quod Wellauerus dicit, ἄνευ θάρσους Blomfieldium ex eo codice recepisse. Immo ea ipsius est Blomfieldii infelicissima coniectura. Scribendum vero erat

εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμεν, εὐθαρσὴς ἐγώ.

Eandem emendationem fecit Dindorfius.

899. Porsonus in Adv. p. 158. coniecerat διαφθεροῦσ' ἐμοί. Bene factum, quod Blomfieldius librorum scripturam defendit, modo ne tamen verum putasset διαφθεροῦσα, quod ἴσθι cum participio ad eum plerumque qui compellatus est referatur. Cuiusmodi argumentum quam nullam vim habeat apertum est. Tum autem, ut consentaneum est, non desunt exempla quae non sunt in illis plerisque, ut in Philocteta v. 253.

ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.

900. Libri ἠΰξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε; quod interpretantur *vovistine diis metuens sic facturum te ista?* Blomfieldius, quod ἄν huic sententiae non convenit, signo interrogationis deleto, hanc putat sententiam esse, *vovisses haec ita facere, si aliquid metuisses.* Haec non repugnant quidem legibus grammaticis, sed perversa laborant collocatione verborum. Oportebat enim, si hoc vellet Clytaemnestra, dici δείσας ἂν ἠΰξω ὧδ' ἔρδειν τάδε. Vulgatum imperitissime eo tuitus est Wellauerus, quod ἄν ad infinitivum sit referendum: ex quo patet cum ἄν cum infinitivo ita pro infinitivo futuri poni existimasse, ut id ubique et sine discrimine fieri possit. Iohannes Auratus, qui omnes Aeschyli interpretes iudicio et recti sensu superavit, pro δείσας scribi δῄους volebat, non ille hic quidem verum assecutus, sed tamen coniiciens quod aptissimam praeberet sententiam. Scribendum erat

ἠΰξω θεοῖς δείσασαν ὧδ' ἔρδειν τάδε;

901. Τέλος sic dictum ut sit pro *decreto.* Similiter in Suppl. v. 587. ποῖ κεκύρωται τέλος, et v. 608. Ζεὺς δὲ κράνειεν τέλος.

902. Libri δοκῇ. Emendavit Stanleius.

903. Hic quoque δοκῇ Flor. Vict. δοκεῖ Stanleius, et ita Farn.

904. αἰδεσθεὶς Flor. Vict. αἰδεσθῆς Farn. Restituerat coniunctivum primus Auratus, receperuntque editores novissimi praeter Wellauerum, nescientem quibus conditionibus interrumpi possit oratio.

906. Male in Vict. Cant. interrogationis nota apposita.

909. Libri *ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος τίεις;* Auratus *τῆςδε.* Ionica genitivi forma offensus Bothius *δήρεως* dedit. Ac disserte Suidas *δῆρις δ[illegible]ς δήρει δῆριν.* Semel, quod sciam, praeter hunc versum superstitibus tragoedias inveniatur *δῆρις*, in Suppl. Aeschyli v. 397.

καὶ μήτε δῆρις ὀρσίων ἐφάψεται.

Butlerus inepte *ἀδήριτος* coniecit, ut id esset *animo obstinato et insuperabili.* Erat quum putarem adiectivum hic latere, *δήριος* (nam *δηρεῖος* fixit Etym. M. p. 248. 31.) vel *δηριτός*, quod esset *vixabundus.* Dicuntur autem talia masculina forma, ut in Choeph. v. 233. *διχηνὸς ἐλπίς.* Id expressit vertendo Humboldtus. Sed scribendum potius est

ἦ οὐ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος (vel *δήρεως*) *τίεις;*

Intellexit hoc etiam Franzius, nisi quod is *ἢ οὐ* scripsit.

910. Blomfieldii, qui *μέν τοι* divisim scripsit, permira adnotatio est, "vulgo *μέντοι.* Vid. Hermann. Elem. Doctr. Metric. p. 111." Ibi ego exempla attuli versuum quorum singuli vel pedes vel dipodiae singulis vocibus constant. Itaque ut ex eo numero hunc versum eximeret, divisit voculas non separandas. Nam *μέντοι, tamen,* precantis est. Ceterum, si quis non rectis numeris hunc versum incedere putabit, monendus erit ut recte recitet, neve negligat pausam quam fieri iubet interpunctio.

912. Invenustissime a quibusdam positum est *πρόδουλος.* Librorum scripturam, male intellectam a Stanleio, recte interpretatus est Schützius. Calcei quasi servi pedum dicuntur. Similiter in Prometheo soluto (fr. 205.)

ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονὰς
δοῦς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.

De consuetudine soleas ponendi, ne stragulis labes afferretur, dixit Gatakerus Adv. misc. II. 19. p. 376.

913. *σὺν τοῖς δέ μ'* inde a Cantero edebatur. *σὺν τοῖςδέ μ'* Vict. *σὺν ταῖςδέ μ'* Farn. *σὺν ταῖςδε* Heathius. Recepi ex Flor. *καὶ τοῖςδέ μ'.* Neutro *τοῖςδε ἁλουργέσιν* usus est poeta, nec dixit *ἁλουργίσιν*, ut qui de stragulis, non de vestibus loqueretur. De colore isto videndus Arnaldus Animadv. crit. c. 35. p. 234. seqq. de forma vocabuli Lobeckius ad Phryn. p. 185. *ἐμβαίνοντ' ἁλουργέσιν* Flor. Farn. *ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν* Vict.

914. Recte libri *βάλοι*, quod ab nemine correctum miratus Blomfieldius, sublata plena interpunctione post *ἔμβασιν ποδός*, edidit *βάλῃ*, comparans Eur. El. v. 900.

αἰσχύνομαι μέν, βούλομαι δ' εἰπεῖν ὅμως,
νεκροὺς ὑβρίζειν, μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ,

ubi probat Tyrwhitti coniecturam *φθόνος.* Licebit vicissim mirari, non solum quod quid esset diversitatis inter hos locos non viderit Blomfieldius, sed etiam quod sententiam intulerit ineptam: quamquam etiam ab aliis haec non recte intellecta sunt. Nam quid est hoc, *exuite mihi*

calceos, ne me deorum invidia in his purpuris incedentem adspicial? Num si nudis pedibus incedit, minus invident dii? Immo purpuras erat deprecatus, ne superbire videretur: sed ubi cedit Clytaemnestrae, purpuris parcens soleas exuit, incessurus autem per eas optat ne deorum concitet invidiam. Accedit quod aliquid spatii inter haec disticha interiectum fuit, dum solutae essent soleae.

915. Libri *σωματοφθορεῖν πόσιν*. In Farn. adscriptae glossae *τὰ σώματα φθείρειν τῶν ὑπὸ χεῖρα*, et *ἄνδρα ἁπλῶς*. Correctum *ποσὶν* a Scaligero et in editione Stanleii. Auratus *στρωματοφθορεῖν*, quod Porsonus recepit. Schützii emendationem *δωματοφθορεῖν* merito admisit Blomfieldius, comparans *οἰκοφθορεῖν*, quo verbo Herodotus et Plato utuntur, monensque huc respicere Clytaemnestram v. 928. 929. Addere poterat ipsum Agamemnonem confirmare eo quod *ἀργυρωνήτους ὑφὰς* memorat.

916. *φθείροντα* Farn. Vict. *φθάροντα* mihi enotatum ex Flor. Non est credibile *φθείροντα* post *δωματοφθορεῖν* ab Aeschylo scriptum esse. Scribendum *στείβοντα*.

917. *οὕτω* Flor. Farn. *οὕτως* Vict.

921. Libri *αὐτή*. Auratus, Bothius aliique recte *αὕτη*.

923. *κατέστραμμαι* recte Flor. Vict. Scholiastes *ἄλλως καθέσταμαι, ἀντὶ τοῦ κατέστην*. Et Farn. exhibet *κατέσταμαι*, cum adnotationibus *ἰωνικὸν κατέστην* et *εὕρηται καὶ κατέστραμμαι*.

924. *δόμους*, sed *ων* supra scripto, Flor.

925. Deest in Flor. personae notatio.

926. Libri *εἰς ἄργυρον*. Salmasii in Exerc. Plin. p. 418. E. emendatio est *ἰσάργυρον*. Sed idem praeter necessitatem *βαφάς* in *βάφος* mutavit. Cur *ἰσάργυρον* Aeschylus dicat, optime declaratur iis quae Athenaeus XII. p. 526. C. de Lydis affert: *Θεόπομπος δ' ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ἱστοριῶν χιλίους φησὶν ἄνδρας αὐτῶν ἁλουργεῖς φοροῦντας στολὰς ἀστυπολεῖν· ὃ δὴ καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότ' ἦν καὶ περισπούδαστον. ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη.*

928. Libri *οἶκος*. Tum in fine versus Vict. Cant. coli signum habent, sequente versu sic distincto, *ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος*. Et hoc quidem recte diceretur: nam quod Blomfieldius ait, linguae indoli non consentaneum esse dicere *οὐκ ἐπίσταται πένεσθαι* et *ἐπίσταται ἔχειν*, prorsus falsum est: monuitque Boissonadus. Non est tamen illa interpunctio probanda, nisi *οἴκοις* scribatur, quod placuit Butlero: nam G. Bernhardy in Syntaxi p. 166. omnia confudit. Porsonum, qui ita scripsit, *οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ, ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος*, secuti sunt Schützius et Blomfieldius. Hic tamen paene suspicari se ait legendum esse *οἴκῳ τῷδε*. Quo languidior fieret oratio. Distinctionem illam, servato *οἶκος*, recipiendam esse vidit Wellauerus. Hoc dicitur, *est domus quae horum affatim habeat.*

930. Libri *δειμάτων*. Emendarunt primi Auratus et Canterus.

932. *κομίστρα* Vict. et ut videtur Farn. Tum libri *μηχανωμένης*. Auratus et Scaliger *μηχανωμένη*, quod suum fecit Stanleius receperuntque recentiores. Aptius est propiusque ad librorum scripturam quod posui, *μηχανωμένῃ*. Vidit hoc etiam Franzius.

934. *ὑπερτείνασα* Farn. Vict. *ὑπερτίνασα* Flor. Auratus *ὑπερτείνουσα*, quod recepit Blomfieldius. Id quum Wellauerus male factum dixit, quia praecesserit aoristus *ἵκετο*, neque attendisse videtur quod Blomfieldius comparaverat v. 629.

καὶ τὰ πίστ' ἐδείξάτην,
φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν,

neque omnino rationem rei perspectam habuisse. Valde probabilis est Aurati coniectura: sed ferri tamen, si recte intelligatur, librorum scriptura potest. Vsurpantur enim participia interdum sic ut non pendeat temporis indicatio ex verbo quod adiunctum est, sed sola per se constet: de quo genere diximus ego ad Vigerum p. 772. seqq. et Graserus in Adversariis in sermones Platonis p. 67. seqq. Ὑπερτείνασα igitur sic est accipiendum ac si dixisset *ὑπερέτεινε*. Luculentissimum huius generis exemplum est in illo Diodori Siculi I. 66. *ἐπ' ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα κατὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς ὁμολογίας ἄρξαντες καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν τηρήσαντες, ἐπεβάλοντο κατασκευάσαι κοινὸν ἑαυτοῖς τάφον*. Quod illi quum non fecerint post quintum decimum regni annum: eo anno enim dissolutum est illud regnum: non significant verba illa, *quum regnarent quindecim annos concordesque manerent*, quod per participia praesentis fuisset dicendum, sed *quum regnaverint concordesque manserint quindecim annos*. Similiter praesentis participia, ut saepissime *ἄγων*, adhibentur ad ea significanda quae coniuncta cum primario verbo proprie aoristi consociationem requirunt.

936. Libri *σημαίνεις μολών*. Quod Blomfieldius posuit *σημαίνεις μολόν*, ponendum viderat etiam H. Vossius in Curis Aeschyleis p. 26. sed is male *θερμαίνει* scribens, quod non Graece dictum esse putaret *σοῦ μολόντος σημαίνεις*.

937. *ζεὺς τἆπ'* Flor. *ζεύς τ' ἀπ'* Farn. Vict. Iam Auratus delevit *τ'*, ut postea Pauwius. Porsonus aliique *Ζεύς γ'* ediderunt, quod quid sit non apparet.

938. Auratus *ἤδη* mutandum censebat in *ἡδύ*. Butlerum, qui *τότ' ἤδη tum statim* interpretatus erat, vituperavit Blomfieldius, peius ipse *tum demum* interpretans. Quid hic vel *statim* vel *demum?* Ἤδη est *iam*, referturque ad praecedentia. Neque enim de praesente vel calore vel frigore, sed de venturo loquitur Clytaemnestra, reditu Agamemnonis dicens quasi hieme ver venturum nuntiari, aestate autem iam instare frigus.

939. *ἐπιστρωφωμένον* Vict. *ἐπιστροφωμένον* Farn. *ἐπιστρεφωμένου* Flor.

941. Flor. *μέλῃ* (supra scripto *οι*) *δέ σοι*, omisso *τι* vel *τοι*. Vict. *μέλοι δέ τι σοὶ*. Farn. *μέλοι δέ τοι σοι*. Et sic ediderat Porsonus, servato accentu in pronomine.

943. Flor. Vict. *δεῖγμα*. Stephanus dubitabat an hic quoque (ut v. 756.) *δῆγμα* scribendum esset. Auratus et Scaliger *δεῖμα* vel *δῆγμα* legi volebant. Servarunt *δεῖγμα* Porsonus, Boissonadus, Scholefieldius, atque adeo defendere conati sunt H. Vossius et Wellauerus, *ostentum* interpretantes, aquilarum opinor, de quibus in primo chori carmine scriptum est, sed Latino, ut videtur, vocabulo adducti, ut id Graece quoque *δεῖγμα* dici crederent. At ne si dicerent quidem *δεῖγμα* eo significatu Graeci, non praeferendum esset quod Schützius et Blomfieldius receperunt *δεῖμα*, quia huic loco multo convenientius est metum, quam occasionem, qua ortus est metus, commemorari. Ac *δεῖμα* in Farn. scriptum esse adnotavit Bekkerus. Neglexit Elmsleius.

944. 945. Farn. hoc ordine, | *ποτᾶτ'. ἄμισθος ἀοιδά.* | *μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος.* |

946. *ἀποπτύσας* Flor. Vict. *ἀποπτύσαι*, cum glossa *ὥςτε ἀποβαλεῖν τοῦτο*, Farn. Id in textum intulit Boissonadus. Scaligeri et Casauboni coniecturam, *ἀποπτύσαν*, constructionis mutatione non perspecta, receperunt Porsonus et Blomfieldius.

948. *ἵξει* Farn. Vict. Ex Flor. *ἵξει* mihi enotatum est. Auratus *ἕξει*. Scaligerum *ἵξει* corrigentem recte secuti sunt Porsonus atque alii.

950—952. *χρόνος δ' ἐπεὶ* Flor. Vict. *χρονὸς δ' ἐπὶ* Farn. Deinde libri *ξυνεμβόλοις*. Deinde *ψαμμίας ἀκάτας* Farn. Vict. *ψαμμίας ἀκάτα* Flor. Tum *παρήβησεν* Flor. Vict. *παρήβησ'* Farn. Scaliger *ἐπὶ* et *ξὺν ἐμβόλοις*. Schneiderus in lexico Graeco *ξυνεμβολαῖς*. Quod in adnotatione ad Humboldti interpretationem posui, *χρόνος δ' ἐπὶ πρυμνησίων ξυνεμβολαῖς ψαμμίας ἀκάτας παρήβησεν*, nec Blomfieldius intellexit nec Wellauerus. *Ψαμμίας ἀκάτας* non accusativum, sed genitivum, nec *παρήβησεν* activum, sed, ut est, neutrale esse volui, constructionem autem verborum hanc, *χρόνος δὲ παρήβησεν ἐπὶ ξυνεμβολαῖς πρυμνησίων ψαμμίας ἀκάτας*, *tempus defloruit post communem iniectionem rudentum navis in arena stantis*, i. e. postquam subductae in arenam alligataeque sunt naves. Defloruisse dicit tempus, quia, si quid adversi secundum Calchantis vaticinium accidere oportebat, effluxisse videtur spatium quo id evenire erat consentaneum. *Ἐπί* cum dativo iunctum, ut sit *post*, ne H. Stephanum in Thesauro dicam, observatum ab interpretibus ad Lucianum t. I. p. 538. Non puto tamen id scriptum ab Aeschylo esse, non solum quod apta numerorum dispositio duas istas syllabas potius ad praecedentia referri, quam coniungi cum sequentibus postulat, sed etiam propter productionem brevis syllabae, cui locus est absoluto numero, ut v. 953. non ubi perpetuatur. Quare scribendum duxi

χρόνος δέ τοι
πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς

ψαμμίας ἀκάτας παρή-
βησεν.

Vocabulum *ξυνεμβολή* legitur in Persis v. 390.

εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ
ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύματος.

Apparet coniunctam multorum iniectionem ita vocari. Sed eo ipso non aptus hic videtur pluralis numerus *ξυνεμβολαῖς*: recte diceretur *ξυνεμβολῇ*. Quare praeferendum iudicavi *ξὺν ἐμβόλαις*. Intelligi autem rudentes, quibus naves in arenam subductae alligatae fuerant, patet ex eis quae sequuntur *εἶθ' ὑπ' Ἴλιον ὦρτο ναυβάτας στρατός*. Dubitari potest *ἀκάτας* an *ἀκάτον* scribendum sit. Nescio an inusitatiore forma usum dicam Aeschylum. Habet *ἀκάταν* codex Palatinus Anthologiae X. 9, 2. ubi Iacobsius cum Huschkio in Anal. crit. p. 228. *ἄκατον* scripsit.

953. *ἔνθ'* in Flor. esse dicitur.

957. *τόνδ'* Farn. Recte *τὸν δ'* Vict. Deinde libri *ὅπως*. Stanleius recte *ὅμως*. Notandum prima syllaba correpta *ὑμνῳδεῖ*. Possit quis suspicari scribendum esse *μελῳδεῖ*. Hesychius *μελῳδοῦσι, μετ' ᾠδῆς ὑμνοῦσιν*. Sed eadem syllaba correpta *ὑμνήσω* invenitur in Euripidis Bacchis v. 71. et *εὔνυμος* apud Epicharmum Hephaestionis p. 15.

958. Libri *ἐρινύς*. Genitivum posui in libro de metris p. 433. Item Porsonus.

961—964. Libri *οὔτοι*. Casauboni et Abreschii emendatio est *οὔτι*. Post *ματάζει*, quod ex grammaticorum praecepto scripsi *ματάζει*, nulla in antiquis editionibus interpunctio. *Σπλάγχνα* explicat poeta per *κέαρ*, quod *τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον πρὸς ἐνδίκοις φρεσίν* dicit, paullo quidem tumidius, sed tamen ut pateat sententia: *non fallitur animus, cor eventum ferentibus fluctibus ad veracia agitatum praecordia*, i. e. cor motu suo, qui non vano ex timore nascitur, recte praesaga pulsat praecordia. Quod ad numeros attinet, *τελεσφόροις* singulari versu dici et sententiae vis interpunctioque strophicorum docet, nec recte sequentibus adiceretur, trimetro non puro. Initii versus enim index est syllaba longa in anacrusi.

965. 966. *εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τοι ἐλπίδος* Farn. atque ita edidit Vict. nisi quod *τοι* in *τι* mutavit. *εὔχομαι δ' ἐξ ἐμᾶς ἐλπίδος* Flor. Deinde *ψύδη* Flor. Farn. *ψυδῆ* Vict. quod emendavit H. Stephanus. *Ψύδη* substantivum esse puto, ut v. 457. Nec minus apud Callimachum fr. 184. ubi Hemsterhusio placebat *ψυθές*. Scripsi

εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τὸ πᾶν
ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν
ἐς τὸ μὴ τελεσφόρον.

Certa enim emendatione me restituisse puto *τὸ πᾶν*, quod et sententia postulat et latere videtur in *τοι*, non addito, ut puto a Triclinio, sed relicto ex *τὸ πᾶν* in detrito margine. *Ἐλπίδος* hic sic

dicit poeta, ut cogitationem futuri significet: est enim ἀπ' ἐλπίδος, ἀπ' ἐλπίδων, ἐξ ἐλπίδων, secus quam quis futurum putavit. Sophocles El. v. 1127.

ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων
οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον εἰςεδέξαμην.

Trach. v. 666.

οὐκ οἶδ' · ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι τάχα
κακὸν μέγ' ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς.

Euripides Inone apud Stobaeum CV. 1.

ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,
ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.

968—970. μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγιείας Flor. Vict. In Flor. haec, μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς, itemque τέρμα νόσος γὰρ, serius adscripta videri adnotatum est. μάλα γε (supra scripto γὰρ) τοὶ δὴ τᾶς πολλᾶς ὑγιείας Farn. Deinde libri νόσος γὰρ γείτων. Lacunae signum post γὰρ posuit Porsonus. Vix dubitari potest quin perierit, quod Blomfieldius inserendum esse putavit, ἀεί. Illud autem certum est, primum horum versuum paeonicum esse. Hinc scripsi

μάλα γέ τοι τὸ πολέος γ' ὑγίΐας
ἀκόρεστον τέρμα. νόσος γὰρ ἀεὶ
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.

De illa forma πολέος ceteris copiosius dixit scholiastes Arati ad Phaen. v. 19. De ὑγίΐας dubitare non sinunt ἱερία et tot alia utramque terminationem habentia nomina. Γέ τοι patet non ad proxime praegressam sententiam, sed ad ea referri quae hanc praecedunt. Sin gravius hic peccatum est, coniici potest scripsisse Aeschylum μάλα τὸ τᾶς ὑπεράγαν ὑγίΐας. Quod sequitur ἀκόρεστον Auratus in ἀχάριστον, Schützius in ἀπάρεστον mutandum censuerunt: quorum prius errat Wellauerus quum ab Humboldto probatum existimat. Ἀκόρεστον, *immodicum*, in malam partem accipiendum est.

972. Nihil hic mutandum. Ἔπαισεν est *offendit* vel *illiditur*. Sic infra v. 1593. Prom. 887. Pers. 411. Ita ubi dicitur hoc verbum, fere εἰς vel πρός sibi adiungit: sed sine praepositione, ut hic Aeschylus, Sophocles dixit in El. v. 744. λανθάνει στήλην ἄκραν παίσας.

973—978. Recte se haec habent omnia, videratque iam Casaubonus nominativos ὄκνος βαλών sic dictos esse ut deinde mutaretur coepta constructio. Τὸ μέν autem partem significat. Sententia haec est, *metus quum partem pro acquisitis opibus bene attemperato iactu proiecit, non tota funditus periit domus, quamvis plena malis, nec mersit navem.* Rediit in constructionem poeta, ἐπόντισε referens ad ὄκνος. Blomfieldius pro δόμος legendum putabat γόμος, loco Supplicum a Dobraeo commemorato motus v. 426. seqq. quem neque emendatum exhibuit, nec debebat omnino hic afferre. Videretur probari posse illa coniectura, nisi parum eleganter dictum esset γόμος πημονᾶς γέμων. Recte scriptum

est *δόμος*, quod quum dicit, in mente habet rem de qua loquitur. Ea est *πότμος εὐθυπορῶν ἀνδρός*.

977. *πημονᾶς* Vict. *πημονὰς* Flor. Farn.

979. Libri *πολλά τοι δόσις*. Turbatur ordo sententiarum hac asseveratione infringiturque vis sequentium. Nisi plane fallor, coniunxerat haec Aeschylus cum praecedentibus sic, *πολλά τ' ἂν δόσις*. Id posui. Deinde *ἐκ* omittit Farn. Tum *καὶ ἐξ* Farn. Vict. *κἀξ* Flor.

981. Libri *πεσόνθ' ἅπαξ*. Porsonus *ἅπαξ πεσόν*. Recte Pauwius *πεσὸν ἅπαξ*. Similiter in Eum. v. 638. *ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις ἅπαξ θανόντος, οὔτις ἔστ' ἀνάστασις. τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ οὗμός*.

982. 983. *προπάροιθ' ἀνδρὸς* Farn. Vict. *πρόπαρ ἀνδρὸς* Flor. Deinde Farn. *τίς τ' ἀγκαλέσαιτ'*, omisso *πάλιν*. Hanc patet Triclinii esse coniecturam.

984. 985. *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ* Flor. *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε* Farn. ut Scaliger ex scholiis scribendum putaverat. *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ γε* Vict. Canteri iudicium, verba *ἐπ' εὐλαβείᾳ γε* ex interpretatione addita esse existimantis, recte secuti sunt Schützius et Porsonus. Temere factum, inquit Blomfieldius. Mallem temere factum dixisset, quod ego nescio qua religione tactus in adnotationibus ad interpretationem Humboldti servanda putabam, hoc modo, *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν Ζεὺς ἂν αὖτ' ἔπαυσεν ἐπ' ἀβλαβείᾳ:* Probarunt tamen errorem meum Wellauerus, Boissonadus, et verbis alio ordine collocatis Blomfieldius. Friget hoc, recteque sensit Canterus. Confusa sunt duo scholia, unum hoc, *τὸν Ἰσκλημιὸν γὰρ ἐκεραύνωσεν ἀναστήσαντα τὸν Ἱππόλυτον*, alterum, puto, ad v. 973. *πρὸ χρημάτων κτησίων*] *ἐπ' ἀβλαβείᾳ, ὥστε μὴ ἔτι βλαβῆναι*. Ex ceteris, quae libri ut Aeschylea habent, effici quidem haec possunt, *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων ἀνάγειν Ζεὺς ἂν αὖτ' ἔπαυσεν*, sed aegre quis, credo, sibi persuadeat tam languide haec enuntiasse Aeschylum. Eum qui novit, vix dubitabit quin scripserit

Ζεὺς δὲ τὸν ὀρθοδαῆ
τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἔπαυσεν.

Quomodo hoc in eam scripturam quae in libris est mutatum fuerit ego quidem non expediam, sed tamen factum puto per adnotationes scholiastarum cum Aeschyli verbis confusas. In interpretatione falsus est Erfurdtius ad Soph. Ant. v. 1056. quum *τῶν φθιμένων* sic intelligendum putavit, ut *τινά* esset supplendum. Iungenda sunt *τῶν φθιμένων ἀνάγειν, ab inferis reducere.* Accusativus ut extrinsecus advocetur non opus est, quia reducens cogitari nequit nisi qui aliquem reducat. Ceterum de fabula quam poeta tangit videndus est Hyginus fabula 49. eiusque interpretes. Memoravit etiam Virgilius Aen. VII. 761. Plato de re p. III.

p. 408. B. *καί τοι ἀπειθοῦντές γε ἡμῖν οἱ τραγῳδοποιοί τε καὶ Πίνδαρος* (Pyth. III. 55.) *Ἀπόλλωνος μέν φασιν Ἀσκληπιὸν εἶναι, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι πλούσιον ἄνδρα θανάσιμον ἤδη ὄντα ἰάσασθαι, ὅθεν δὴ καὶ κεραυνωθῆναι αὐτόν.*

986—990. Aberravit ab horum versuum sententia Schützius, quum *μοῖραν* de Clytaemnestra dictam putavit: quod nec per verborum naturam fieri potest, et, si posset, valde invenustum foret. De se loquitur chorus, verens malum Agamemnoni. Non enim credit ab uxore necatum iri, ut ex colloquio cum Cassandra apparet. Vera est autem Schützii emendatio, *καρδίαν γλῶσσα πάντ' ἂν ἐξέχει.* Libri *καρδία γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει.*

991. 992. Flor. *βρέμει* e correctione: antea *βλέπει.* Farn. *βρέμει ἐλπομένα*, omissis quae media sunt *θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν ἐπ*, i. e. integro versu.

994. Libri *κασάνδραν.*

995. Auratus *ἀμηνίτοις.* At refertur adverbium ad *κοινωνὸν εἶναι.*

996. 997. Interpungebatur *κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μέτα δούλων, σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας.* Putavi quae post *χερνίβων* leguntur coniungenda esse: neque in praepositione opus erat anastrophe. Male autem Blomfieldius cum Schützio plenam distinctionem post *πέλας* in virgulam mutavit, quo et inconcinna redditur oratio et vis perit. Quum immota manet Cassandra, denuo eam compellat Clytaemnestra his verbis, *ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε· μηδ' ὑπερφρόνει.*

1000. *θίγειν* Farn. Vict. Correctum a Blomfieldio. In Flor. hic versus ita scriptus est, *προθέντα τλῆναι δουλείας μάζης βία* (sic, non *βίον*). Id Blomfieldius coniicit pro *δουλίας μάζης βίον* scriptum esse, quoniam servorum cibus *μᾶζα* fuerit. Aeschylus certe talia non scripsit. Sine dubio ista scriptura nihil est nisi verae lectionis interpretatio, *δουλείας μετασχεῖν*, vel simili verbo. De vendito Omphalae Hercule Sophocles Trach. v. 248 seqq. Tzetzes Chil. II. 426. seqq.

1001. *ἐπιρρέποι* Flor. Vict. *ἐπιρρέπει* Farn.

1003. *οἵδ'* Flor. Farn. *οἱ δ'* Vict. Emendavit Stanleius.

1004. *καὶ παραστάθμιον* Flor.

1005. Auratus *ἕξεις*, quod probarunt alii, recepit in minore editione Schützius. Wellauerus quum praestare dixit praesens, conticuisset, si rationem reddere iussus esset. Recte iudicasset Auratus, si habituram diceret Clytaemnestra ab se quae consuetum esset servis dari. Sed tota illa sententia non convenit huic loco. Non enim quae communi more servorum conditio sit, eam Cassandrae quoque fore dicit, sed meliorem, ut in domo clementiore. Nescio an id senserit Stanleius, qui sic interpretatus est, "*habes a nobis* (dicta scilicet) *quae fieri solent.*" Ponenda vero est virgula post *ἔχεις.* Nam hoc dicit, *tenes, quod exspectari a nobis potest.* Non dicit *quid exspectare a nobis possis.* Nam *οἷόσπερ*, aut alia quibus *περ* adunctum est, non habent dubitativam potestatem, sed

rem certam significant, ut dicatur *qualia quidem*. Aptissimus declarando discrimini versus Sophoclis est in Oed. Col. 896.

ΘΗΣ. πῶς εἶπας; ΟΙΔ. οἷάπερ πέπονθ' ἀκήκοας.

1007. 1008. Libri *ἐντὸς δ' ἂν οὖσα*. Stanleius hos versus ita interpretatur, *cum vero sies intra retia fatalia, obsequeris, si modo obsequaris: forsan vero haud persuadeare*. Schützius *cum autem iam fatalibus cassibus inclusa sis, obsequere, sis; nisi forte detrectas obsequium*. Similiter alii. Prior versus ut ita intelligeretur, non poterat *ἐντὸς δ' ἂν οὖσα* dici, sed omittendum erat *ἄν*. Posita vero ea particula sententia conditionalis est, ut dici debuerit *ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα*. Atque ita scribendum est. Comparavit cum hoc loco Blomfieldius similem Sophoclis Oed. R. v. 936.

τὸ δ' ἔπος ὀξέρῳ τάχα
ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

Wellauerus quod infra dicitur v. 1354.

χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἀπεύχομαι.

1009. Dubitari potest, ad hunc locum an ad alium spectet quod scholiastes Aristophanis ad Av. v. 1679. scribit, *καὶ Αἰσχύλος τὸ βαρβαρίζειν χελιδονίζειν φησί*. Similia de Dodonaeis columbis tradit Herodotus II. 57.

1011. Libri *ἔσω*, quod Blomfieldius Elmsleii praecepta sequens in *εἴσω* mutavit. Versum hunc Porsonus in praefatione ad Hecubam p. XXXI. in iis nominat, quorum quinti pedis molestus incessus propter vocem encliticam ferri possit. De qua re non recte iudicavit. Elmsleius in Censuris Edinensibus t. XXXVII. p. 81. sive in Lipsiensi editione Iphigeniarum Marklandi p. 263. quum poetam scripsisse pronuntiavit *εἴσω φρενῶν λέγουσα, πείθέ νιν λόγῳ*, neque *λέγουσα* recte ad Cassandram rettulit, nec videtur reputasse, si hoc vellet Clytaemnestra, non eam simpliciter *ἀλλά*, sed *ἀλλὰ σύ τοι* dicturam fuisse. Coniungendum vero est *λέγουσα λόγῳ: dicendo ei persuadeo intus in animo*. Comparari quodammodo possunt Soph. Phil. v. 1325. *καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφον φρενῶν ἔσω*. Eur. Med. v. 316. *λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ', ἀλλ' ἔσω φρενῶν ὀρρωδία μοι, μή τι βουλεύσῃς κακόν*. Manet vero Clytaemnestra, exspectans etiam: tum demum, Cassandra nihil respondente, abit.

1012. Sic Prom. v. 218. *κράτιστα τῶν παρεστώτων τότε*.

1013. Libri *πείθου*. Blomfieldius *πιθοῦ*. De discrimine, omninoque quid de hoc genere correctionis sentirem, dixi ad Soph. El. v. 1003.

1014. Edd. vett. *θυραῖαν*. Emendate, ut primus Porsonus edidit, Flor. Farn. quod neglexit Elmsleius. Blomfieldii haud facile probabilis coniectura est, *θυραῖος* communi genere de persona, de re *θυραία* dictum esse. Sed quid hoc est, quod libri habent, *οὗτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολῇ πάρα τρίβειν*: quod intelligi non posse videns Casaubonus *θυραίᾳ* scribendum esse coniecit, relicto *παρὰ τήνδε*, quod perperam dictum esse apparet. Pessime Wellauerus *θυραίαν τήνδε* ad Cassandram

refert, in quo duplex vitium est, alterum male constructae praepositionis, alterum quod ineptum est, quae de se dicere Clytaemnestra debebat, de Cassandra praedicari. Recte Musgravius τῇδ' emendavit, quod Blomfieldio quoque quum olim in mentem venisset, reiecit ille tamen hoc postea, voluitque θυραίαν τήνδε de Clytaemnestra accipi.

1015. Respondent sibi τὰ μέν et σὺ δέ. Nam τά non articulus est, sed pronomen, *illa*.

1019. Libri δέχῃ.

1020. Recte dicit Blomfieldius Clytaemnestram quoque manu significare quid velit, eodem modo ut Cassandra respondeat.

1023. ἢ μαίνεταί γε Flor. ἦ μαίνεταί γε Farn. Vict. quod etsi defendi potest, ut γέ sit *adeo*, tamen non dubitandum est quin ἦ μαίνεταί τε Aeschylus scripserit. Deinde Flor. φρενῶν κλύει, sed litteris ῳ et α superscriptis mutari ordo iubetur.

1026. Hic versus primus est in ea pagina codicis Medicei, quae sequitur quaternionem qui excidit. Itaque hinc rursum habemus et huius codicis scripturas et codicis Guelferbytani editionumque Ald. Rob. Turn.

ἐξ ἀφρίζεσθαι G. Ald.

1027. In M. οὐ μὴν sic scriptum ut supra posita sit ν littera. ῥίψας G. Ald. Turn. ἀτιμασθήσομαι Flor. Farn. ἀτιμωθήσομαι G. Ald. Turn. Vtrum M. habeat mihi non constat. ἀτιμεστρήσομαι Rob.

1028. ἐπικτοίρω G. Ald.

1029. ἴθ' M. G. Flor. Farn. Ald. Rob. Turn. ἴσθ' error Vict. ἐρημώσας G. ἐρήμωσας Ald. In M. in ὄχον inter χ et ο aliquid erasum: fortasse habuit ὄχλον.

1030. ἑκοῦσ' ἀνάγκῃ M. G. Flor. Farn. Ald. Turn. ἑκουσ' ἀνάγκῃ Vict. εἴκουσ' ἀνάγκῃ ex sua emendatione Robortellus, quam merito receperunt editores. καὶ νίσον Ald. male lecta ambigua codicis G. scriptura. Canterus καίνησον coniecit. Sed καίνισον est *imbue, initia*. V. Ruhnkenium ad Callim. fr. 119.

1031. ὀτοτοτοτοῖ ποποῖ δᾶ M. G. Ald. Rob. Turn. Vict. ὀτοτοτοὶ πομποῖ δᾶ Flor. et sic etiam Farn. nisi quod ὀτοτοτοῖ habet.

1032. ὤπολλον ὤπολλον M. G. Ald. Rob. Turn. ἄπολλον ἄπολλον Flor. Farn. Vict. Iambicus ischiorrhogicus est, quem codicis M. scriptura praebet, numerus. Sed praeferendum iudicavi dochmium hypercatalectum alterius lectionis, vocativo in nominativum mutato: quam rationem et praecedens versiculus commendat et qui sunt in secundo stropharum pari numeri.

1033. Scholiastes Euripidis ad Phoen. v. 1035. (1028. ed. Matth.) hos duos versus afferens habet ἀνωλολύξας, quod scribendum coniecerat H. Stephanus. Male. Apollo cur arceri ab lamentis debeat explicare studuit O. Müllerus in Dor. vol. I. p. 302. Et profecto deo Februo conveniunt quae a labe pura sunt. Multa congessit ex Aeschylo Klausenius in Theologumenis Aeschyli p. 114.

1035. 1036. Libri ut v. 1030. 1031.

1037. ἡδ᾽ M. G. Ald. Turn. ἡ δ᾽ Rob. Vict. et ut videtur Flor. Farn.

1038. Suo errore Ald. εὐγγόοις.

1039. Libri ἄπολλον ἄπολλον. Posui nominativos.

1040. ἀγνιᾶτ᾽ M. ἀγνιάτ᾽ G. Farn. et ut videtur Flor. ἀγνία τ᾽ Ald. ἀγνιεῦ τ᾽ Turn. Vict. ἀγνιᾶτ᾽ ex Sophiani emendatione Rob.

1041. Οὐ μόλις est *non parum*. Eur. Hel. v. 342. θέλουσαν οὐ μόλις καλεῖς, *non parum cupidam*.

1042. χρήσειν M. Flor. Farn. Rob. Vict. χρᾴειν G. χράειν Ald. κλάειν Turn. Codices et Ald. Rob. αὐτῆς. Emendate Turn. Vict.

1043. παρ᾽ ἐν M. G. Ald. Turn. παρὲν Flor. Vict. παρὸν Farn. Rob. παρὸν etiam Auratus, receperuntque Porsonus et Boissonadus. Schützius περ ἐν, quod probarunt Blomfieldius et Wellauerus. Veri similius est poetam scripsisse παρόν, cuius verbi ea potestas est, ut *nunc quoque* significetur. Sophocles in Aiace v. 337.

ἀνὴρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν ἢ τοῖς πάλαι
νοσήμασι ξυνοῦσι λυπεῖσθαι παρών.

1044. Scripturae librorum eaedem quae v. 1039.

1045. ἀγνίατ᾽ Flor. Ceteri ut v. 1040.

1046. Libri ἆ ποῖ, nisi quod ᾇ ποι habet Rob. Non recte Elmsleius in Museo critico vol. II. p. 306. vel ποῖ ποῖ scribendum esse putavit, ut Euripides in Iph. T. v. 1435. et aliis in locis locutus est, vel ποῖ δή, ut Aeschylus infra v. 1097. ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες; Attendentem non ad formulas ipsas, sed ad locorum quibus adhibentur rationem, non potest latere quid intersit et quo quaeque loco apte usurpetur.

1047. εἰ σὺ μὴ τόδ᾽ ἐννοεῖς M. G. et edd. εἰ σὺ. τὸ, μηδ᾽ ἐννοεῖς Flor. εἰ. τόπερ μὴ δ᾽ ἐννοεῖς Farn.

1048. τοι pro σοι sola ed. Rob. Deinde κᾶτα δ᾽ Flor. Farn. Denique ψύδη Farn.

1049. Ante hunc versum ἆ ἆ addunt M. G. Ald. Rob. Turn. Omittunt recte voculas istas Flor. Farn. Vict. Deinde συνίστορα, ut Porsonus scripsit, Flor. Farn. Ceteri ξυνίστορα.

1050. αὐτοφόνα recte Flor. Farn. Rob. et, ut videtur, M. αὐτόφονα ceteri. Deinde κακὰ καρτάναι M. G. Ald. Rob. et, ut videtur, Flor. In M. scholion ἀντὶ τοῦ ἀγχόνῃ adscriptum est. κακὰ, κἀρτάναι Turn. κακὰ, κ᾽ἀρτάναι Vict. κακὰ. κἀρτάνας Farn. Et κἀρτάνας scribendum esse viderat Casaubonus, quum Auratus ἀρτάναν coniecisset. Scribendum aut αὐτοφόνα κακὰ καὶ ἀρτάνας, aut, quod praetuli,

αὐτοφόνα τε κακὰ κἀρτάνας.

1051. ἀνδρὸς σφάγιον M. et ceteri libri praeter Turn. ubi ἀνδρὸς σφάγειον scriptum est, et Farn. qui ἀνδρὸς σφάγιόν τε habet. Sed M. ι litteram in σφάγιον in litura scriptam habet. Deinde omnes καὶ πέδον. Quod Pearsonus coniecit, καὶ πέδον, etiam Schützius in prima editione

posuerat. Blomfieldio, ut dubitaret de huius coniecturae veritate, scrupulum iniecerat *καί*: quin propter hoc *καί* negat *πέδον* ferri posse Wellauerus. Nimirum *σφαγεῖον*, ut Porsonus scripsit, illi substantivum esse putarunt, non cogitantes adiectivum esse referrique ad *στέγην*. Recte intellexerat Aeschyli verba Seidlerus ad Eur. Troad. v. 764. Sed tamen *πέδου ῥαντήριος* non recte diceretur domus nisi adiiceretur *αἵματι*, Quare scripsi

ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πέδοι ῥαντήριον,

ut *viri sanguinem humi profundens* dicatur, coniuncto *ῥαντήριον* cum *ἀνδρός* aeque ut *σφαγεῖον*. Quamquam dubitari potest utrum hoc scripserit Aeschylus, an, quod fortasse praestat, *ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πεδορραντήριον*. Id Dindorfio quoque in mentem venit scribi posse, si cum Dobraeo Adv. II. p. 25. legatur *ἀνδροσφαγεῖον*.

1052. *εὔρις* Porsonus. *εὔρις* M. G. sed in M. *ις* in litura scriptum est. *εὖρις* Flor. Farn. Ald. Rob. Turn. *εὖριν* Vict. *εὕριν* praetulit Blomfieldius.

1053. *μαντεύει δ'* M. Ald. Rob. *μαντεύη δ'*, sed *η* in *ει* mutato, G. *ματεύει δ'* Flor. Farn. Vict. *ματεύειν δ'* Turn. Probarunt infinitivum Blomfieldius et Wellauerus, cui *μαντεύει* eo ortum esse videbatur, quod *ν* ad *ματεύει* supra adscriptum alieno loco insertum esset. Non cogitarunt ita *ματεύειν τε* dicendum fuisse, multoque languidiorem esse infinitivum. Scholiastam ne quis putet infinitivum legisse, cuius adnotatio ita edita est, *ἔοικεν ὡς κύων εὕριν ἀναζητεῖν* (ita Rob. *εὖριν ματεύειν καὶ ἀναζητεῖν* Vict.) *εἰ γέγονεν ἐνθάδε παλαιὸς φόνος*, nimirum in M. ita hoc scholion scriptum est, *ἔοικεν ὡς κύων εὑρίσκοι* (scribendum *εὕρις, καὶ*) *ἀναζητεῖ* etc. Deinde *ὧν ἀνευρήσει* Porsonus. *ὧν ἂν εὑρήσῃ* M. G. Rob. *ὧν ἂν εἱρήσῃ* Ald. *ὧν ἂν ἀνευρήσει* Turn. *ὧν ἐφευρήσει* Flor. Farn. Vict.

1054. Ante hunc versum Blomfieldius *ἄ*, *ἄ* posuit, quoniam in stropha has voculas receperat. *μαρτυρίοισι γὰρ* ex Pauwii emendatione Porsonus. *μαρτυρίοις γὰρ* M. G. et edd. *μαρτυρίοις μὲν γὰρ* Flor. Farn. et Ven. in quo hic versus primus est post lacunam ad v. 46. indicatam. Deinde *τοῖςδ' ἐπιπείθομαι* scribendum esse primus vidit Abreschius. *τοῖςδε πεπείθομαι* M. G. Flor. Farn. Ven. Ald. Rob. *τοῖςδε πείθομαι* Turn. Vict.

1055. 1056. *κλαιομένα* G. Ald. Rob. Turn. Deinde *τὰ βρέφη* Flor. Farn. Ven. quod receperunt Blomfieldius, Wellauerus, Boissonadus. Frigidum id esse prae ceterorum librorum scriptura, *τάδε βρέφη*, vidit Scholefieldius. Haud dubie *τὰ βρέφη* a Triclinio scriptum est, ut metrum ei metro, quod in strophico versu invenerat, accommodaretur. *Τάδε βρέφη* etiam scholiastes legisse videtur, qui scribat *φαντάζεται γὰρ ὁρᾶν τὰ σώματα τῶν ἀνῃρημένων παίδων Θυέστου*. In ed. Rob. scriptum est *κλαιομένα τάδε βρέφη, σφαγάς τε ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας*. Non habent *τε* post *σφαγάς* ceteri libri.

Sed quum in edd. Ald. et Turn. iungantur sine interpunctione *κλαιομένα τάδε βρέφη σφαγάς*, in Vict. et Cant. sic distinctum est, *κλαιόμενα τάδε βρέφη, σφαγὰς, ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.* Schützium quique alii cum eo virgulam post *βρέφη* rursum removerunt, ut *σφαγὰς ὀπτάς τε σάρκας* a *κλαιόμενα* regeretur, vituperavit Elberlingius, ridens imaginem puerorum quod interfecti sint carnesque suae a patre comestae flentium. Incautius id dixit vir non hebetis iudicii. Nam etsi ferri potest illa Victorianae et Canterianae editionis interpunctio, ut haec tria copulet Cassandra, flentes pueros, caedes, comestas a patre carnes, tamen quid obstat quin puerorum simulacra se cernere dicat, qui interfectionem suam et carnes a patre absumptas defleant, quum infra v. 1176. seqq. non solum repetat istam imaginem, sed etiam, nisi quis omnem libris fidem deroget, eos pueros carnes suas et viscera in manibus tenentes describat? His si non offendebatur Elberlingius, non erat cur eandem imaginem hic ferre nollet. Sed movit eum *κλαιόμενα*, quod accusativum regere nondum esset demonstratum. Id vero non debebat ei scrupulum iniicere. Nam ut *κλαίεσθαι* non sit *deflere*, sed *flentem esse*, quod alio verbo *δακρυρροεῖν* vocatur, tamen vel sic accusativus ei adiungi potuit. Sic Sophocles apud schol. Pindari Pyth. IV. 213. *δακρυρροεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνειν.* Accusativus *κλαιόμενα* quomodo explicandus sit, dictum est ad v. 2.

1057. 1058. *ἦ μην* a pr. manu M. alia, ut videtur manus *ἧμεν* superscripsit. *ἧμεν* G. Flor. Ven. Ald. Turn. Vict. *ἧμεν* Rob. *ἦ μὲν*, cum glossa *ἦ τοι ἐσμέν*, Farn. Deinde *σοῦ* Turn. Vict. Ceteri *σου*, quod in Farn. supra versum scriptum est. Tum in M. ultima in *πεπνυμένοι* littera erasa. Deinde *ἧμεν* M. Flor. Farn. Ven. Vict. Ita etiam G. sed alteri syllabae *ὴν* superscriptum, unde *ἦ μὴν* Ald. Turn. *ἧμεν* Rob. Schützius quum in prima editione utroque in versu *ἰδμεν* posuisset, in minore utrumque in *ἧσμεν* mutavit, postquam Porsonus ediderat *ἦ μὴν κλέος σοῦ μαντικὸν πεπνυμένοι ἧσμεν.* Porsonum recte secutus est Blomfieldius. Friget, quamvis bis positum, *ἧμεν*, quod Wellauero placuit. Invenustum est, quod Scholefieldius dedit, *ἦ μὴν — ἧμεν*: falsum quod Boissonadus *ἦ μὲν — ἧμεν*. In fine versus libri *μαστεύομεν*. Schützius in prima editione recte *μαιεύομεν*. Videntur hac forma usi esse tragici ubi metrum primam syllabam corripi pateretur. Hic autem altera etiam propter praegressum *ας* displicet.

1059. Nihil erat cur Blomfieldius duplicando *ἰώ* diiambum in dochmium converteret. Idem *πόποι* cum Flor. Farn. Ven. Rob. *πόποῖ* M. Ceteri *ποποῖ*. Error Aldinae est *μήδεθαι*. In Rob. verba *τί ποτε μήδεται* et quae sequuntur usque ad *βοᾷ* choro sunt tributa.

1060. Vulgo *τί τόδε νέον ἄχθος*. Blomfieldius cum Seidlero de vers. dochm. p. 161. *ἄχος*, quod confirmarunt Flor. Farn. Ven. In M. ut in ceteris *ἄχθος* est, sed supra scriptum *ἄχος*. Quum accuratissime syllabas exacquare soleat Aeschylus, videri potest scribendum esse *τί τόδ'*

ἄχος νέον, μέγα. Sed ea minus apta est verborum collocatio. Et respondet solutio contractis syllabis etiam v. 1080.

1062. *φίλοισιν* Farn. Ceteri *φίλοισι.* Deinde *ἀλκὰ δ'* M. G. Farn. Ald. Rob. Turn. *ἀλκὰν δ'* Flor. Ven. Vict. Hesychius *ἀλκή, δύναμις, ἰσχύς, ἢ ἀλέξησις, ἢ μάχη. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.* Orestem intelligi vidit Scholiastes.

1065. *πόλις βοᾷ* M. G. Ald. Rob. Turn. *βοᾷ πόλις* Flor. Farn. Ven. Vict. Hoc, rotundius visum Butlero, adoptavit Boissonadus. Vnice verum est *πόλις βοᾷ*, potiore verbo priorem locum tenente.

1066—1068. In Ald. puncto post *τελεῖς*, item post *πόσιν*, commate post *φαιδρύνασα* interpunctum. Sic etiam Turn. deleta tamen post *πόσιν* interpunctione. Rob. et Vict. signa interrogandi habent post *τελεῖς* et post *φαιδρύνασα*, quod in Rob. *φαιδρύνασ'* scriptum est. Stanleium, qui post *τελεῖς* virgulam, post *φαιδρύνασα* signum interrogandi posuit, Porsonus aliique secuti sunt. Vellem Blomfieldius, qui abruptae orationis signum post *φαιδρύνασα* posuit, etiam post *τελεῖς* signo interrogandi distinxisset.

1069. 1070. *προτεῖν δὲ* Ald. Turn. *προτείνει γὰρ* Ven. Deinde *χεῖρ' ἐκ χειρὸς ὀρεγομένα* M. G. Ald. Rob. Turn. In Rob. post *ἐκ* asteriscus, vitii vel lacunae signum. *χεὶρ ἐκ χειρὸς ὀρεγομένα* Vict. *χεὶρ ἐκ χερὸς* (*ἐκ χειρὸς* in Ven. esse dicitur) *ὀρεγμένα* Flor. Farn. Ven. Scholiastes *διαδέχονται δὲ ἀλλήλους τοῖς ὀρέγμασι τῶν χειρῶν Αἴγισθος καὶ Κλυταιμνήστρα.* Hinc in adnotatione ad Humboldti interpretationem scribendum conieci *προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ χειρὸς ὀρέγματα.* Receperunt hoc, mutato *χειρὸς* in *χερός*, Blomfieldius et Boissonadus. Atque *χερὸς* iam Porsonus. Sed non de Aegistho cogitandum esse docet Choephororum locus v. 418. seqq.

1071. Nihil erat caussae quod *νῦν* nonnullos offenderet. *Nondum,* inquit, *intellexi: nunc enim, si ante visa est aenigmata dicere, magis obscura loquitur.*

1072. *ἐπαργέμοισι* M. (sic M.) G. Ald. Rob. Vict. *ἐπ' ἀργέμοισι* Flor. Farn. Turn. *ἀμνημονῶ* pro *ἀμηχανῶ* Ven.

1073. *παπαῖ παπαῖ* M. Rob. Vict. *παπαὶ παπαί* G. Farn. Ald. Turn.

1074. *ἢ* M. Farn. Vict. *ἦ* Ald. Rob. Turn. et, nisi fallor, G. Deinde libri *ἄϊδον.* Schützius in minore editione *Ἅιδον.* Signum interrogandi primus posuit Vict. Aperte quidem falsum est *ἦ*: sed *ἦ* praestetne interrogative an affirmative dictum, non ausim diiudicare.

1076. Libri *ἀκόρεστος.* Primus correxit Bothius.

1077. *θύματε* Ald. unde *θύματι* Turn.

1078. *ἐρινῦν* M. Rob. *ἐρινὺν* G. *ἐρινὰν* Ald. *ἐρινὺν* Ven. Flor. Farn. Turn. Vict. Deinde libri *κέλῃ* vel *κέλη*, nisi quod *κάλη* habet Ald. indeque Turn. *καλεῖ.*

1079. Turnebus, plena interpunctione in fine praecedentis versus

posita, ἐπορθιάζων scripsit, coniungens hoc participium cum sequentibus. Ceteri omnes infinitivum habent. In Ven. deest με.

1080. ἐπεὶ δὲ G. Ald. ἔδραμαι Turn.

1081. 1082. ἅτε καὶ δορία πτώσιμος M. Vict. ἅτε καὶ δωρία πτώσιμος G. Ven. Flor. Ald. Turn. ἅτε καὶ διρία πτώσιμος Rob. ἅτε δωρίᾳ πτώσιμος, omisso καὶ, Farn. Deinde ξυναντεῖ G. Ald. Rob. Turn. Ceteri ξυνανυτεῖ. Correxit accentum Porsonus. Tum omnes libri αὐγαῖς, quod Pauwius aliique mutarunt in αὐγάς. Casaubonus coniecerat δορὶ πτώσιμος. Twiningius ad Aristot. de poet. n. 186. ἅτε καὶ δορὶ πτωσίμους ξυνανύτει. Blomfieldius edidit ἅτε καὶ δορὶ πτωσίμοις ξυνανύτει βίου δύντος αὐγάς. Boissonadus ἅτε καὶ δορὶ πτωσίμοις ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς. Nullus horum attendisse videtur, quam frigidum planeque ineptum sit καί. In adnotatione ad Humboldti interpretationem dixi scribendum esse

ἅτε γᾷ δορὶ πτώσιμος
ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς.

Mirabile indicium fuit Wellaueri, qui et duplicem dativum incommodum esse censuit, neque intelligi posse dixit unde illud α ante πτώσιμος irrepsisset. Potuerat intelligere, si ex supra scripto ει ortum esse cogitasset, quo duplex scriptura δορί et δόρει notaretur. Ξυνανύτει dictum infinite, ut sit *desinit*. Sophocles Phil. v. 720. εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων. Hoc igitur dicit chorus, *tangit cor meum purpurea gutta, quae ferro humi profusa cum occidentis vitae lumine finiet.* Perversa explicatio scholiastae, συμπληροῦται τοῦ βίου δύνοντος (sic M.) ταῖς αὐγαῖς σου, μηκέτι ὁρῶντος ταῖς αὐγαῖς, quem tamen apertum est scripsisse τοῦ μηκέτι ὁρῶντος, Stanleium aliosque interpretes ad alienissima abripuit.

1083. In magnum timorem coniectus haec dicit chorus, quum praesertim dixisset Cassandra στάσις δ' ἀκόρετος γένει κατολολυξάτω θύματος λευσίμου.

1084. ἆ ἆ M. (sic M.) G. Ald. Rob. Turn. ἀὰ ἄ Vict. Cant. Tum ἄπεχε τῆς βοῆς Farn. Homericum illud de Agamemnone, ὥς τις τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, si spectasset Aeschylus, scripsisset, credo, ἄπεχέ τις φάτνης τὸν ταῦρον. Ac τις legisse videri potest scholiastes, qui scribat τίς ἂν ἀποστήσειεν αὐτῆς τὸν Ἀγαμέμνονα, ὅπως ἂν μὴ ἀπόληται; Immo *coniugem arce a coniuge* dicit, quia taurus et vacca amoris stimulis excitati cornubus se per lusum petere solent.

1085. πέπλοισιν M. Farn. Rob. Vict. πέπλοισι G. Ald. Turn.

1086. μελαγκαίρωνι G. Ald. Quod ortum est ex scriptura codicis M. in quo est μελάγκέρωι, cum duplici accentu, et ν super ι posito. μελαγκέρω Rob. μελαγκέρων Flor. Ven. μελάγκερων Farn. Turn. Vict. Scholion in M. τὸν μελάγκερων ταῦρον καθοῦσα τῷ μηχανήματι τῷ διὰ τῶν πέπλων τύπτει. ἐὰν δὲ γράφηται μελαγκέρῳ μηχανήματι τύπτει, ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένῳ. Et in altera margine τῆς μελαγκέρου

βοός, quod ad *μελαγκέρω* genitivum casum pertinet. Haeserunt in hoc epitheto interpretes, ut adeo Wellauerus *μελάγκερων* probaret, quod ad taurum referretur, quae videtur etiam Porsoni, Blomfieldii, Boissonadi, Scholefieldii sententia fuisse. At id neque Graece dictum, et absurdum est. Restituendus erat dativus. Quoniam tauri et vaccae appellatione usa erat, transfert cornua ad id de quo proprie dici non potuerunt, non tamen ut solam vestem, qua obvolutus est Agamemno, sed ut universum occidendi modum designet: quare *μιχανήματι* dicit, quasi nigris cornubus, sic ictibus ferri peti illum indicans. Neque enim de corneo manubrio mucronis, quod Schützio in mentem venit, cogitandum est.

1087. Libri *τύπτει*. Sed nescio an metri indicio ponendum sit *θένει*. Hesychius *θένει, κόπτει, τύπτει*. Deinde *πίτνει δ' ἐνύδρῳ* M. *πίπ ει*, in litura scripto *ι*, et *τ* eraso ante *ει*, G. *πίπει* Ald. *δ' ἐν ὕδρῳ* ambo. *πίπτει δ' ἐνύδρῳ* Turn. *πιτνεῖ δ' ἐνύδρῳ* Ven. Farn. Vict. *πίτνει δ' ἐνύδρῳ* Rob. Omnes *τεύχει*, nisi quod *τεύχεϊ* Farn. Schützius *ἐν* ante *ἐνύδρῳ* inseruit: Blomfieldius *κύτει* pro *τεύχει* ex sua coniectura posuit, quemadmodum ego quoque dudum correxeram, quia non credibile est Aeschylum non exaequasse syllabas dochmiacorum.

1088. *δολοφόνου δὲ* Vict. Sed non habent *δὲ* codices et Ald. Rob. Turn. *χέβητος* vitium Aldinae.

1089. *οὐκ ὀμπάσαι μ' ἄνθε σφάτων* Ald.

1091. *ἀποδέθες φάτων* Ald. *τίς* Heathius et ita Ald. et, ut videtur, Ven. Flor. *τις* sine accentu M. G. *τὶς* Rob. Turn. Vict.

1092. *βροτοῖς* M. G. Farn. Ald. Rob. Turn. *βροτοῖσι* Ven. Flor. Vict. Deinde *στέλεται* Farn. Ceteri *στέλλεται*. Correxi *τέλλεται*. In eandem emendationem incidit Emperius. Deinde *διὰ* M. G. Rob. *δία* Ald. Turn. *δὴ αἱ* Ven. Flor. Farn. Vict. Scribendum esse *διαὶ* ad Humboldti interpretationem adnotavi. Blomfieldius cum anastrophe *δίαι*, quam grammatici arcent a praepositionibus trium morarum, omninoque, quamquam hoc quidem non recte, a *διά*.

1093. *πολυεπεῖς* M. G. Ven. Farn. Ald. Rob. Turn. *πολυετεῖς* Flor. Vict. Deinde *θεσπιωιδὸν* M. *θεσπιῳδὸν* Turn. Vict. *θεσπιωδὸν* Ven. Flor. Farn. Ald. In G. librarius quum in ultima syllaba *ω* scriberet, statim id in *ο* mutavit, ut *θεσπιωδὸν* esset. In Rob. haec verba *θεσπιῳδὸν φόβον* omissa sunt. Casaubonus aliique *θεσπιῳδῶν* legi voluerunt. Scripsi *θεσπιωδοί*, nam vulgata lectio inepta est. Hoc dicit, *per mala multiloquae artes fatidicae intelligentiam timoris afferunt*, i. e. faciunt ut quis, quid significaverit timor, ipso eventu malorum intelligat. Sic Euripides Hec. v. 702. *ἔμαθον ἐνύπνιον*, *intellexi quid voluerit somnium*.

1094. *φέρουσιν* Farn. Ceteri *φέρουσι*.

1096. *θροῶ πάθος ἐπεγχέασα* M. G. Rob. *θροᾶ*. (*θροᾷ* Turn.) *πάθος ἐπεγχέασα* Ald. Turn. *θροῶ πάθος ἐπαγχέασα* Ven. Flor. Farn. Vict. Scholiastes *συναναμίξασα τῷ τοῦ Ἀγαμέμνονος καὶ συγκερά-*

σασα. Verbum recte explicat, sed prava scriptura deceptus se dicere Cassandram putat. Scripserat Aeschylus

τὸ γὰρ ἐμὸν θροεῖς πάθος ἐπεγχέας.

Chorum alloquitur. Ἐπεγχέας quidem legendum esse etiam Franzius vidit, sed male scripsit θροεῖ.

1097. Libri ἤγαγες. Alloqui putatur Apollinem, cui supra v. 1046. similia dixerat. Sed id non aptum, nulla posita appellatione Apollinis. Scribendum erat ἤγαγεν. Agamemnonem enim dicit, ut ex sequente versu apparet.

1098. *οὐδέν ποτ'* M. G. Ald. Rob. Turn. *οὐδέ ποτ'* Vict. et affertur id ex Ven. *οὐ δήποτ'* Farn. Deinde *εἰμὶ* pro *εἰ μὴ* Ald. Turn. Verba *τί γὰρ* choro tribuit Rob.

1099. *ἢ* pro *εἰ* G. Ald. Turn.

1100. *αὐτᾶς*, ut lex linguae postulat, Farn. Rob. Vict. *αὐτᾶς* M. Turn. *αὐτῆς* G. Ald.

1101. *νόμιον ἄνομιον γ'* Farn. *νόμιον ἄνομόν γε* Vict. Omittunt particulam M. G. Ven. Ald. Rob. Turn. alienam illam non solum quia metrum pervertit, sed etiam quod in hac formula non solet addi. Deinde *οἷά τις* Turn. Vict. *οἷα τις* G. Ald. *οἵα τις* M. Ven. Rob.

1102. *ἀκόρεστος βοᾶις* sic M. *ἀκόρεστος βοᾷς* G. Turn. *ἀκόρεστος βοᾶς* Vict. et, ut videtur, Ven. Flor. *ἀκόρεστος βορᾶς* Farn. *ἀκόρεστος βοῦς* Rob. *ἀκόρετος βοᾶς* casu recte Ald. Deinde *φεῦ ταλαινᾶς* (sed prius fuisse videtur *ταλαίναις*) *φρεσὶν* M. *φεῦ ταλαίνας φρεσὶν* G. Ald. Rob. Turn. *φιλοίκτοις ταλαίν' φρεσὶν* Ven. Flor. *φιλοίκτοισι φρεσὶν*, omisso *ταλαίναις* vel *ταλαίνας*, Farn. *φιλοίκτοις ταλαίναις φρεσὶν* Vict. Videri posset *φιλοίκτοις* ortum esse ex *φίλοικτος* explicandi caussa ad *ἀκόρετος βοᾶς* adscripto, nisi et antistropha vitii suspicionem moveret et *φεῦ* minime hic aptum esset. Quare recepi hanc scripturam,

ἀκόρετος βοᾶς φιλοίκτοις ταλαίναις φρεσίν.

1103. In G. utriusque *ἴτυν* ultima syllaba in litura scripta est. Inde *ἴτυν ἴτην* Ald. Deinde *σθένουσ' ἀμφὶ θαλῆ* G. Ald. Schützium, qui in minore editione scripsit *ἀμφιθαλής*, fefellerat constructio, male illa ab scholiasta expedita, qui *νόμιον ἀμφιθαλῆ κακοῖς* coniunxit. Ἴτυν Ἴτυν imitatio est vocis lusciniae et pro adverbio construitur cum *στένουσα*, i. e. *Ityn Ityn clamitando gemens affluentem malis vitam.*

1104. *ἀηδὺν* Rob.

1105. Libri omnes *ἀηδόνος μόρον.* Mutatus ab Schützio aliisque verborum ordo ut monueram libro III. de metris p. 434.

1106. *περεβάλοντο γάρ οἱ* sic M. *περεβάλλοντο* (spiritu leni, qui super *εβ* scriptus fuerat, deleto) *γάρ οἱ* G. *περιβάλλοντο γάρ οἱ* Ald. *περιβάλοντο γάρ οἱ* Turn. Vict. *παρεβάλοντο γὰρ οἱ* Rob. *περιβαλόντες γάρ οἱ* Ven. Flor. Farn. Quod olim in adnotatione ad Humboldti interpretationem conieci, *περιβάλοντό οἱ πτεροφόρον δέμας γάρ,*

ferri non potest, quia remotum a principio orationis *γάρ*, ut aliae huiusmodi coniunctiones, verbum tamen, ex quo pendet sententia, proxime praegredi postulat. Aeschylus Choeph. v. 1018.

ὥςπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφον δρόμου
ἐξωτέρω φέρουσι γὰρ νικώμενον
φρένες δύςαρκτοι.

Sophocles Phil. v. 1451.

καιρὸς καὶ πλοῦς
ὅδ' ἐγείρει γὰρ κατὰ πρύμνην.

Antiphanes apud Porphyrium de abst. p. 131.

ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ.

Aristophanes Ran. v. 1308.

αὕτη πόθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζε γάρ;

Ita enim scribendum puto hunc versum, qui necessario Aeschylo dandus est. In Agamemnone, emendato strophico versu, *γάρ* delendum erat, scribendumque

περεβάλοντό οἱ πτεροφόρον δέμας.

Hiatus non debebat Blomfieldio offensioni esse in carmine melico. Sophocles Trach. v. 650. *ἃ δέ οἱ φίλα δάμαρ.* El. 195. *ὅτε οἱ παγχάλκων ἀνταία.* Rectius haerere potuerat in medio, quod tamen ita explicandum est, ut significet *curarunt ut vestiretur plumis.* Retinui autem *περεβάλοντο.* Sic in Eum. v. 625. *περὲσκήνωσεν* scriptum est in M. G. additumque scholion *πρὸς τὴν συναλοιφὴν τῆς περί καὶ τὴν συζυγίαν τοῦ ῥήματος.* De comicis dixerunt Porsonus et Dobraeus ad Aristophanis Vesp. v. 1020.

1107. *ἀγῶνα* codices et Ald. Rob. Vict. Scholiastes adnotavit *γράφεται αἰῶνα*, idque dederunt Turn. Cant. et recentiores. Pro *κλαυμάτων*, quod ceteri libri habent, *καμάτων* G. Ald. Scholiastes *εἰ γὰρ καὶ ἐν ὄρνισιν οὖσα θρηνεῖ, φωνῇ μόνῃ καὶ οὐ θρήνοις*, ut dicat Cassandra, si lugubrem vocem excipias, dulcem lusciniae vitam obtigisse. Potuit quidem ita dici *ἄτερ*, sed aptior videtur esse et gravior sententia, si *κλαύματα* non de cantu lusciniae, sed de malis quae lugenda sint intelligitur.

1108. *ἀμφίκη* error Aldinae.

1109. Libri *θεοφόρους τ' ἔχεις.* Delevi particulam. Nam neque *θεοφόρους* cum *ἐπισσύτους* copulari potest neque habet *τέ* quod ei in sequentibus apte respondeat.

1110. *ματαίους δοίας*, ultima syllaba *ας* solito compendio supra scripta, G. Inde Ald. *ματαίους δοι*, Turn. autem *ματαίους δ' οἱ.*

1111. 1112. *τάδ'* Ald. Rob. Turn. Deinde *ἐπιφόβωι* M. *ἐπὶ φόβῳ* G. Ald. Rob. Turn. *ἐπιφόβῳ* Vict. Quod Auratus scribendum viderat, *ἐπίφοβα*, exstat in Flor. Farn. sic scriptum *ἐπίφόβᾶ.* Similiter Ven. *ἐπὶφόβᾶ.* Deinde *μελοτυπεῖς*, primae syllabae superscripto *ο*, Flor. *μολοτυπεῖς*, eidem syllabae superscripto *ε*, Farn. Deinde libri *ὁμοῦ τ'*

ὀρθίοις ἐν νόμοις, nisi quod ἐννόμοις habent Ald. Rob. Vehementer languet ὁμοῦ, nisi verbum addatur. Indicio est autem strophici versus plenior scriptura, ante ὀρθίοις aut verbum, si τ' recte se habet, excidisse, aut participium, quod probabilius videtur. Quare scripsi

τὰ δ' ἐπίφοβα δυςφάτῳ κλαγγᾷ
μελοτυπεῖς, ὁμοῦ στένουσ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;

Praestat autem fortasse, ut fortius, τί δ' ἐπίφοβα — ἐν νόμοις;

1113. ἔχῃ Ven. Flor. θεσπεσίας M. G. Ven. Flor. Farn. Rob. Turn. θεσπετίας Ald. θεσπίας Vict. idque in lemmate scholii apud Robortellum est et in variis lectionibus apud Turnebum.

1115. Pro secundo γάμοι, quod omittit Rob. in Ald. est γάμον, ex male lecta ambigua codicis G. scriptura.

1116. τόπον Ven.

1117. τάλαινα Ven. Flor. Vict.

1118. Haec verba, ἡνυτόμαν τροφαῖς, extrema sunt in ea pagina codicis M. quam sequebatur pars quaternionis quae intercidit. Hinc quidquid reliquum est Agamemnonis, in eo codice atque in codice G. et editionibus Ald. Turn. desideratur, sequente statim sine lacunae indicio Choephororum versu 10. τί χρῆμα λεύσσω; τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις; In M. post Agamemnonis v. 1118. a recentiore manu adscriptum est λείπει ἄχρι τέλους, et in sequentis paginae summo margine χοηφόροι. Animadvertit errorem Robortellus, distinctisque fabulis haec interposuit, "Multa desunt in fine huius Tragoediae. nam quae sequuntur sunt ex Tragoedia Χοηφόρων. ut patet. cuius quoque initium desideratur."

1119. 1120. Blomfieldius scripsit κἀχεφονσίας ὄχθας. Satius erat, si ita placeret, cum Casaubono tantum ὄχθας ponere. Recte vero monuit Wellauerus ὄχθον, eiusdem originis vocabulum, etiam de litore vel ripa dici, ut Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον apud Euripidem Suppl. v. 655. Sed non debebat Persarum v. 462. afferre, ὑψηλὸν ὄχθον ἀγχι πελαγίας ἁλός. Rectius memorasset Hesychium in v. ὄχθος.

1121. Blomfieldius in fine huius versus signo interrogandi interpunxit, vix Graece dici existimans τί ἐφημίσω pro ὅ τι ἐφημίσω. In quo erravit. Sophocles Ai. v. 794. ὥςτε μ' ὠδίνειν τί φῄς. Et in Oed. R. v. 71. ὡς πύθοιθ' ὅ τι δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν. V. Prom. v. 492. 494. 624. Sept. c. Th. 631.

1122. In libris hic versus ita scriptus est, νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι. In Farn. adscriptum ἀντὶ μιᾶς, quo νεογνός bisyllabum esse indicatur: versus enim qui in antistropha huic versui respondet, in eo codice sic scriptus est, τίς σε καὶ κακοφρονεῖν. Blomfieldius quum posito in fine praecedentis versus interrogationis signo eiectoque ἀνθρώπων scripsit νεογνὸς ἂν μάθοι, tantum abest ut emendaverit hunc versum, ut magis corruperit. Languet hoc nisi addatur τάδε. Posui, quod scripsisse Aeschylum credibile est,

καὶ παῖς νεόγονος ἂν μάθοι.

1123. πέπληγμαι δ' ὑπὸ Ven. Flor. πέπλημαι δ' ὑπαὶ, cum glossa τέτρωμαι, Farn. πέπληγμαι δ' ὑπαὶ Vict. Omnes δήγματι φοινίῳ. Male Blomfieldius vitium in antistrophico versu esse putavit. Scribendum hic erat δάκει, cuius explicatio est δήγματι, male illa tamen huic loco adhibita. Dixit δάκος eo significatu Oppianus Hal. II. 454. ubi scholiastes recte δῆγμα interpretatur. Zonaras p. 469. δάκος καὶ δάκετα. θηρία ἰοβόλα, ἑρπετά. ἡ εὐθεῖα τὸ δάκος. "ἐμὲ δεῖ φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακηγορίαν." τὸ δὲ δάκετον, παρὰ τὸ δάκνω, δάκνυτον καὶ δάκετον. σημαίνει δὲ τὸ δάκος καὶ δῆγμα, οἷον "σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμορρόον." Eadem fere exstant in Etym. M. p. 245. Prius exemplum Pindari est Pyth. II. 97. alterum Nicandri Ther. v. 282. Tragici quidem, quod sciam, δάκος non dicunt nisi de bellua: idque hic quoque fecit Aeschylus, qui statim explicans, quid dicat φοίνιον δάκος, adiicit δυσαγγεῖ τύχᾳ, eodem modo quo Pindarus κακαγορίαν appellavit δάκος ἀδινόν. Sed non videtur recte hic dici ὑπαὶ δάκει, quumque codices Ven. Flor. ὑπὸ habeant, scripsisse videtur Aeschylus, quod posui,

πέπληγμαι δ' ὅπως δάκει φοινίῳ

1124. 1125. δυσαγγεῖ Flor. Farn. Vict. Canterus et Scaliger emendarunt δυσαλγεῖ. Tum μύνρα κακὰ θρεομένας Farn. μυνρὰ κακὰ θρεομένας Vict. Recentiores emendato accentu μυνρὰ, ut in Ven. est. Deinde θραύματ' Ven. Flor. Vict. quod defendere ausus est Wellauerus. Canterus coniiciebat τραύματ'. Auratus recte θαύματ', idque est in Farn. Blomfieldius, qui eiecit κακά, quod et Schützio et Seidlero de vers. dochm. p. 172. et mihi in Elem. doctr. metr. p. 279. placuerat, ipse secum pugnare videtur, qui modo adnotaverit, in dochmiacis huius scenae syllabas syllabis respondere. In sententia quum nihil reprehendi possit, sive μυνρὰ θρεομένας, sive μυνρὰ κακὰ θρεομένας legitur, solo de metro dubitatio est. Obiter moneo, quod quaerit Blomfieldius, quoniam θροῦμαι inusitatum tragicis dixerim, num usitatum sit θρεῦμαι, parum considerate quaesitum esse: nam θρεῦμαι in Sept. c. Th. v. 78. aliquot codices praebent. Igitur si de metro agitur, neque his, μυνρὰ θρεομένας, credibile est Aeschylum in antistrophico versu opposuisse γοερὰ θανατοφόρα, ultima dochmii soluta, neque si iambico numero scriberet μυνρὰ κακὰ θρεομένας, ultimam posuisse brevem in γοερὰ θανατηφόρα. Atque in antistrophico versu quum vix quicquam, si a dubia tertia in θανατοφόρα discesseris, mutari possit, vitium esse in stropha censendum erit. Quod vitium ortum esse pute ex adscripta interpretatione, quum Aeschylus sic fere scripsisset,

δυσαλγεῖ τύχᾳ, μυνρὰ φοβερόθροα,
θαύματ' ἐμοὶ κλύειν.

Πέπληγμαι ὅπως δάκει φοινίῳ quoniam idem est atque ἐκπλήττομαι, φοβοῦμαι, constructum est cum accusativis.

1126. πόλεος ὀλομένας Porsonus. πόλεος ὀλομένας Ven. et, ut puto, Flor. πόλεος ὀλουμένας Farn. πόλεως ὀλουμένας Vict.

1129. Blomfieldius, quod ei librorum scriptura, *ἐπήρκεσαν*, insolentem visa erat constructionem habere, *ἐπήρκεσεν* edidit. Sed *ἐπαρκεῖν* suppeditandi significatu cum accusativo etiam in prosa oratione construitur.

1130. Blomfieldius, a me in errorem inductus, *τὸ μὴ οὐ* dedit. V. ad Vigerum p. 800. *ἔχει* Canterus, et sic Farn. *ἔχειν* Vict. et sic, ut videtur, Ven. Flor.

1131. Libri *ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ.* Casaubonus aliique certatim *ἐν πέδῳ.* Hoc recepto Blomfieldius ad *βαλῶ* suppleri vult *ἐμαυτήν*, afferens ex Cyclope Euripidis v. 571. *εἰς ὕπνον βαλεῖς.* Legitur ibi

κἂν μὲν σπάσῃ γε δαιτὶ πρὸς πολλῇ πολύν,
τέγξας ἄδιψον νηδύν, εἰς ὕπνον βαλεῖς·
ἢν δ' ἐκλίπῃς τι, ξηρανεῖ σ' ὁ Βάκχιος.

Sed recte Musgravius scribendum censuit *βαλεῖ.* Deinde vero non patet, quomodo *θερμόνους* recte dictum sit, si *ἐν πέδῳ βαλῶ* significet *prosternar:* ita enim *ἡ θερμόνους* dictum oportebat. Quae vox si recte se habet, addi debuit quod facere calente animo posset Cassandra. Vnde conici possit scribendum esse *ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπελῶ σάλῳ*, sive, quod etiam aptius, *θερμόπους.* Lachmannus in libro de choricis systematis p. 106. coniecit *θερμωνάς*, quod significaret *θερμὸν αἷμα.* At ut vox ista, quamvis alibi non inventa, ferri possit, non illa tamen calidum sanguinem esset significatura. Lenissima est Canteri coniectura, *θερμὸν οὖς*, etsi *θερμόνους* per se minime reprehendi potest, dictum illud sic ut in Antigona v. 88. *θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.* Si scripsit poeta ut Cantero visum, locutus est ut Euripides in Bacchis v. 682.

εὖδον δὲ πᾶσαι, κώμασιν παρειμέναι,
αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην,
αἱ δ' ἐν δρυὸς φύλλοισι πρὸς πέδῳ κάρα
εἰκῇ βαλοῦσαι σωφρόνως.

1132. Libri *προτέροις.* Correxit Pauwius.

1133—1135. *καὶ τίς σε καὶ κακοφρονεῖν τίθησι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπιτνῶν* Vict. Secundum *καί*, quod deleri iusseram, omittunt Ven. Flor. in quibus *ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων* scriptum est. Primum delevit Triclinius, cuius foeda interpolatio est in Farn.

τίς σε καὶ κακοφρονεῖν
δαίμων ποιεῖ ὑπερβαρὺς ἐμπιτνῶν.

Apparet cur in strophico versu *νεογνός* bisyllabum esse voluerit. Scribendum esse *κακοφρονῶν* Schützius vidit, cui etiam Triclinianum illud *ὑπερβαρύς* in mentem venerat, quod Blomfieldio paullo melius visum est, non cogitanti quid esset inter has formas discriminis. Non est autem interrogativum *τίς* admittendum, sed, ut Butleri monitu Blomfieldius fecit, *καί τίς σε* scribendum. Itaque sic hi versus scribendi sunt,

καί τίς σε κακοφρονῶν τίθη-
σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων
μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα.

In Farn. scriptum est *θανατηφόρα*. Ceteri *θανατοφόρα*. Lobeckius ad Phryn. p. 651. hanc formam *θανατηφόρος* solam usurpatam esse a veteribus censebat, et utitur ea Aeschylus Choeph. v. 364. Hic altera vera videtur.

1138. *νύμφας* Ven. Flor. Vict. *νύμφ*, eo superscripto compendio quo *ης* significatur, Farn. Restituerat *νύμφης* Porsonus.

1140. *ἐσήξειν* Vict. *ἐς ἥξειν* Flor. Farn. Blomfieldius cum Bothio legendum putat *ἐσάξειν*.

1141. Libri *κλύειν πρὸς αὐγάς*. Schützii coniecturam, *κλύζειν*, receptam a Porsono aliisque, occupaverat Auratus. Erravit autem Auratus, quum *πρὸς ἀκτὰς* scribi volebat, et peius etiam Blomfieldius, cui coniici posse videbatur *πρὸς αὐτάς*. Hoc dicit, *iam vaticinia mea non amplius obscura erunt, sed aperta venient, ut, tamquam unda, hoc malo* (suum dicit) *multo gravius, Agamemnonis caedes, in claram solis lucem proruat.*

1144. *ῥινηλατούσῃ*, ut Auratus coniecerat, Farn. *ῥινηλατούσῃ* Ven. Flor. *ῥινηλατούσης* Vict.

1146. *ξύμφωνος* Ven. *σύμφθογγος* Flor. Incredibilia interpretes quidam hic effuderunt. Tollenda virgula post *σύμφθογγος*. Cohaerent enim *σύμφθογγος οὐκ εὔφωνος*. *Hoc enim tectum*, inquit, *numquam relinquit chorus consonus malis vocibus: non enim fausta canit. Ac profecto humano sanguine, ut audacior fieret, hausto manet in domo non exterminabilis cognatarum festivitas Furiarum, canuntque aedibus assidentes carmine primaevum scelus, per vicesque abominantur torum fratris infestum corruptori.*

1149. Libri *ἐριννύων*.

1150. Libri *δώμασι*.

1151. *πρώταρχον* Farn. Vict. *πρώταρχος* Ven. Flor. Quod Blomfieldius dicit, Pauwium coniungere *ἀπέπτυσαν εὐνὰς ἀδελφοῦ*, sed praestare *ἀπέπτυσαν* absolute vel elliptice sumere, his falsum est. Non Pauwii illud inventum est, sed omissa in editionibus Vict. Cant. Stanl. post *ἀπέπτυσαν* interpunctio etiam qui ante Pauwium fuerunt recte haec accepisse monstrat. In medio autem si dictum esset *ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν*, et *εὐνὰς ἀδελφοῦ* ad explicandam *ἄτην* esset adiectum, mirum in modum frigeret hoc additamentum, nisi saltem *ἐν μέρει τ' ἀπέπτυσαν* scriberetur.

1153. Libri *τηρῶ*. In Farn. glossa *ἐπιτηρῶ*. Primus *θηρῶ* edidit Canterus. Idem invenit Auratus.

1155. *ἐκμαρτύρησον* Ven. Flor. Vict. *καὶ μαρτύρησον* Farn. Deinde omnes *τό μ' εἰδέναι*. In Farn. adscripta glossa *τὸ ἐμέ*. Apertum est aut deesse negationem, aut ineptum esse *λόγῳ*, quod non magis hic referri potest ad *παλαιάς*, quam in Sophoclis Oed. R. v. 1394.

ὦ Πόλυβε, καὶ Κόρινθε, καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώματα,

ubi cum *πάτρια* coniunctum *quae patria dicebamini* significat. Scribendum vero erat, ut Dobraeus quoque Adv. II. p. 25. vidit, *τὸ μὴ εἰδέναι λόγῳ*, quod est *non, ut qui ex aliis acceperunt, parum, sed, ut qui ipsi viderunt, accurate scire.* Euripides Heracl. v. 5. *οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών*, et in fr. 1. Melanippae *Ζεύς, ὅστις ἐστίν, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ κλύων.* Sophocles Phil. v. 676. *λόγῳ μὲν ἐξίκουσ', ὄπωπα δ' οὐ μάλα.* Et Aeschylus supra v. 825. *οὐκ ἄλλων πάρα μαθοῦσ', ἐμαντῆς δυσφόρον λέξω βίον.* Verbum *ἐκμαρτύρησον*, quod proprie de testimonio absentis dicitur, sic accipiendum est ut sit *de absente, quum mortua ero, testare.* *Προὐμόσας* autem dicit, quia nunc iurare, antequam eveniant vaticinia sua, iubet.

1157. Libri *ὅρκος πῆμα.* Aurati emendationem, *ὅρκον πῆγμα*, cum aliis recepit Blomfieldius, spreto, quod Porsonus dedit, *ὅρκος, πῆγμα γενναίως παγέν*, scilicet quia negabat *πῶς ἂν* apud Aeschylum *utinam* significare. At inepte addidisset Aeschylus *γενναίως παγέν*, si quaereret chorus, quid prodesse iusiurandum posset. Hoc potius dicit, *atque utinam iusiurandum firmamentum generose firmatum, medelam afferre possit!* quo indicat, quamvis sanctissimum iusiurandum tamen nihil profuturum esse.

1158. *παιώνιον* Ven. Flor. Vict. *παιώνιος* Farn. Elmsleio teste, non enim adnotavit Bekkerus. Praestat fortasse *παιώνιος.* Deinde *θαυμάζω δέ σε*, ut Blomfieldius ait, scribendum coniecit Auratus.

1159. Permira est Blomfieldii adnotatio, "Elmsleius ad Sophocl. Oed. T. 867. citat *πόντου πέρα τραφεῖσαν*, nescio quare, quum satis recte dicatur *πέραν* pro *κατὰ πέραν*, quae vox occurrit v. 183. *Χαλκίδος πέραν ἔχων.*" Si *πέραν* et illic (v. 178.) et hic substantivum esse putaret, Supplicum v. 249. afferre debebat, *Ἄλις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας.* At *πέραν* in utroque Agamemnonis versu adverbium est, quod hic quidem nullo pacto *πέρα* dici potuit. V. ad Soph. Oed. Col. v. 885. Ceterum inanes interpretum de sequentibus verbis dubitationes iam olim sustuli remota quae post *πόλιν* posita erat virgula. *Miror,* inquit, *te transmarinam de peregrina urbe sic loqui ut si praesens fuisses.*

1161—1164. Hi versus hoc ordine vulgo leguntur,

ΚΛ. μάντις μ' Ἀπόλλων τῷδ' ἐπέστησεν τέλει.
προτοῦ μὲν αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.
ΧΟ. μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος;
ἁβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.

Ordinem a me restitutum, quem res ipsa poscit, secuti sunt Blomfieldius aliique. In Farn. vulgatus ordo est, sed ut ante *προτοῦ* et *βαρύνεται* chori, ante *μῶν* Cassandrae sit nomen adscriptum.

1164. *βαρύνεται* Farn. Quod dictura erat vel certe in mente ha-

bebat Cassandra, nunc se infortunatam et propinquam morti non habere caussam cur celet ista, id chorus occupans dicit *nimirum quivis fastidiosior est, quum prospera gaudet fortuna. At*, inquit Cassandra, tamen, quamvis fastidiosa essem, *ille urgebat, vehementem erga me spirans amorem.* Similiter v. 1194. dicit ἄσπονδον Ἄρην φίλοις πνέουσαν. Non recte Auratus v. 1165. ἐμοῦ vel ἐμὴν scribendum putabat.

1166. Libri ἤλθετον νόμῳ. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. v. 733. et ad Eur. Med. v. 1042. ἠλθέτην scribendum contendit, recte, ut videtur. Sed quod pro νόμῳ coniecit Butlerus, ὁμοῦ, non debebat Blomfieldius recipere. Νόμῳ quid sit declarant haec Homeri Il. IX. 133.

μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι,
ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν,

quae paene iisdem verbis repetuntur v. 275. et XIX. 176.

1170. Libri ἄνακτος. In Farn. glossa ἤγουν πῶς ὀργῆς ἐπειράθης τοῦ Ἀπόλλωνος. Canterus ἄνατος emendavit: item Dawesius Misc. crit. p. 234. (418. ed. Kidd.). Male vero Schaeferus in Melet. crit. p. 137. hunc versum afferens Λοξία exhibuit. Blomfieldius quum legendum censebat Λοξίου κότον, non cogitavit id propter insuavem sonum consulto declinasse poetam videri.

1171. Libri οὐδὲν οὐδέν. Emendavit Canterus.

1175. φροιμίοις ἐφημένους Ven. Flor. et ad ultimam syllabam supra adscripto οις Farn. φροιμίοις ἐφημίοις Vict. Alii alia coniecerunt, quae non est operae pretium commemorare. Apparet vocabulum quod Aeschylus scripserat intercidisse eo quod oculi librarii aberraverunt ad sequentis versus finem. Quid scripserit Aeschylus certo dici non potest: posui quod optimum videretur, φροιμίοις δυςφροιμίοις.

1176. Habent libri μορφώμασιν. Recte autem in edd. vett. interrogandi signum appositum est. Schützio ὁρᾶτε imperativus esse videbatur. Aptior et fortior est ad animos commovendos interrogatio. Nam si iubet videre, spectatores quoque oculos illuc advertunt, quumque nihil conspexerunt, tum demum solam illa fatidicam virginem cernere intelligunt. Si autem interrogat, ipsa quaestio statim prodit ipsam videre quod alii non videant: quo statim horror animos corripit.

1178. Copula nulla posita, quia declarantur praegressa. Male Blomfieldius virgulam posuit post παῖδες. Non enim ὡςπερεί pertinere potest ad θανόντες πρὸς τῶν φίλων, quia in occisis non apparet a quibus sint occisi, sed refertur ad παῖδες, *quasi pueri videntur.* Fregit vim dicti Schützius, vertens *pueri mihi apparent.* Non sibi, sed quisquis illam imaginum umbram cernere possit, pueros videri significat.

1180. γέ pro γέμος Ven.

1182. Aegisthum dicit: vide v. 1571.

1185. Quoniam heri ac domini appellatione usa est, dolens sortem suam regia virgo illud inserit φέρειν γὰρ χρὴ τὸ δούλιον ζυγόν. Farn. δούλειον. Flor. ζυγὸν ex correctione: antea ζυγω.

1186. Libri *νεῶν τ' ἄπαρχος*. Glossa in Farn. *ἄρχων*. Vossius et Schützius *νεῶν δ'*. Id fortasse primo adspectu placeat, sed si accuratius consideres, falsum esse videas. Nam *δέ* posito *γλῶσσα μισητῆς κυνός* sic inferretur ac si iam praegressa esset mentio mulieris. In mente habebat Cassandra dicere *ποινάς φημι βουλεύειν λέοντα ἀναλκιν καὶ μισητὴν κύνα*. Nunc mutata orationis forma copulam tamen retinere debuit. *Ἔπαρχος* primus edidit Canterus. Supremum ducem intelligit. Pro *ἀναστάτης* Spanhemio scribendum videbatur *ἀναστατήρ*, qua forma utitur Aeschylus in Sept. c. Th. v. 999. in Choeph. v. 300.

1187. *εὖ οἶδεν* Farn.

1188. *καὶ κτείνασα* Ven. Farn. Vict. *καἰκτείνασα* Flor. Emendavit Canterus.

1189. Mirum, quod nec Stanleius nec Schützius viderunt *τεύξεται* a *τυγχάνω* dictum esse. Haec enim sententia est, *οὐκ οἶδεν οἷα λέξασα κἀκτείνασα φαιδρόνους τεύξεται αὐτῶν κακῇ τύχῃ*, *consequetur ea, sorte qua non debebat*. Nam *οἷα* quum dicit, mentem et sententiam blandis verbis absconditam dicit, quam non intellexerit Agamemno.

1190. 1191. *τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς* Farn. Vict. *τοιάδε τολμᾶ θῆλυς* Ven. Flor. Elmsleium in Addendis ad Eur. Heracl. v. 387. secutus Blomfieldius post *τολμᾷ* interpunxit. Idem eodem loco Elmsleius, quod *ἐστί* quattuor tantum in exemplis apud tragicos in principio versus ita positum invenisset, legi volebat *τοιαῦτα τολμᾷ· θῆλυς ἄρσενος φονεὺς ἔσται*, vel, quod ei magis Aeschyleum videbatur, *τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς ἄρσενος φονεύς. εἶεν*. At illa languent prae vulgata. Illud autem dubitari potest, an non sit verum *τοιαῦτα*, quod Farn. praebet, sed *τοιάδε*, codicum Ven. Flor. scriptura. Potuit enim Aeschylus scribere

τοιάδε τόλμα θῆλυς ἄρσενος φονεὺς
ἐστιν.

Vidit hoc etiam H. L. Ahrens.

1191. *δυσφιλεὺς* Flor.

1194. *θύουσαν, ἅδου μητέρ'* Vict. *θύουσαν. ἅδου μητέρ'* Ven. Flor. In *ἀσπονδόν τ' ἀρὰν* libri consentiunt. Perinepta quidam de primis verbis excogitarunt. Verissime Stanleius, sublata post *θύουσαν* interpunctione, interpretatus est *furentem Orci*, i. e. necis, *matrem*. Similiter Euripides in Cyclope v. 397. *Ἅιδου μάγειρος*. Matris nomen saepius metaphorae inservit. Euripides Troad. v. 1229. de scuto Hectoris

σύ τ', ὦ πότ' οὖσα καλλίνικε μυρίων
μῆτερ τροπαίων, Ἕκτορος φίλον σάκος,
στεφανοῦ.

Aeschylus Sept. c. Th. v. 207.

πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
μήτηρ, γονῆς σωτῆρος.

Pers. v. 617.

ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
ποτόν, παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε.

Orci matri non dissimile est δίκτυον Ἅιδου supra v. 1074. et Ἅιδου σάκτωρ in Persis v. 903. In fine versus ἀρὰν ut suspectum notavit Porsonus, scribi ille haud dubie volens Ἄρη, quod posui. Et Ἄρην coniecerunt Butlerus et Lobeckius ad Ai. v. 802. p. 352. et nescio quis in libro Raulinsoniano apud Blomfieldium. Naekio, qui in praefatione indicis praelectionum aestivarum Academiae Bonnensis a. 1829. sive Opusc. I. p. 174. ἀρὰν tuendum censuit, verbaque sic interpretatus est, *furiamque implacabilem concitatam in proximos*, non assentior. Nam et ἀρά isto significatu dictum exemplo caret, nec φίλοις πνέουσαν dici potuit nisi addito ad illud verbum aliquo accusativo.

1199. Libri καὶ σὺ μὴν τάχει παρών. Emendarunt Auratus et Casaubonus.

1200. Libri ἄγαν γ'. Deletum γ' a Bothio et Blomfieldio.

1201. Libri παιδίων. Emendavit Schützius.

1202. Coli signo interpungebatur post πέφυκα. Recte Schützius in maiore editione omnem interpunctionem sustulit, sed tamen in interpretatione secutus est vulgatum. Vix credas adeo non percepisse editores magnam illam vim, quae in cumulatione verborum est, ut interpunctionem istam, qua plane enervatur oratio, servarent.

1203. ἐξηκασμένα Ven. Flor. Vict. ἐξεικασμένα Farn.

1206. κοίμησον Ven. Flor. Vict. κοίμισον Farn. ut Casaubonus, Vossius, Pearsonus scribendum putarunt. Non mutandum est κοίμησον, sed non quod κοιμᾶν vetustior forma sit, ut visum est Blomfieldio, qui Callimacho h. Iovis v. 47. male eripuit κοίμισεν.

1207. ἀλλ' οὔτι, ut Canterus scripsit, Flor. Farn. ἀλλ' οὔτοι Vict. et, ut videtur, Ven.

1208. Libri οὐκ εἰ παρέσται γ'. Aurato scribendum videbatur τάδ' ἔσται γ'. Emendavit Schützius.

1209. Libri κατεύχῃ.

1210. τίνος, ut Stanleius scribendum vidit, Ven. Flor. τινὸς male Farn. Vict. Deinde libri ἄχος, quod correxit Auratus.

1211. ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπης, ad ultimam syllabam ab eadem manu ει supra adscripto, Flor. et, ut videtur, Ven. ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπ, supra scripta ης, Farn. ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις Vict. Auratus et Canterus ἀράν. Heathius ἦ κάρτ' ἄγαν vel ἦ κάρτα γοῦν. Musgravium ἦ κάρτ' ὄρον coniecisse scribit Blomfieldius: voluit ἦ κάρθ' ὅρον. Porsonus, ne versus per dipodias incederet, in praef. Hecubae p. XXVIII. ἦ κάρτα χρησμῶν ἄρ' ἐμῶν παρεσκόπεις. Secuti sunt editores Britanni. De numeris dictum est in Elem. doctr. metr. p. 112. Ad verba quod attinet, etsi defendi potest ἄν, ut sensus sit *valde aberrares a dictione mea*, si scilicet a viro quopiam id facinus peragi crederes: ta-

men multo veri similius est non ea particula usam Cassandram finite dicere *valde aberrasti a mente mea.* Itaque *αὖ* scripsi, *iterum.* Vidit hoc etiam Franzius. Exprobrat Cassandra quod et ante non intellexerit chorus de Agamemnone eam loqui et nunc non videat interfectricem esse Clytaemnestram.

1213. *ἐπίσταμαι* Flor. Farn. Vict. *ἐπίσταται* Ven. Porsonus ex Marklandi coniectura ad Iph. Taur. v. 341. *ἐπίστασαι.* Secutus est Blomfieldius. Sed ineptum esset choro dici *Graece scis.* Immo *satis tamen Graece locuta mihi videor* inquit Cassandra. Confirmat etiam responsio chori. Elmsleium, qui *Ἕλλην'* in *ἐμήν* mutari voluerat, satis refutavit Wellauerus.

1214. *δυσπαθῆ* Ven. Flor. Vict. Emendavit Canterus, et videtur *δυσμαθῆ* esse in Farn.

1215. *παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι* Vict. et ut videtur Ven. Flor. Sic etiam Farn. nisi quod *παπαί.* Auratus *ὅσον*, quod arripuit Stanleius, qui *δέ μοι* in *δέμας* mutari voluit. Permirum est Blomfieldii interpunctionem, *παπαῖ· οἷον τὸ πῦρ· ἐπέρχεται δέ μοι;* Wellauero et Scholefieldio, qui tamen interrogationem sustulerunt, probari potuisse. Vellem dixisset Blomfieldius qui sensus quaeve ratio esset istius orationis. Senserat ille partem veri: sed id saltem dici debebat *οἷόν τι πῦρ.* At tam elumbem versum certo non scripsit Aeschylus. Quasi ignem cernere sibi videtur Cassandra, eumque adversus se accedentem: intelligit autem perniciem sibi a Clytaemnestra appropinquantem. Sed id sic dixerat Aeschylus

παπαῖ, τόδ' οἷον πῦρ· ἐπέρχεται δέ μοι.

1217. *δίπους* Vict. *δίπλους* Ven. Flor. et, quod Elmsleius neglexit, Farn.

1220. *κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ* Ven. Flor. Vict. In Flor. ad *μισθὸν* supra scriptum alia manu *μνη*$^{\sigma}$, quod nescio an *μνῆσιν* legi debeat. Auratus *κἀμὲ* et *ποτῷ:* hoc posterius etiam Casaubonus. Scaliger *κἀμοὶ πιστὸν* et *κύτει* vel *μικτὸν* et *ποτῷ.* Alia non magis utilia protulit Wakefieldius in Silva crit. I. p. 15. Quod ego scribendum conieci, *ἐνθήσειν*, confirmavit Farn. *Et quasi medicamentum*, inquit, *parans, mei quoque mercedem se irae admixturam gloriatur, acuens viro ensem, ut pro me adducta rependat caedem.*

1222. Medio huic verbo *ἀντιτίσασθαι* superscriptum *τ* in Farn. notavit Elmsleius, quod quid sit non intelligo, nisi est loco non suo positum *τ'*, ut legi aliquis voluerit *ἐμῆς τ' ἀγωγῆς.* At explicatur hoc versu illud *κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσειν κότῳ.* Blomfieldius edidit *ἀντιτίσεσθαι.*

1225. Recte ad *σὲ μὲν* in Flor. adscriptum *ὦ στολή*, recteque scholion in Farn. *πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐσθῆτα τοῦτο λέγει, σχίζουσα τὰ ἑαυτῆς ἱμάτια.* Aurati coniectura, *σφὲ μέν*, invenit qui eam probarent.

Librorum scripturam servavit quidem Scholefieldius, sed mirabili iudicio Agamemnonem dici putavit. Imitatus est Aeschylum Euripides Troad. v. 451. ubi Cassandra

ὦ στέφη τοῦ φιλτάτου μοι θεῶν, ἀγάλματ᾽ εὔϊα,
χαίρετ᾽· ἐκλέλοιφ᾽ ἑορτάς, αἷς πάροιθ᾽ ἠγαλλόμην.
ἴτ᾽ ἀι᾽ ἐμοῦ χρωτὸς σπαραγμοῖς· ὡς ἔτ᾽ οὖσ᾽ ἁγνὴ χρόα
δῶ θοαῖς αὔραις φέρεσθαι σοὶ τάδ᾽, ὦ μαντεῖ᾽ ἄναξ.

Et v. 256.

ῥῖπτε, τέκνον, ζαθέους
κλῇδας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐν-
δυτῶν στεφέων ἱεροὺς στόλμους.

Omnem hunc Aeschyli locum Canterus in Novis lectionibus III. 9. comparavit cum Statii versibus in Theb. VII. 782. seqq.

1226. ἀγαθὼ δ᾽ ἀμείψομαι Ven. Flor. Vict. nec differt Farn. nisi accentu, ἀγαθώ δ᾽. Adscripta in eo codice glossa, ἀντὶ τοῦ καλλίω. In Ven. ψ in ἀμείψομαι correctum ex β. Scaliger ἀγαθῶν. Auratus et Vossius ἐγὼ δ᾽ ἕως ἄν, vel δ᾽ ἢ ἐγὼ δ᾽. Sic rettulit Spanhemius. Iacobi malam coniecturam, ἴτ᾽ ἐς φθόρον πεσόντα γ᾽· ὧδ᾽ ἀμείψομαι, recepit Blomfieldius. Alii alia coniecerunt, quae non magis probari possunt. Heathius, qui sensum perspexerat, ἐγὼ δ᾽ ἀμείψομαι scribendum putabat, quo se quoque perituram diceret Cassandra. Scholefieldius meam emendationem, nesciens cuius esset, recepit,

ἴτ᾽ ἐς φθόρον πεσόντ᾽· ἐγὼ δ᾽ ἅμ᾽ ἕψομαι.

Communicavi eam ante multos annos in scholis meis cum auditoribus.

1227. Libri ἄλλην τιν᾽ ἄτην. Flor. τίν᾽, accentu retracto. Vossius ἄλλην τιν᾽, ἄλλην. Stanleius ἄτης. Porsonus ἄτης. Schützius ἄταις, quod Blomfieldius recepit. Halmius in Lect. Aesch. I. p. 29. μάντιν τιν᾽ ἄλλην. Defendere conatus est ἄτην Naekius in praefatione illa, cuius ad v. 1194. mentionem feci, ut, quoniam vatum, qui fere mala vaticinari creduntur, ea sors est ut ipsi paene pro caussa malorum habeantur, ἄτην Cassandra dicat eam quae sibi successura sit ita ut ipsa quoque noxa esse existimetur. Nimis haec quaesita explicatio est, multumque, ut mihi videtur, a simplici gravitate Aeschyli aliena. Non dubito quin verum sit ἄτης, in quo acerba inest exprobratio mali ab Apolline dati. Vt πλουτεῖν cum genitivo construitur, ita quidni etiam πλουτίζειν?

1229—1231. ἐπόπτευσας Vict. sed ἐποπτεύσας enotatum ex Ven. Flor. ἐπώπτευσας, ut Heathius scribendum coniecit, Farn. cum interpretatione εἶδες. Intelligebat enim Triclinius ἐποπτεύσας δέ με in ea quidem horum versuum conformatione, quae in libris est, ferri plane non posse. Auratus paullo melius γέ με, haud dubie ille ἐποπτεύσας legens. In proximo versu μετὰ Vict. μέτα codices. Scribendum esse μέγα ad Humboldti interpretationem adnotavi. Deinde interpungitur in edd. vett. φίλων, ὑπ᾽ ἐχθρῶν, οὐ διχορρόπως μάτην. Si se non ambigue frustra derisam dicit ab amicis, qui ei propter praedictionem malorum inimici

fuerint, ea sententia non multum ad rem facit, eoque languet. Non enim hic quod iniuria spreta essent eius vaticinia, sed simpliciter quod spreta et contempta essent queri eam conveniebat. Omnino autem quis non, ubi dixit *ἰδοὺ δ', Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ χρηστηρίαν ἐσθῆτα*, hoc potius eam confirmare, eoque referri *οὐ διχορρόπως* existimabit? At ita *μάτην* adici non potuit. Neque vero adiectum est, si quid video, ab Aeschylo. Nam illa verba, *ἐποπτεύσας δέ με*, aut verbum aliquod, aut nomen, quod pro verbo esset, requirebant. Id autem unius litterae mutatione restituere licet:

ἐποπτεύσας δέ με
κἀν τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μέγα
φίλων ὑπ' ἐχθρῶν, οὐ διχορρόπως ματήρ.

Nam quod me hoc quoque in ornatu valde derisam ab amicis inimicis conspexit, non ambigue eius ornatus vindex est. Hesychius *ματήρ, ἐπίσκοπος, ἐπιζητῶν, ἐρεννητής*, nescio an ex hoc ipso loco, sicut alibi Aeschyleas glossas habet.

1232. 1233. Libri *καλουμένη δὲ φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια, πτωχὸς τάλαινα λιμόθνης ἠνεσχόμην*. Heathius *κἀλωμένη*. Quod ego multis abhinc annis coniiciebam, *κακουμένη*, etiam Tyrwhitto, Musgravio, Butlero placuisse cognovi. Nec profecto male ita scriberetur. Qui vulgatum defendit Blomfieldius, coniiciens ille *φοιβάς*, in quod etiam Spanhemius inciderat, coniungi voluit *καλουμένη ἠνεσχόμην*, quae constructio nulli interpretum perspecta fuerit. Wellauerus constructionem hanc esse putabat, *καλουμένη δὲ φοιτάς, ἠνεσχόμην πτωχός, τάλαινα, λιμοθνὴς οὖσα*. Quam interpretationem non vereor ne quis eo defensum eat, quod Tzetzes in praefatione commentarii in Lycophronem Cassandram a Priamo narrat propter insaniam *ἐς πετρώδροφον οἴκημα* inclusam esse. Elberlingius, iure miratus quod interpretes sibi persuaserint regiae virgini stante adhuc patria periculum fuisse ne fame moreretur, interpungendum censuit *καλουμένη δὲ φοιτάς, ὡς ἀγύρτρια πτωχὸς τάλαινα λιμοθνής, ἠνεσχόμην*, quod vertit *furiosa vocari sustinui, quasi circulatrix essem mendica, misera, fame confecta.* Probari hoc posset, si et *τάλαινα* abesset, quod de circulatrice dictum misere languet, de ipsa autem Cassandra acceptum alieno loco positum est, et verba hoc ordine legerentur, *ὡς πτωχὸς λιμοθνὴς ἀγύρτρια*. Nec leve momentum in eo est quod sic Cassandra de se parum, de circulatrice autem supervacanea praedicaret. Praeterea *τάλαινα* vix illa nisi de se dicere potuit. Sic enim fere ubique hoc nomen doloris significandi caussa orationi inseritur. His ego argumentis motus ita distinxi,

καλουμένη δὲ φοιτάς, ὡς ἀγύρτρια,
πτωχός, τάλαινα, λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.

Sustinui, misera, quasi circulatrix, vocari insana, mendica, fame peritura. Enumerat convicia qualia iaci in circulatrices soleant. Legebatur *λιμόθνης*. Scribendum esse *λιμοθνὴς* monuit Elberlingius.

1236. *ἀντεπίξηνον* Ven. Farn. Vict. *ἄντεπίξηνον* Flor. Glossae in Farn. *ἐναντίον. διάδοχον ἐμοῦ τῆς ξένης.* Legebat igitur interpres alius *ἄντ'*, i. e. *ἄντα*, alius *ἀντεπίξενον.* Spanhemius ut Aurati adnotavit *ἀντ' ἐπιξένοις*, ut Vossii *ἀντεπιξεινον.* Maior Canteri fides, Auratum *ἀντ' ἐπίξηνον* emendasse testanti. *Ἀντὶ βωμοῦ πατρῴου ἐπίξηνον* se exspectare dicit. De eo vocabulo videndus Hemsterhusius ad Luciani Dial. mort. X. 9. p. 371.

1237. Libri *κοπείσης.* Auratus *κοπεῖσαν.* Abreschius et Porsonus *κοπείσῃ*, quod recepit Blomfieldius. Ambiguum est *προσφάγματι* utrum *mihi victimae*, an *percussae iracunda crudeli mactatione* significet. Hoc posterius malo. Euripides Troad. v. 624. *αἰαῖ, τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων.*

1238. *ἄτιμόν γ'* Ven.

1243. Huc revocandum esse hunc versum, qui in libris post v. 1249. intrusus sensum turbabat, hic autem ad sententiam plane necessarius est, ostendi in dissertatione de versibus spuriis apud Aeschylum p. VII. sive in Opusc. vol. II. p. 80. seq. Obsecuti sunt novissimi editores, ut in re apertissima.

1244. *ἄξειν νιν* Vict. *ἄξειν νυν* Flor. *ἄξει νιν* Farn.

1245. Libri *κάτοικος.* Scaliger *κάτοικτος.* Sagacius Auratus *πρόοικος*, ut Blomfieldius refert. Scribendum *μέτοικος.* Respicit quae v. 1234. dixerat: confirmaturque verbis quae sequuntur, *οἳ δ' εἶχον πόλιν*, qui opponuntur *τῇ μετοίκῳ.* Eandem emendationem fecit H. L. Ahrens.

1248. *ἐκ θεῶν* Flor.

1249. Libri *ἰοῦσα πράξω.* Auratus *ἰοῦσα πρόσσω.* Heathius *ἰοῦσα κἀγώ*, quod recepit Schützius. Iacobsius ad Anthol. vol. III. t. I. p. 111. *ἰοῦσ' ἅπαξ ὀτλήσομαι τὸ κατθανεῖν*, numero pravo nec verbo accommodato. Prorsus admitti non potest quod P. Camperus ad Eur. El. p. 431. manifestum esse ait tragicum dedisse, *ἰδοῦσ' ἃ πράξω.* Id ne Graecum quidem est. Nihil mutandum est. *Πράξω* refertur ad sequens *τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.* Ita locutus est Aeschylus etiam v. 1640.

πρᾶσσε, πιαίνου, μιαίνων τὴν δίκην, ἐπεὶ πάρα.

1250. Libri *τὰς λέχω.* Emendarunt Auratus et Canterus.

1254. *πολλὰ δ' αὖ σοφὴ* Farn. Vict. *πολλὰ δὲ σοφὴ* Ven. Flor.

1255. *ἔκτεινας* Ven.

1258. *οὐ ξένοι χρόνῳ πλέω* Flor. Vict. *οὔ ξένοι χρόνῳ πλέω* Ven. *οὔ. ξένοι. χρόνῳ πλέῳ* Farn. *ὦ ξένοι* Casaubonus, Pearsonus, Schützius, Blomfieldius. Auratus *πλέων*, in quod etiam Pearsonus incidit. Aliorum inutiles coniecturas memoravit Wellauerus, qui illud *χρόνῳ πλέων* recepit. At languidum est *πλέων*, quod si ponere volebat Aeschylus, dicere debebat *ἄλυξίς ἐστιν οὐ πλέων χρόνῳ, ξένοι*, nec satis apta est responsio ad ea quae dixerat chorus, praesertim graviter repetita negatione. Si cunctando nihil se proficere diceret Cassandra, omisisset.

opinor, illud πλέων, satisque habuisset dicere οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὔ, ξένοι, χρόνῳ. Non πλέω corrigendum erat, sed χρόνῳ mutandum in χρόνον.

1259. Schützius coniecerat τῷ χρόνῳ. Elberlingius ὁ ὕστατος τοῦ χρόνου fere idem quod ὁ ὕστατος χρόνος significare vult, sicuti τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου dixerit Herodotus, comparatque illud in Choeph. v. 621. κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Δίμιτον λόγῳ. Videtur id iam Stanleio in mentem venisse, hanc interpretationem afferenti una cum altera, qua ὁ ὕστατος homo intelligitur: quam quum vituperavit Elberlingius, non ipsam debebat interpretationem reprehendere, sed quod eam interpretes fere obscuris parumque aptis verbis enuntiarunt. Mihi illa ut simplicior, ita verior videtur. Sensum aeque et constructionem optime declares Graece: ὁ δ' ὕστατός γε τοῦ χρόνου μακαρίζεται, *ultimus antefertur propter dilationem.*

1262. 1263. Hi versus in libris inverso ordine leguntur, servatis vicibus personarum, hoc modo, ΚΛΥ. οὐδεὶς ἀκούει — ΧΟΡ. ἀλλ' εὐκλεῶς τοι. Verum ordinem restituit Heathius.

1264. Libri τῶν τε γενναίων τέκνων. Recte Auratus σῶν, quod suum fecit Stanleius. Haec ubi dixit Cassandra, pergens versus aedes regias subito retinet gressum atque avertit se.

1268. φόβον Ven. Flor. Vict. Sic etiam Farn. sed ad β supra adscripto ν. Ac φόνον scribendum esse viderunt Auratus et Canterus.

1269. Libri καὶ πῶς τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων; Primus Pauwius καὶ πῶς; τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων. Dobraeus ad Aristoph. Plut. v. 1021. p. 129. τάδ' ὄζει coniiciebat, καὶ πῶς sic nude positum afferens ex Choeph. v. 763. et Euripidis Or. v. 1110. Formula haec mirantis est.

1275. 1276. Libri οὗτοι δυσοίζω θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ. ἀλλ' ὡς θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε. Monui in adnotatione ad interpretationem Humboldti haec sic scribenda esse,

οὗτοι δυσοίζω θάμνον ὡς ὄρνις φόβῳ
ἄλλως· θανούσῃ μαρτυρεῖτε μοι τόδε.

Non ego, inquit, *ut avis virgultum, prae timore frustra metuo: testamini hoc mortuae, quum mulier pro me muliere et vir pro infausti connubii viro ceciderit.* Scholiastes οὐ δυσχεραίνω, φησίν, ὡς ὄρνις θέλουσα εἰς καλιὰν εἰσελθεῖν καὶ θηρά τινα φοβουμένη. Hesychius δυσοίζει, δυσχερεῖ (scr. δυσχεραίνει), ὑπονοεῖ. Λάκωνες. Et δυσοίζειν, φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν. Et δυσοίζον, οἰωνιζομένον καὶ ἄγαν ὑποπτεύοντος. Idem ἐδέδυσα (sic), ὑπενόησα. Metuendi significatu dicitur hoc verbum in Rheso v. 724. 805. Avis circumspectans intelligitur, cauteque intrans in virgulta.

1278. Ambigitur sitne nominativus δυσδάμαρτος, ut Aegisthum, an genitivus, ut Agamemnonem dicat. Vt nominativum Scottus in appendicem Thesauri Stephaniani rettulit. Genitivum esse iudicarunt Stanleius.

Schützius, Blomfieldius, alii. Recte, mea sententia. Nam non solum illis, γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ, aptius opponitur δυςδάμαρτος ἀντ' ἀνδρός, sed etiam Aegisthus, quia moechus, non maritus Clytaemnestrae est, neque per mulieris istius malitiam, sed propter proprium flagitium perit, perperam ita appellaretur: quod contra in Agamemnonem optime quadrat hoc nomen, ut et maritum et fraude morientem uxoris.

1279. Hesychius ἐπιξενοῦσθαι, μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι. Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις. Apollonius in Lexico Homerico ξεινοδόκος, ξενοδόχος, ὁ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενος. ὁ δὲ Πίνδαρος (fr. 278. Boeckh.) "ξεινοδόκησέν τε δαίμων," ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε. καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ (XVIII. 64.) "ξεινοδόκος μὲν ἐγώ" ἔδοξέ τισι λέγειν. φησὶ γοῦν Σιμωνίδης (p. 82. Schneidew.) "ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λαμπρός," ἀντὶ τοῦ μαρτύρων. Conf. Etym. M. p. 610, 44.

1281. 1282. Vulgo legebatur ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω ἐμὸν τὸν αὐτῆς. In Ven. ἔξ pro ἔτ' scriptum est. Quod Elmsleii monitu pro αὐτῆς, quod Vict. habet, restituit Blomfieldius, αὐτῆς, praebent codices, consentientes cum Vict. in ῥῆσιν ἢ θρῆνον. Quod in adnotatione ad versionem Humboldti scribendum esse censebam, ῥύσιον θρῆνον, quem locum hic habeat videre se negat Blomfieldius, non cogitans id me *vindicem questum* voluisse intelligi. Ipse igitur vulgatae, opinor, scripturae tuendae affert illud in Suppl. v. 260. μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις. At ῥῆσιν quin dicere Aeschylo licuerit, quis dubitabit? Illud quaerendum erat, ecquem, qui poeta esset, tam languidam ac plane stultam verborum consociationem, quam illud ῥῆσιν ἢ θρῆνον est, non puduisset. Tueri si ῥῆσιν volebat, scribere debebat

ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν, οὐ θρῆνον θέλω
ἐμὸν τὸν αὐτῆς.

Idque ut facillimum et aptissimum posui.

1282—1286. Libri ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι πρὸς ὕστατον φῶς τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ, δούλης θανούσης εὐμαροῦς χειρώματος. Auratus, Scaliger, Vossius male ὁμὰ pro ὁμοῦ. Ego in adnotatione ad Humboldti interpretationem coniiciebam ἐμοῦ. Blomfieldius plana constructione edidit τοῦ ἐμοῦ τιμαόρους ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ, δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειρώματος. Planior etiam et elegantior esset constructio, si interpunctiones omisisset. Scholefieldius Pearsoni coniecturam recepit, τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ἐχθροὺς φονεῦσι τοὺς ἐμοὺς τίνειν ὁμοῦ, δούλης θανούσης, εὐμάρους χειρώματος. Id interpretatur *ut simul inimici mei solvant poenas ultoribus meis occidentibus eos.* Sed id nemo non videt quam durum sit et inscite dictum. Mihi aliter iudicandum videtur. Intelligi quidem possunt quae hic scripta habemus, si ex φονεῦσι repetatur αὐτούς, quamquam apertior esset constructio σφ' ante ὁμοῦ inserto, hoc sensu, *precor, ut ultoribus meis, qui inimici sunt meis occi-*

soribus, hi simul luant pro servae facili caede. Sed sententia illa habet quo displiceat. Nam sic ὁμοῦ vix potest aliter accipi, quam ut simul cum caede Agamemnonis etiam Cassandrae illi interfectionem luant. At id, si propter Agamemnonem punientur, sponte consequetur: ut ineptum sit Cassandram, quum iam introitura erat, rursum se convertere ad chorum et, quasi magnum quid et memorabile dictura esset, proferre quod dici non erat operae pretium. Immo aliud, opinor, in mente habebat summus poeta: fatidicam virginem, quod paullo ante obscurius significaverat, id nunc eam gravius, atque ita uti eventurum atque in proxima fabula appariturum erat, praedicere volebat: id erat autem, precari Cassandram ut ambo, Clytaemnestra atque Aegisthus, una eodem capti dolo ab Oreste et Electra occiderentur. Quare non dubito quin versus exciderit, in cuius fine erat ὁμοῦ, quod librarii, omisso per errorem eo versu, transtulerunt in finem proximi versus, ubi scriptum erat simile vocabulum ἐμοῦ. Neque vero suos ultores recte diceret Cassandra: non enim ipsam, sed Agamemnonem vindicaturi venient. Quare illud τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ortum esse videtur ex eo quod mox in eodem versus loco sequitur τοῖς ἐμοῖς, ab Aeschylo autem haec tali fere modo scripta esse puto,

ἡλίῳ δ᾽ ἐπεύχομαι
πρὸς ὕστατον φῶς, βασιλέως τιμαόρους
ἴσας δίκας φανέντας ἀσκεύοις ὁμοῦ
ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ἐμοῦ
δούλης θανούσης εὐμαροῦς χειρώματος.

Etenim Hesychius hanc vocem ἀσκεύοις ex Agamemnone attulit, cuius glossa apertum est quam accommodata sit huic loco, ἀσκεύοις, ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.

1288. Libri σκιά τις ἀντρέψειεν. Porsonus, ἄν deesse videns, ἂν τρέψειεν, quod ab aliis receptum est, et mox δυςτυχεῖ edidit, quod Blomfieldius δυςτυχοῖ scripsit. Vict. δυςτυχῇ. Recte vero codices δυςτυχῇ, quod post Wellauerum, hanc vulgatam scripturam esse ratum, edidit Scholefieldius. Sed in prioribus verbis qui sensus requireretur Boissonadus vidit, qui recte scripsit ἂν πρέψειεν. Rarior est hic aoristus. Sed Photius πρέψαι, inquit, τὸ ὁμοιῶσαι. Αἰσχύλος. Hesychius πρέψας, εἰκασμένος, εἰκασθείς.

1289. βουλαῖς Ven. Deinde libri ὤλεσε.

1290. Multum a vero aberrarunt interpretes ii qui ταῦτα ad postrema illa, τὰ δυςτυχῆ, rettulerunt: quorum Schützius magis dolere deleta malorum memoria Cassandram putavit, quia, si altius animis hominum inhaereret, melius ad sapientiam ea uterentur; Gallicus autem interpres, De la Porte du Theil, ita interpretatur, *toutefois, leur bonheur fait plus de pitié que leur malheur,* Scholefieldius denique, dubius haerens, hoc magis deplorari coniicit, si quis ex adversis ad secundas res transierit. Nihil horum in mentem venerat Aeschylo. Verum hic quidem

Butlerus vidit, *ταῦτα* ad utrumque illud, quod et felicitas hominum vanum simulacrum est et infortunii subito exstinguitur memoria, *ἐκείνοι* autem ad ipsius Cassandrae sortem pertinere.

1291. *πράσσειν* Porsonus. Libri *πράττειν*.

1292. Libri *βροτοῖς*. Emendavit Pauwius. Deinde libri *δακτυλοδεικτῶν δ'*. Perverso sensu Blomfieldius cum Casaubono *δακτυλόδεικτον δ'*. Recte Schützius in minore editione *δακτυλοδείκτων δ'*.

1294. Libri *μηκέτι δ' εἰσέλθῃς, τάδε φωνῶν*. Meam emendationem, *μηκέτ' ἐσέλθῃς τάδε, φωνῶν*, receperunt Wellauerus et Scholefieldius, tum etiam Blomfieldius, sed ille *τάδε φωνῶν* Dobraei monitu rectius coniungens: quamquam id eo quidem non efficitur, quod in Choeph. v. 310. ita dicitur, *δρασάντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ*. Sententiam illustravit Lobeckius Aglaoph. p. 1239.

1296. Excidit post *Πριάμου* aliquid, fortasse *διὰ παντός*, ut est in Choeph. v. 847.

ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
οἴκων ὄλεθρον διὰ παντός.

Respondent enim inter se duo systemata.

1299. Canterus, *κτανοῦσι* coniiciens, saltem *κανοῦσι* debebat. Nihil vero mutandum. *Nunc*, inquit, *si ille priorum sanguinem luit, et mortuis* (Iphigeniae) *moriendo aliarum mortium* (suae ipsius) *poenas adducit, quis haec audiens se innoxio genio natum censebit?*

1300. *ποινὰς θανάτων ἄγαν ἐπικρανεῖ*. Quod ego scribendum monui,

ποινὰς θανάτων ἐπικραίνει,

firmatur eo quod *ἄγαν* deest in Ven. Flor. Blomfieldius tamen cum H. Vossio edidit *ἄιαν τε κρανεῖ*, non de nihilo illud *ἄγαν* irrepsisse ratus. Profecto non de nihilo: nam Triclinius vel alius metrorum studiosus addidit, quod hominum genus et v. 1294. et ubique paroemiacos, qui non in ipso fine totius anapaesticae orationis sunt, in versus acatalectos mutare consuevit. In *ἐπικρανεῖ* autem, quod libri habent, penultima syllaba nullo modo produci potest.

1301. Libri *τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν*. Porsonus ad Aristoph. Eccl. v. 363. *τίς ἂν οὖν*, quod Scholefieldius ut e malis minimum se recepisse dicit. Malum profecto est. Canterus *τίς ἂν οὐκ εὔξαιτο*, quod recepit Blomfieldius. Et hoc quidem maius malum est: nam omnes, etiam qui nihil umquam de Agamemnonia domo inaudiverunt, innocua fortuna nati esse optant. Reisigii decretis addictus Ritschelius in Schedis criticis p. 38. *τίς ἄγαν εὔξαιτο* coniiciebat. Scribendum erat *τίς ποτ' ἂν εὔξαιτο βροτῶν*. Vidit hoc etiam E. A. I. Ahrens. Plerumque *ποτέ* in initio orationis, rarius in apodosi invenitur, ut in Sophoclis Trach. v. 1230.

οἴ μοι, τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν·
τὸ δ' ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα τίς ποτ' ἂν φέροι;

1303. Libri hic et v. 1305. *ὤμοι*, quod revocavit Blomfieldius.

Inde a Stanleio ὤμοι scribi coeptum. Diversae de οἴμοι, ὤμοι, ὦμοι sententiae et grammaticorum sunt et recentiorum criticorum. V. ad Soph. Oed. Col. v. 824. Subtiliter de his disputavit Reisigius in Enarratione Oed. Col. p. CXVII. Si quid est inter ὤμοι et ὦμοι discriminis, hoc esse puto, ut ὤμοι doloris sit, ὦμοι rei malae eiusque inopinatae. Quare libros sequendos duxi. Ceterum Blomfieldius, librorum scripturam, ὦμοι. πέπληγμαι καρίαν πληγὴν ἔσω, miserabiliter frigere ratus, scripsit ὦμοι, πέπληγμαι· καρίαν πληγὴν ἔχω. Vereor ne illud alii de emendatione ista dicant. Euripides Hel. v. 356. αὐτοσίδαρον ἔσω πελάσω διὰ σαρκὸς ἅμιλλαν.

1304. Huic versui et versui 1306. tum a versu 1308. singulis distichis praefixa est in editionibus veteribus nota hemichorii, sed in codicibus Ven. Flor. Farn. ubique chori nomen adscriptum est. Ostendi in dissertatione prima de choro Eumenidum p. 9. sive in Opusc. II. p. 130. haec a singulis quindecim senibus, ex quibus compositus erat chorus, recitari. Initium fit ratione quadam epodica, ut trimeter Agamemnonis et qui eum sequitur trochaicus chorici senis pro stropha, et statim eadem metra pro antistropha sint, quas tertii senis trochaicus epodi loco sequatur. Ex ea re intelligi potest stetisse chorum κατὰ ζυγά, certe quo tempore clamantem audit Agamemnonem. Apte comparari potest adnotatio haec scholiastae Aristophanis ad Acharn. v. 203. γέγραπται δὲ τὸ μέτρον τροχαϊκόν, πρόσφορον τῇ τῶν διωκόντων γερόντων σπουδῇ. ταῦτα δὲ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ τῶν δραμάτων ποιηταὶ κωμικοὶ καὶ τραγικοί, ἐπειδὰν δρομαίως εἰςάγωσι τοὺς χορούς, ἵνα ὁ λόγος συντρέχῃ τῷ δράματι. Approbarunt propositas a me distinctiones novissimi editores. Sed Odofredus Müllerus sua quadam ratione operam dedit ut duodecim chori personas esse doceret, refragante et re ipsa et testimonio scholiastae Aristophanis ad Equitum v. 586. Voluit enim γεροντσίαν quandam hic introduci: de quo commento, quod fictum est pro arbitrio, dixi in Opusc. VI. 2. p. 136. seq. Qui similiter de hac scena statuit, Ferdinandus Bambergerus in dissertatione de carminibus Aeschyli a partibus chori cantatis, Marburgi a. 1832. edita, scite animadvertit p. 55. ex distichis illis, quae inde a v. 1308. sequuntur, secundo tertium, quarto quintum, sexto septimum, octavo nonum, decimo undecimum respondere. Nisi falsa opinione praepeditus fuisset, suspicatus esset ζυγὰ hunc in modum disposita fuisse,

β'. α'. γ'.
ε'. δ'. ϛ'.
ζ'. ιγ'. η'.
θ'. ιδ'. ι'.
ια'. ιε'. ιβ'.

1305. Male Stanleius post ὤμοι interpunxerat. Correxit Blomfieldius.

1306. τοὔργον εἰργᾶσθαι Farn. Deinde idem et Ven. οἰμώγμα-

σιν. Flor. Vict. *οἰμώγματι.* Hoc servandum duxi, quum verisimilius sit grammaticorum subtilitati deberi pluralem, quod bis exclamasset Agamemno.

1307. Libri *ἀλλὰ κοινωσώμεθ' ἄν πως.* Porsonus *ἀλλὰ κοινωσαίμεθ' ἄν πως*, quod Blomfieldius tolerabilius reddere studuit *ἄν πῶς* scribens apponensque in fine versus signum interrogationis. Secutus est Scholefieldius, sed tamen ut dubitaret an *αὔτως* esset scribendum. Alii alia coniecerunt. Scribendum erat *ἀλλὰ κοινωσώμεθ' ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.* In eandem sententiam incidisse videtur G. Bernhardy in Syntaxi Graeca p. 331.

1311. *σὺν νεορρύτῳ* Ven. Flor. Farn. *ξὺν νεοῤῥύτῳ* Vict. Blomfieldius suspicari aliquem posse ait *νεορράντῳ.* Wellauerum, qui choreutarum gladios intelligendos putabat, reprehendit Scholefieldius, Clytaemnestrae gladium recte intelligens: sed fallitur recenti caede madidum cum alis interpretans, nec videns, quod viderat Humboldti interpretationem secutus Wellauerus, *νεόρροντον* longa *υ* dici gladium modo e vagina extractum.

1316. *οἱ δὲ μελλούσης* Farn. Vict. Glossa in Farn. *τυραννίδος δηλονότι.* Paullo propius verum Ven. Flor. *οἱ δὲ τῆς μελλούσης.* Legendum esse *οἱ δὲ τῆς μελλοῦς* ostendunt Tryphonis verba in libello de tropis in Museo crit. Cantabr. I. p. 49. et in Museo crit. Vratisl. I. p. 10. *κατὰ παρωνομασίαν, ὡς χρυσὸ ἀπὸ χρυσοῦ, οὕτως ὠνόμασται καὶ παρ' Αἰσχύλῳ μελλώ· "χρονίζομεν ὧδε, τῆς μελλοῦς χάριν."* In Manuelis Moschopuli Opusc. p. 78. *ὡς καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ὠνόμασται· "χρονίζομεν ὧδε, τῆς μελλοῦς χάριν."* Non male hoc auctore *χάριν* legeretur pro *κλέος*, quod Aeschylei libri habent.

1317. Libri *πέδον πατοῦντες.* In adnotatione ad Humboldti interpretationem poni iusseram *πεδοῖ*, quod *πέδοι* scribendum esse nunc ex Ioannis Alexandrini *τυρικοῖς παραγγέλμασι* p. 36, 8. constat. Blomfieldius et Wellauerus quum tuendae librorum scripturae illud in Choephoris v. 631. adhibuerunt *τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ λᾶξ πέδον πατούμενον*, corrupta corruptis defenderunt. Constructionem quidem illam duplicis accusativi Graecam esse nemo hodie nescit, sed quae sunt eius exempla si quis cum hoc conferat, vereor ne deprehendat valde esse dissimilia: ut quod supra v. 781. scriptum est, *Ἴλιον φθορὰς ψήφους ἔθεντο.* Nam in his qui proprie cum verbo coniungitur accusativus etiam proprie est intelligendus: ex quo consequitur *πέδον πατεῖν* vix aliud significaturum esse quam *in terra incedere:* ut recte dicatur *ὁδὸν* vel *πορείαν πέδον πατεῖν.* Sed ubi de conculcando et proterendo sermo est, aliud exspectes loquendi genus. Atque, ut quis in Agamemnone *πέδον* ferat, difficilius id feretur in nominativorum constructione, quae est in Choephoris. *καθεύδουσι* Flor. Sed ceteri *καθεύδουσιν.*

1319. Libri *τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρι.* Miratus Blomfieldius, quod interpretes in loco satis aperto haesissent, constructio-

nem esse putabat hanc, *ἐστὶ καὶ τὸ βουλεῦσαι περὶ τοῦ δρῶντος, quoniam mortuo succurrere non possumus, at saltim de interfectoribus eius consilium incamus:* idque confirmari censebat iis quae proximus senex dicit. Mirum vero, hoc probatum esse a Wellauero. Si sana est librorum scriptura, haud dubie vera est Scholefieldii interpretatio, *qui aliquid facturus sit, eum etiam deliberare decet de re gerenda.* Conferri ille iubet adnotata sua ad Hecubae v. 502. cuius libri mihi non est copia: sed quod ibi legitur, *Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα*, valde diversum est, ut per tmesin dictum. Apud Aeschylum si *πέρι* refertur ad intellectum *τοῦ δρᾶν* vel *δρωμένου*, insolentior videtur haec ratio loquendi et quae vix defendi possit. G. Bernhardy quum in Syntaxi Graeca p. 260. suspicabatur lucem afferri huic particulae usui posse ex illo Theognidis v. 117.

κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος,

miscuit incomparabilia. Recte vero videtur Schützius in minore editione *πέρι* in *πέρα* mutavisse. Coniiciat quis forsitan *πάρος*: sed aptius esse *πέρα* monstrat responsio alterius.

1322. Libri *κτείνοντες*, quod in Farn. ita explicare studuit interpres, *ἤγουν τρόπον τινὰ τῷ θανάτῳ παραδιδόντες τὴν ζωὴν ἡμῶν.* Sed nemo non probavit Canteri emendationem *τείνοντες.*

1324. Libri *κράτει.* Correxit Casaubonus.

1327. *μαντευσόμεθα* Flor.

1328. Libri *μυθοῦσθαι*, quod Schneiderus in Lexico pro *μυθεῖσθαι* vitiose scriptum putabat. Incredibile est non offendisse in inaudito verbo criticos, nec vidisse nihil illud nisi antiquum errorem esse librarii *θυμοῦσθαι* scribere debentis. Vidit hoc etiam E. A. I. Ahrens.

1330. Libri *πληθύνομαι.* Porsonus *πληθύομαι*, quem non secuti sunt Blomfieldius et Scholefieldius, quod *πληθύειν* breve *υ* habere ex Persarum v. 416. appareat. Sensus verborum hic est, *undique conveniunt mihi argumenta, ut hanc sententiam probem, certo cognoscendum esse quid agat Atrides.* Monet autem res ipsa, ut eum qui haec loquitur coryphaeum esse statuamus, qui se ducem praebeat choro in aedes irrupturo.

1332. Tractis tabulatis conspicitur Clytaemnestra in conclavi stans ad corpus Agamemnonis. *πάροιθε* Porsonus scripsit: sed *πάροιθεν* habent Ven. Farn. Vict. et, ut videtur, etiam Flor.

1334—1336. Legebatur *πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον φράξειεν, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος;* Auratus *πημονῆς ἀρκύστατον* scribendum coniecit. Blomfieldius cum Elmsleio ad Med. v. 416. p. 150. *ἀρκύστατ' ἂν* scripsit, semper Graecos plurali *ἀρκύστατα* uti dicens, suspectumque habens Euripidis in Oreste v. 1420. *ἀρκυστάταν μηχανάν.* At *ἀρκύστατος* adiectivum est, ex quo patet cur retia ipsa plurali numero *ἀρκύστατα*

dicantur: ut propter hanc quidem caussam recte videatur dicere poeta potuisse *πημονὴν ἀρκύστατον*. Recte tamen Elmsleius *ἀρκύσταί᾽ ἂν* scribi iussit: sed praetervidit non perfectam eo esse horum versuum emendationem. Nam si ita, ut voluit Elmsleius, Aeschylus scripsisset, hoc diceret, *quomodo enim quis inimicis insuperabilia retia pararet?* At hoc parum aptum esset, quia sententia non integra esset, sed referretur ad id quod non est dictum, *nisi faceret quod ego feci, ut alia diceret quam sentiret.* Multo graviorem et aptiorem orationem unius litterae mutatione restituendam esse putavi,

πᾶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις
δοκοῦσιν εἶναι, πημονῆς ἀρκύστατ᾽ ἂν
φράξειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος.

Male post *φράξειεν* virgula ponitur: nam ad *φράξειεν* alter accusativus, *ὕψος*, modum rei describens, adiungitur. Quod Halmius in Lect. Aesch. I. pagina ultima coniecit, *ὕψος κρείσσον᾽ ἐκπηδήματος*, minus poetice dictum est.

1338. Libri *νίκης*. Recte Heathius *νείκης*, quod vocabulum Suidas atque Etym. M. p. 276, 3. *φιλονεικία* interpretantur. Neque dubia vox videri debebat Blomfieldio, quum Etymologicum diserte doceat ex *νεῖκος* factam cum diphthongo scribi.

1339. *ἔπεσ᾽* Vict. et, ut videtur, Flor. Quod Scaliger scribendum vidit, *ἔπαισ᾽*, est in Ven. Farn.

1341. *ἀμύνεσθαι* Vict. *ἀμύνασθαι* Ven. Flor. Farn. Illud praestat.

1343. *περιστιχίζων* Ven. *περιστοιχίζων* Flor. *περιστοιχίζω* Vict. *περιστιχίζω* Farn. ut Auratus et Canterus emendaverunt.

1344. Illo *παίω δέ νιν δίς* respicitur ad v. 1303. 1305. Deinde libri *κἀν δυοῖν ὀλμώγμασιν*. Verissimum esse puto, quod Elmsleius ad Med. v. 798. p. 203. significat, scribendum esse *ὀλμωγμάτοιν*, docens ille *δύο* quidem, sed non *δυοῖν* cum alio pluralis numeri nomine consociari. Quod est de tragicis et ceteris antiquioribus scriptoribus intelligendum. Recentiores enim minus in hoc genere videntur diligentes fuisse: vide Göttlingium ad Theodosium p. 212. seq. quem Aristophanis et Demosthenis auctoritate uti non debuisse G. Dindorfius et Schaeferus animadverterunt.

1345. Libri *αὐτοῦ*, quod Wellauerus et Scholefieldius cum Is. Vossio in *αὐτοῦ* mutarunt. Defendit *αὐτοῦ* Blomfieldius, sed male, qui sic intelligi verba velit, *κῶλα αὐτοῦ μεθῆκεν αὐτόν*. Immo *αὐτοῦ* est *illico*, *κῶλα* autem accusativus. Euripides Hipp. v. 356. *ῥίψω, μεθήσω᾽ σῶμ᾽ · ἀπαλλαχθήσομαι βίου θανοῦσα.*

1348. Libri *αὐτοῦ*. Emendavit Schützius. Deinde libri *ὁρμαίνει*, quod ne Porsonus quidem obelo notavit. At hoc verbum quum per se suspectum esse debebat, ut quod tragici epicis reliquerint, neque quisquam eorum usurpasse reperiatur nisi Aeschylus valde dubio loco in Sept. adv. Theb. v. 375. tum multo minus hic propter significationem, quam

habere deberet, ferri potest. Certo non scripsit Aeschylus *ὁρμαίνει*, sed verbo usus est cuius vim recte expressit Stanleius *evomit* vertens. Eum iniuria vituperavit Blomfieldius, qui vulgatum interpretatur *aestuat animo*. Quid? is, cui modo membra soluta esse duobus ictibus percusso dicta sunt, reviviscat et aestuet animo? Apertum esse arbitror vel propter *οὕτω*, sententiam non posse aliam esse quam *sic ille animam efflavit*. Scribendum putavi *ὀργάνει*. Videtur enim ad hunc versum pertinere quod apud Hesychium post vocabulum *ὀρτός* scriptum est, *ὀργάνει, ἐρεύγεται*.

1351. 1352. Libri *χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον ἢ διὸς νότῳ γᾶν, εἰ σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν*, nisi quod *γᾶν. εἰ σπόρητος* habent Flor. Farn. *γαν' εἰ σπόρητος* Ven. Eam comparationem ne sic quidem scriptis verbis satis absurdam vocare debebat Valckenarius in Diatr. de fragm. Eur. p. 52. Sed eximia emendatione Porsonus in Porsonianis Kiddii p. 210. *οὐδὲν ἧσσον ἢ διοςδότῳ γάνει σπορητός*, quod merito receperunt Blomfieldius et Scholefieldius. De accentu nominum quale est *σπορητός* diversae sunt grammaticorum sententiae: v. Valcken. ad Ammonium p. 15.

1355. Libri *εἰ δ' ἦν πρεπόντων*. Quod Fr. A. Wolfius ad Demosth. or. in Lept. p. 217. existimabat, *ἦν πρεπόντων* pro *ἦν πρέπον* vel *ἔπρεπε* dictum esse eo modo quo *τῶν ἀδίκων ἐστίν* et similia, falsum esse intellexerunt Blomfieldius et Wellauerus, articulo in ea formula opus esse videntes, probavitque horum sententiam non sine quadam acerbitate in Wolfium Schaeferus ad Demosthenem vol. III. p. 69. Recte se haberet *πρεπόντων*, si masculino, non neutro genere dictum esset referreturque ad Clytaemnestram et Aegisthum: ut si Latine, quoniam *decentium* non licet, sic diceres, *quod si honestorum esset libere propter occisum*. *Πρέποντας* recte sic dici, ut intelligantur *οἷς πρέπει*, ostendit illud in Sophoclis Oedipo rege v. 9. *ἀλλ', ὦ γεραιέ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς πρὸ τῶνδε φωνεῖν*. Imitati id sunt recentiores. Memoravit Stephanus in Thesauro Plutarchi hoc in Poplicola c. 17. *ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι πρέποντος*. Ad quem locum Schaeferus ab eodem Stephano *ἔπρεπεν ἑστάναι* ex epitaphio Callimachi afferri rettulit. Quaeras quod hoc sit aut cuius epitaphium Callimachi. Calchantis filii Porphyrii athletae, qui etiam Calliopus dictus est, videtur epitaphium esse, primum epigrammatum in statuas athletarum, quorum in hunc plurima sunt, in Brunckii Anal. t. III. p. 17. sive Anthol. Planud. V. 2, ep. 1. Anth. Pal. vol. II. p. 727.

ἔπρεπε μὴν χρυσέῳ ἐν ἀγάλματι, μηδ' ἐνὶ χαλκῷ
τοῦτον τοῖς ἄλλοις εἴκελον ἑστάμεναι.

Sic ipse edidit Stephanus, *μὴν* pro *μιν* scribens, non recte. Patet vero, si hoc epigramma in Thesauro in mente habuit, memoria falsum esse. Aeschylus autem si illo modo uti voluisset hoc vocabulo, dicturus potius fuisse videtur *εἰ δ' ἦμεν πρέποντες*. Quod Stanleius sive potius Vossius

scribendum coniecit, *πρεπόντως*, recipiendum suspicanti Blomfieldio facile quis assentiatur, si non *εἰ δ' ἦν πρεπόντως, ὥςτ' ἐπισπένδειν*, sed sic potius construi vellet, *εἰ δ' ἦν, πρεπόντως ὥςτ' ἐπισπένδειν*. Mihi videtur Aeschylus scripsisse *εἰ δ' ἦν πρέπον τῷδ' ὥςτ' ἐπισπένδειν νεκρῷ*.

1356. Tyrwhitto videbatur *τάδ'* in *τῷδ'* esse mutandum, ut hoc diceretur, *si mortuo libationem dare liceret, huic iuste daretur*. Ea mutatione ne tum quidem opus esse videtur, si *πρεπόντως* scribitur. Plene in fine huius versus interpungendum esse vidit Tyrwhittus: atque interpunctum ita est in editionibus Victorii et Canteri, quas pessime deseruit Stanleius, non videns *ὑπερδίκως μὲν οὖν* esse *immo iustissime*, nec reputans integro disticho includi debere sententiam qua finitur oratio.

1357. Blomfieldius mavult *τοσόνδε*. Sic amant loqui. V. Prom. v. 112. Choeph. v. 40.

1358. *Πλήσας ἀραίων* per se constant. Male iungunt *κακῶν πλήσας ἀραίων*.

1361. In Ven. deest *μου*.

1362. *Πρὸς εἰδότας* dicit *ut sitis scientes*.

1365. Interpungebatur post *χερός*. Correxit Abreschius.

1366. *δικαίως* Farn.

1368. Dimeter iambicus acatalectus. Leni spiritu *ἑδανὸν* scribendum esse vidit Casaubonus. Hesychius *ἑδανά, ἐδώδιμα, βρώσιμα. ἑδανοῖς, βρωσίμοις. Αἰσχύλος*. In Flor. glossa *βρωτόν*.

1369. *ῥυσᾶς* Farn. Vict. *ῥύσας* Flor. Ven. Glossa in Flor. Farn. *γηραιᾶς*. Correxit Stanleius. Sophocles Ai. v. 883. *ῥυτῶν Βοσπορίων ποταμῶν*, et Oed. Col. v. 1597. *ῥυτῶν ὑδάτων λουτρὰ καὶ χοάς*. Deinde *ὁρώμενον* Flor. Ven. Vict. *ὀρώμενον*, cum glossis *κινηθέν, γεγονός* Farn. *ὀρόμενον* Canterus. Rectius Abreschius *ὄρμενον*.

1370. 1371. *ἐπεύθου* Farn. *ἀπέταμες* Ven. Vict. et ad *α* superscripto *ε* Flor. *ἀπέτεμες*, ad alterum *ε* superscripto *α*, Farn. Ridicule haec verba, *τόδ' ἐπέθου θύος δημοθρόους τ' ἀράς*; Scholefieldius interpretatus est, *imposuisti tibi (ut victimae mox ob crimina mactandae) hoc thus publicarum execrationum?* Scribendum est

τόδ' ἐπέθου θύος, δημοθρόους τ' ἀρὰς
ἀπέδικες ἀποτόμως;

et populi diras contempsisti praefracte. Respicit ad v. 1363. Euripides Alc. v. 992. *οὐδέ τις ἀποτόμου λήματός ἐστιν αἰδώς*. Deinde libri *ἄπολις*. Casaubonus *ἀπόπτολις*. Ex mea et Seidleri sententia *ἀπόπολις* Blomfieldius ceterique. Quod si quis obiiciat vix inventum iri aliud huius formae exemplum, reputet velim talium vocabulorum hanc esse rationem, ut poeticae formae, quod vulgaribus metris aptiores essent, in communem usum venerint, veluti quae in *ρυντος* et *σσυτος* terminantur; quo factum esse ut simpliciores magis viderentur esse poeticae. Libri *ἔσῃ*.

1372. ὄμβριμον etiam Ven. Farn. ut edd. vett.

1375. Libri οὐδὲν τόδ'. Stanleius, sive potius Vossius, Orelliusque ad Isocr. p. 375. et Blomfieldius οὐδὲν τότ', id ut ad νῦν referatur. Probabiliter illud quidem, firmavitque Blomfieldius exemplis, sed non ut sit necessarium. Inscite oblocutus est Wellauerus, οὐδὲν τόδε *nihil eusmodi* significare putans. Immo *non hoc:* illud *hoc* autem explicatur iis quae sequuntur.

1377. εὐπόκοις Flor. Farn. Vict. εὐτόκοις Ven.

1379. θρηκίων τὲ (τε Farn.) λημμάτων Ven. Farn. Vict. Ex Flor. enotatum ἐλημμάτων. Emendavit Canterus.

1380. Libri χρή. Emendavit Porsonus. 1381. βιασμάτων Ven.

1383—1385. In Farn. post τοιαῦτ' puncto est distinctum. Blomfieldius haec ita distribuit, λέγω δέ σοι τοιαῦτ' · — ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένης ἐκ τῶν ὁμοίων — χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ ἄρχειν. Wellauerus, quem secutus est Scholefieldius, ita scripsit, λέγω δέ σοι, τοιαῦτ' ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένη ἐκ τῶν ὁμοίων, χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ ἄρχειν. Deteriora etiam aliorum commenta sunt. Sensum perspexit Schützius, qui in minore editione non male, sed praeter necessitatem scripsit ὡς παρεσκευασμένη σ' ἐκ τῶν ὁμοίων. Consentiunt in παρεσκευασμένης libri, nec quicquam mutandum est. Hoc dicit, *iubeo te talia minari, ut me parata imperare mihi, qui vicissim me vi vicerit.* Id est, minitare, si libet: ego parata sum, si, quemadmodum ego nunc potentior sum, sic tu me viceris, ferre imperium. Ἐκ τοῦ ὁμοίου satis explicatum a Stephano in Thesauro.

1386. Libri γνώσῃ vel γνώσῃ.

1388. περίφρονα, *superba, plena contemptus.* Suppl. v. 727. περίφρονες δ' ἄχαν ἀνέρῳ μένει μεμαρχώμενοι κυνοθρασεῖς θεῶν οὐδὲν ἐπαΐοντες.

1389. In Vict. nulla interpunctio post ἐπιμαίνεται, ubi Canterus plene interpunxit.

1390. 1391. Libri λῖπος. Correxit Porsonus. Deinde εὐπρέπειαν τίετον. ἔτι σε χρὴ Ven. Vict. εὖ πρέπει ἀντίετον ἔτι σε χρὴ Flor. εὖ πρέπει ἀτίετον ἔτι σε χρὴ Farn. Auratus et Canterus ἐμπρέπει ἀτίετον. Schützius cum Heathio οὐ πρέπει ἀτίετον. Blomfieldius, adscito Casauboni λίβος, haec obscura atque inconnexa dedit, μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα δ' ἔλακες· ὥςπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται. λίβος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος ἐμπρέπει ἀτίετον. Secutus est Scholefieldius. Sed ista quid sibi volunt? Ὥςπερ οὖν particulae sunt quibus confirmantur quae adiuncta sunt. Supra v. 1130.

τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥςπερ οὖν ἔχει παθεῖν.

Choeph. v. 86.

ἦ σῆγ' ἀτίμως, ὥςπερ οὖν ἀπώλετο
πατήρ, τάδ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,
στείχω;

et v. 876.

δόλοις ὀλούμεθ', ὥςπερ οὖν ἐκτείναμεν.

Sophocles Ai. v. 990.

καὶ μὴν ἔτι ζῶν, Τεῦκρε, τοῦδέ σοι μέλειν
ἐφίεθ' ἁνὴρ κεῖνος, ὥςπερ οὖν μέλει.

Ex his intelligitur connexas esse istis particulis sententias. Quod libri habent, *εὐπρόπειαντίετον*, ex supra scripto *ν* ortum est, quo *ἐνπρόπειν* legendum esse significabatur. Itaque scripsi *ἐμπρόπειν ἀτίετον*. Respondet chorus Clytaemnestrae verbis iis quibus se paratam ostendit ad cernendum ferro et sanguine. Itaque sic loquitur, *audax consiliis es et sicut furibunda sanguineam fortunam expetis, adspersam oculis sanguinis guttam inultam conspici: aliquando te oportebit orbatam amicis ictum ictu luere*, i. e. sicut expetis caedem, habebis, prouti merita es. Facies Clytaemnestrae sanguine erat conspersa, ut ipsa v. 1350. gloriatur. *Λίπος ὤματος* Sophocles quoque dixit Antig. v. 1022.

1392. Libri *τύμμα τύμμα*. Emendavit Vossius, et quis non? Deinde libri *τίσαι*. Correxit Porsonus.

1393. Recte libri *ἀκούεις*. Eo si quis gravem a debili orationem discernere nesciens offenderetur, saltem *ἀκούοις*, non soloecum *ἀκούσεις* adsciscere debebat.

1395. Libri *ἐριννύν θ'*.

1396. Libri *οὔ μοι φόβον μέλαθρον ἐλπίς*. Deinde codices *ἐμπατεῖ*. Vict. *ἐμπατεῖν*. Vix credibile est editores non offendisse ad illud *φόβον μέλαθρον*. Quin Elmsleius ad Heracl. v. 996. comparavit hunc Aeschyli versum cum iis quae ibi Euripides habet, *τὸ λοιπὸν μὴ ξυνοικοίην φόβῳ*. At num qui una cum timore habitat, non id in sua facere domo potest, sed concedere in illam nescio quam timoris domum debet? Solus ille omnium qui Aeschylum attigerunt princeps Auratus vitio hunc locum affectum esse animadvertit, *φόνον* scribendum esse coniiciens. Sed scripsisse potius videtur Aeschylus

οὔ μοι φόβον μέλαθρ' ἂν ἐλπὶς ἐμπατεῖν.

Sophocles Ant. v. 235.

τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος,
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.

Non, inquit Clytaemnestra, *spes mihi est timorem in domum meam ingressurum esse, quamdiu Aegisthus in foco meo ignem accendet.*

1397. Libri *ἐμάς*. Emendavit Porsonus.

1400. Nullus interpretum aut criticorum hic obhaesit. Adeo in verbis occupati, quid res, quid recta ratio, quid poesis flagitet, negligere consuerunt. Graviter quidem hoc verbo *κεῖται* hanc sententiam incipit Clytaemnestra: sed quis, obsecro, qui non omni aptae orationis sensu destitutus sit, Agamemnonem isto adiectivo *λυμαντήριος* recte designari credet, nec censebit Aeschylum, si dicere quod illo adiectivo continetur voluisset, *λυμαντὴρ ὅδε* vel *λυμαντὴρ νεκρός* fuisse dicturum? Nam

ne articulum quidem si addidisset, *κεῖται γυναικὸς τῆςδ' ὁ λυμαντήριος*, satis apte esset locutus. Nulla tamen in hoc versu vitii suspicio est. Ex quo consequitur, quod certissimum esse arbitror, excidisse aut ante hunc versum alium versum, in quo nomen aliquod substantivum fuerit, aut post eum. Ac vel hebetior aliquis, opinor, sentiet quantum ab librorum illa debili atque imperfecta oratione distet plene enuntiata sententia, ut si eiusmodi versum, qualem potuit saltem facere Aeschylus, adiicias,

κεῖται γυναικὸς τῆςδε λυμαντήριος
ἀνήρ, θυγατρὸς τῆς ἐμῆς φονεὺς ὅδε,
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ.

Choeph. v. 751. *στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον οἴκων.* Itaque versum excidisse indicavi.

1405. 1406. Libri *ναυτίλων δὲ σελμάτων ἱστοτρίβης.* Wellauerus in Lexico Aeschyleo scribendum esse suspicabatur *ναυτικῶν.* Idem, ut Blomfieldius dicit, coniecerat Casaubonus. Pauwius *ἰσοτρίβης*, quod receperunt Schützius et Porsonus. Porsonus haec quomodo intellexerit nescio: ceteros nihil expedivisse video. Schützii interpretatio, *itineris maritimi consors,* neque cum verbis poetae congruit, qui si illud in mente habuisset, non *ἰσοτρίβης*, sed *ὁμοτρίβης* dixisset; neque continet, quod exspectamus, aliquid exprobationis. *Σέλματα* potuerunt fortasse *ναυτίλα* dici, si intelligebantur *navigantia.* Sic Sophocles Phil. v. 220.

τίνες πότ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ
κατέσχετ';

et Euripides initio Archelai

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχών.

Sed Aeschylum scripsisse puto *ναυτίλοις δὲ σελμάτων ἰσοτριβής. Captiva ista,* inquit, *et prodigiorum interpres et tori socia huic fatidica fida coniux, nautis vero aeque cum transtris trita.*

1407. 1408. *κύκνου — γόον* affert Tzetzes ad Lycophr. v. 426.

1409. *φιλήτως* Flor. Reliqui *φιλήτωρ.* In *τοῦδ'* consentire videntur libri. Sed quum scholiastes adnotaverit *ἐκ ψυχῆς φιλουμένη τῷ Ἀγαμέμνονι*, videtur ille *φιλήτωρ τῷδ'* habuisse. Idque recepi, quum quod recte ille *φιλήτωρ*, quod Hesychius a verbo cognato factum *ἐραστής* interpretatur, ex *φίλος* et *ἧτορ* compositum esse iudicavit, tum quod sic rectius procedit sententiae ratio. Nam his, *φιλήτωρ τῷδ'*, opponitur *ἐμοὶ δὲ χλιδῆς παροψώνημα.* Addendum est *φιλήτωρ* ad *κακοήτωρ* et *μεγαλήτωρ*, de quibus Lobeckius Paralip. p. 217. A *φιλεῖν* Nonnus *φιλήτορι κόλπῳ* dixit XXI. 27. Quae Strabo X. p. 484. de Cretensibus habet, *τὸν μὲν ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα*, attulit Blomfieldius, male ille vituperans scholiastam Aeschyleum vocabulum a *φίλος* et *ἧτορ* derivantem.

1410. Libri *εὐνῆς παροψόνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς*. Errorem librariorum *παροψόνημα* correxit Casaubonus. Inutilibus coniecturis viri docti, in duplici genitivo haerentes, hunc versum tentarunt. Putaverunt enim scribendum esse Casaubonus aliique *εὐνῆς*, Pauwius *εὐνῇ*, H. Vossius *εὐνή*, Auratus *χλιδήν*, Musgravius et Blomfieldius *χλιδῇ*. Sed inceptum est ipsum vocabulum *εὐνῆς*. Scribendum erat *εὐχῆς*, *voti*, quod ei contigerat Agamemnonem interficere.

1411. De stropharum huius carminis ratione expositum est in Elem. doctr. metr. p. 737. seq. et in Epitome §. 695. Blomfieldius etsi neminem sanum haec mihi concessurum dixit, fuerunt tamen qui mallent insani videri. Ipse paullum mutatam Butleri descriptionem probat. Is, perturbata aequalitate, duas integras antistrophas, miro profecto casu, excidisse putabat. Blomfieldius aequalitatem quidem restituit, sed ita ut ipse quoque necesse haberet non duas tantum, sed quattuor integras antistrophas, quae nullo in libro scriptae sunt, ad auxilium adhibere: quarum duas quidem Burneii monitu repetendis stropharum verbis lucratus est: sed illud lucrum damnosum est carmini. Nam quum post v. 1533. iteravit versus 1504—1515. chorum fecit dicere quod ille isto loco diceret ineptissime, Clytaemnestram autem non his chori dictis respondere, sed loqui de iis quae usque ad v. 1533. hemichorium significaverat. Ipse enim, quum in edd. vett. omnia quae non Clytaemnestrae sunt choro tributa essent, choro dedit quae anapaestis scripta sunt, melica autem hemichoriis, recte fortasse, si, ubi chori personam adscripsit, coryphaeum loqui existimavit. Hemichoria, sed temere nec certa ratione in Porsoni editione introducta sunt. Veri simile est hic quoque, quum aperte nihil a toto choro canatur, singulos de quindecim choreutis suas partes habuisse. Quumque quater anapaestos recitet chorus, decies autem melica habeat, videntur terni semper cecinisse, anapaestos autem pronuntiasse vel idem omnes coryphaeus vel ex quattuor *ζυγοῖς* qui medius staret. Itaque ego quoque anapaestos choro, sed melica *ζυγοῖς* tribui. Ita in his quoque summa est aequalitas.

1413. Libri *φέρονσ' ἐν ἡμῖν*. Porsonus contra metrum *φέρονσ' ἡμῖν*. Emperius *φέρονσ' ἂν ἡμῖν*. Praestat *φέρονσ' ἐφ' ἡμῖν*.

1416. Recte libri veteres *καὶ* huic versui addunt. *διαί*, quod Ven. Flor. Vict. habent, etiam in Farn. esse puto: nam quod Elmsleius sic adnotavit, "*γυναικὸς διὰ* (gl. ad *γ. διὰ*)", scribere voluit, opinor, "gl. ad *γ. διαί*."

1418. Libri *ἰὼ παρανόμους*. Alterum *ἰώ* addendum esse vidit Blomfieldius. Canterus coniecit *παράνομος*, quod recepit Schützius. Porsoni editio *ἰὼ, παρα**νόμους*. Mea emendatio, *παράνους*, ab novissimis editoribus recepta est.

1420. *ὀλέσας* Flor.

1421—1429. Libri sic,

νῦν δὲ τελείαν πολύμνασιον

ἐπηνθίσω δι᾽ αἷμ᾽ ἄνιπτον,
ἥτις ἦν τότ᾽ ἐν δόμοις
ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἴζύς.

In ἐπηνθίσω consentiunt Ven. Flor. Farn. Vict. Id Auratus in ἀπήνθισεν mutandum putabat. Casauboni coniecturam ἀπηνθίσω receperunt Schützius, Porsonus, Blomfieldius, ceterum haec sic ut in libris leguntur cohaerere existimantes. Et videri possent cohaerere, si legeretur

νῦν δὲ τέλειον ἐπηνθίσω αἷμ᾽ ἄνιπτον.

Sed nunc et orationis perversitas et metrorum ratio ostendunt aliquot versus excidisse post τελείαν. Nam et anapaestis et iis, quae hos excipiunt, respondent versus 1504—1515. Ἐπηνθίσω non erat mutandum, sed deleri debebat, ut Wellauerus quoque vidit, δι᾽, adscriptum ab interprete vel ortum ex proxime sequentibus litteris. Respondet enim antistrophico versui hic, cuius prima syllaba deest, supplenda, ut videtur, hoc modo,

ἦ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἷμ᾽ ἄνιπτον,

i. e. *profecto multum recordandum tibi adspersisti inexpiabilem sanguinem.* Dicit haec de Helena. Alio modo, sed non plane dissimili, usus est hoc verbo Aeschylus in Sept. c. Th. v. 924. ἰὼ πολλοῖς ἐπανθίσαντες πόνοισι γενεάν. Mox libri ἥτις ἦν τότ᾽ ἐν δόμοις. Quum Schützius et Butlerus legi vellent ἤ τις, minime se hoc probare dixit Blomfieldius. At ostendere debebat qui sensus vulgatae lectionis esset, quove modo expediri illa posset orationis perversitas. Etiamsi non moneret metrum antistrophicum, neminem, qui aliquem tragicae dictionis aut orationis poeticae sensum habeat, non intellecturum arbitror illud ἥτις ἦν non esse a poeta profectum, sed adscriptum ab interprete aut alio errore ortum. Deinde quid est ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἴζύς? Scaliger ἐρίδμαντος, ab ἐριδμαίνω, quod placuit Blomfieldio. Quin Scottus in Appendice Thesauri Stephaniani ἐρίδματος pro genitivo habuit ab ἔριδμα ducto. Immo ἐρίδματος ἀνδρὸς οἴζύς est ἐριδμητος, *gravis domitrix viri calamitas*, quo nomine hic patet Helenam, quae etiam Agamemnoni interfectionis caussa exstiterit, designari. Ἔρις autem ex sequentibus syllabis ortum videtur. Post ἐρίδματος aperte excidit τις. Scribendum igitur videtur

ἦ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἷμ᾽ ἄνιπτον,
στᾶσα τότ᾽ ἐν δόμοισιν
ἐρίδματός τις ἀνδρὸς οἴζύς.
hei memorique cruore neque eluendo
conspicua, in domo tum
gravis pestis viri peremptrix.

1432. ἐκτρέψῃς Vict. ἐκτρέψῃς Ven. Farn. ἐκτρέχῃς Flor.

1434. ὀλέσᾶσ᾽ Farn. ὀλέσασα Vict. ὀλέσαν Ven. Flor.

1436. ἐμπίτνεις Canterus. Libri ἐμπίπτεις. Deinde libri διφνεῖσι. Blomfieldius et Wellauerus ex mea emendatione διφνίοισι. Antagoras apud Diog. Laert. IV. 26. sive in Brunckii Anal. t. I. p. 260. ep. 2. τὸ καὶ σέο σῶμα δίφνιον. Hesychius δίφνιον νυκτός, τὰ δύο μέρη, τὸ

δίμοιρον. Idem *δεκάφυια, δεκαπλάσια· δίφυια δὲ διπλάσια*. Ita Kusterus haec scribenda esse docuit ex Etym. M. p. 254, 14. cuius verba sic emendanda sunt, *δεκάφυια, τὰ δεκαπλάσια. Καλλίμαχος*

τῶν ἔτι σοι δεκάφυια φάτο ζωάγρια τίσειν.

καὶ δεκάφυια εἴρηται οἱονεὶ δεκάφυα, δεκάκις πεφυκότα. τὸ γὰρ φύω Αἰολικῶς φυίω φασί, καὶ τὸ ἀλύω ἀλυίω. Attigit hanc formam Lobeckius ad Phryn. p. 494.

1437. *ταυταλίδεσιν* Flor. Agamemnonem et Menelaum dicit.

1438. Libri *κράτος ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν*. Porsonus omisit *ἐκ*. Additum a me *τ'* ab novissimis editoribus receptum est. Omiserant librarii, ne deesset quod genio diceret chorus, non memores huiusmodi compellationes saepissime nudas poni, quoniam intelligitur *te appello*.

1439. Libri *καρδίᾳ δικτόν*. Emendavit Abreschius. In Porsoniana *κρατύνοις*, fortasse typographi errore. Hoc dicit, *o infeste deus, qui irruis in domum et duplices Tantalidas, victoriamque gubernas parilis animi a mulieribus* (Helena et Clytaemnestra) *cor mihi mordentem*.

1440—1442. Libri *δίκαν μοι κόρακος ἐχθροῦ*. Deinde *σταθεὶς ἐννόμως* Ven. Flor. *σταθεὶς ἐκνόμως* Farn. Vict. *σταθεῖσ' ἐκνόμως* Schützius, Porsonus, Stanleius in curis secundis. Masculinum agnoscit scholiastes, *ὡς κόραξ ἐσθίων νεκρῶν σῶμα ζοᾷ, οὕτω καὶ ὁ δαίμων ἐκνόμως δικάσει, παρὰ τὸ δίκαιον*. Genium mortis intelligi volebat Elberlingius et proinde Canteri quamvis malam coniecturam *ἐπεύχεται* probabat. Assensus ei est Creuzerus in Annal. Vindob. vol. LIV. p. 163. picturam ei explicationi adhibens de qua dixit Radulphus Rochettus in Oresteide p. 223. seq. Clytaemnestram dici quum res ipsa declarat, tum *γυνή* ex praecedente *γυναικῶν* intelligendum est. Videtur autem Aeschylus ita fere scripsisse,

ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν
κήρυκος ἐχθροῦ σταθεῖσ' ἐκνόμως
*ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται *μύσος**.

Nam quum libri habeant *ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται*, mutilum esse versum apparet, quem addito *δόμοις* integrandum putavit Butlerus. Schützio *φόνῳ* addendum esse videbatur.

1443. In Victoriana per errorem omissa est personae notatio. Auratus *νῦν γ'*. At *δέ* refertur ad suppressum *πρόσθεν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔλεγες*.

1444. Libri *τὸν τριπάχυιον*. Pudet referre quae explicando huic verbo sunt prolata. Blomfieldius *τὸν τριπάλαιον* coniecit. Ad sensum ferri posset *παλαιόν*, non potest *τριπάλαιον*. Nam summa antiquitas si memoratur, quia nihil ad rem, friget. Scripsi *τὸν τριπάχυντον*, in quam emendationem etiam Bambergerus incidit. Similiter Aeschylus dixit in Sept. c. Thebas v. 751. *ὄλβος ἄγαν παχυνθείς*.

1445. *γέννας* Farn. Vict. *γέννης*, superscripto *ας*, Ven. Flor. In Farn. glossa *γενεᾶς*.

1447. Libri *νείρει*. Scaliger *νείκει*. Casaubonus *νείρῃ*, quod suum fecit Stanleius, probavitque Albertius ad Hesychium v. *νείρῃ*, et receperunt Schützius in editione maiore ac Blomfieldius. Recte vero animadvertit Wellauerus id *νείρῃ* scribendum fuisse. Mea sententia, si uterum vel viscera dicere voluisset Aeschylus, *νηδυῖ* scripsisset. Idque eum scripsisse putavit H. L. Ahrens. Sed existimo *νείρει* dativum esse ignoti hucusque vocabuli *νεῖρος*, quod intimum locum significaverit. Adiectivo *νειρός* usus est Lycophro v. 896.

κρύψουσ' ἄφαντον ἐν χθονὸς νειροῖς μυχοῖς,

ubi videndus est Bachmannus.

1448. Auratus *ἄγος*, quod Schützius in minore editione recepit. At *ἄχος* saepe *malum* significat. *Ἰχώρ* est *sanies*. Hesychius *ἰχώρ, αἷμα συμπεπηγός, ἔμπυον, σηπεδών*. Sic scribendum. V. ibi interpretes et Foesium in Oec. Hippocr.

1449. 1450. Libri *ἢ μέγαν οἴκοις τοῖσδε δαίμονα*. Scribendum esse *τοῖσδ' αἵμονα* monui in adnotationibus ad interpretationem Humboldti. Sed eo nondum perfecta est emendatio: nam spondeum *οἴκοις* vitiosum esse arguit versus antistrophicus. Grammatici haud dubie inventum est *μέγαν οἴκοις*, ut metro consuleret, quum depravatam scripturam *τοῖσδε δαίμονα* in codice suo invenisset, cum quibus verbis construi non posse videbat *μέγα*. Scripsit Aeschylus

ἢ μέγα δώμασι τοῖσδ'
αἵμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς,
φεῦ φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτη-
ρᾶς τύχας ἀκορέστου.

Αἵμονα θήρης in Iliade V. 49. *peritum* significare volunt: vereor ne illic quoque *ferocem* intelligi oporteat et *cruore gaudentem*, ut in Hecuba v. 91. dictum est *λέκτρον αἵμονι χαλᾷ*. *Cruentatum* significat in Aeschyli Suppl. v. 814.

1454. *πανεργέτα* Farn. Vict. *πανεργέταν* Ven. Flor. Haec ante oculos habuit scriptor Christi patientis v. 1465.

ὦ παῖ παναιτίου θεοῦ πανεργάτα,
τί γὰρ τελεῖται τοῖς βροτοῖς ἄνευ σέθεν;
τί δ' οὐ θεόκραντόν γε τῶνδ' ἐστίν; ἰώ,
ἰώ, ἰώ,
ὦ βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
ὦ θεέ μου, θεέ μου, πῶς σε καλέσω;
φρενὸς ἐκ φιλίας τί σοί ποτ' ἄρ' ᾄσω;
κεῖσαι γὰρ ὑφάσμασι τοῖσδ' εἰλιγμένος.

1457. *ἰὼ* semel Ven. Flor. Geminant Farn. Vict.

1459. In Flor. *τί* prius omissum, postea additum. *τί ποτ' ἄρ' εἴπω* Farn. Apparet Triclinium hic et mox v. 1461. versus acatalectos dare voluisse.

1461. *ἐκπνείων* Farn.

1462. *τᾶνδ'* Flor. Deinde *ἀνελεύθερα*, cum glossis *ἀνελευθέρως, δουλικῶς*, Farn. Recte ceteri *ἀνελεύθερον*. Dici quidem potuit *κοίταν δαμείς*, sed, quum *κεῖσαι* praecesserit, recte monuit Wellauerus hoc verbum esse repetendum.

1465. *τοὔργον ἐμὸν τόδε;* Farn.

1466. *μὴδ' ἐπιλεχθῆς* Ven. Flor. *μὴ δ' ἐπιλεχθῆς* Farn. *μὴδ' ἐπιλεχθῇς* * Vict. sic cum asterisco, sive lacunae, sive, quod veri similius duco, corruptae lectionis signo. Excidisse aliquid Scaliger videtur putasse, qui *ἐπιλεχθεὶς* corrigebat. Quod Auratus et, ut Blomfieldius adnotavit, Vossius probarunt, *ἐπιλεχθῇς*, non potest significare *cogitaveris:* nam hoc *ἐπιλέξασθαι* dicitur. Vossium etiam *ἐπιλέξῃς* scribendum coniecisse Blomfieldius dicit. Scripsi *μηκέτι λεχθῇ δ'*.

1472. *νεκροῖς* Farn. quae etiam Spanhemii mala coniectura erat. Recte autem in edd. vett. haec coniunguntur, *τόνδ' ἀπέτισεν τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας*. Non intellexerunt haec verba qui cum Stanleio virgulam post *ἀπέτισεν* posuerunt idque verbum verterunt *punivit*, quae non est activi potestas. Hoc dicit poeta, *τόνδε ἀπέτισεν τέλεον νεαροῖς, ἐπιθύσας αὐτόν*, *hunc adultum persolvit ut vindictam pueris, propter eos mactatum.*

1475. Auratus *πῶς, πῶς*. Hesychius *πῶ, ποῦ, ὅθεν, ὁπόθεν. Δωριεῖς*. Significat *qua ratione.* Rectius Etym. M. p. 773, 18. *πόθεν* interpretatur, male ille tamen ex eo factum censens. In Farn. deest *δέ*.

1479. Mireris fuisse qui *μέλεος* scriberent, nescientes *μέλας* ultima longa esse. *προβαίνων* Canterus. Libri *προσβαίνων*. Butleri coniecturam, *δίκην* pro *δὲ καί*, mutatam in *δίκαν* recepit Scholefieldius, sic interpretans, "*quo quum processerit, poenas solvet,* vel faciet ut solvantur poenae, *ob concretum rorem sanguinis liberorum voratorum.*" Nihil lucri ex languidiore sententia.

1480. Libri *πάχνα κουροβόρῳ παρέξει*. Auratus et Casaubonus *πάχναν κουροβόρον*. Deinde *προξέξει* Auratus assentiente Cantero. Meam emendationem *πάχνᾳ* receperunt novissimi editores. Neque alia mutatione opus est. *Ὅποι δὲ καὶ προβαίνων* idem est atque *ὅποι δ' ἂν καὶ προβῇ*. Sensus est, *et quoquo progrediens nativoro cruori eas exhibebit,* scilicet *ὁμοσπόρους ἐπιρροὰς αἱμάτων*.

1481. In Ven. *ἡμιχόριον* praefixum. *ἰὼ ἰὼ* Farn. Vict. *ἰὼ* semel Ven. Flor.

1483. Farn. hic quoque *τί ποτ' ἄρ' εἴπω;* et mox *ἐκπνείων*.

1485. *εὐσεβεῖ* Flor.

1486. *ἀνελεύθερα* hic quoque Farn.

1489. Ante hunc versum in libris hi duo leguntur,

οὔτ' ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
τῷδε γενέσθαι.

Schnitzius *οὔκ*, quem secutus est Blomfieldius. Sed hos duos versus ab

Aeschylo abiudicavit Seidlerus de versibus dochm. p. 408. cum quo etsi dissentiebam in dissertatione de versibus spuriis apud Aeschylum p. IX. (Opusc. II. p. 82.), tamen nunc assentior. Nam ut hiatus excusationem habere videatur a pausa quae post *γενέσθαι* est, tamen frigent maxime hi versus produntque manum interpretis, rationem reddentis eorum quae sequuntur.

1490. Signum interrogandi recte apposuit Schützius. Blomfieldius, dubitans de interrogatione propter sequens *ἀλλά* (id quomodo dubitari potuerit non video), Dobraei praeclaram, quam vocat, emendationem recepit, *δούλιον ἄτην*. Miror Dobraei, viri recto iudicio insignis, hanc fuisse coniecturam, quae prorsus absurda est. Sermo est enim de doloso sacrificio Iphigeniae.

1492. 1493. Libri *τὴν πολύκλαυτόν τ' ἰφιγένειαν ἀνάξια δράσας, ἄξια πάσχων*. Porsonus ad Medeae v. 822. *τὴν πολυκλαύτην*. Infeliciter Elmsleius ad Med. v. 807. *τ' Ἰφιγένειαν* deleri volebat. Monui in adnotatione ad interpretationem Humboldti scribendum esse

ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθὲν
τῆς πολυκλαύτης Ἰφιγενείας,
ἄξια δράσας, ἄξια πάσχων,

i. e. *ἄξια ἀξίων δραμάτων πάσχων*. Nimirum grammaticus quum absurde dici putaret *ἄξια δράσας*, scribendumque esse *ἀνάξια*, huic verbo cetera, ut metro ne repugnarent, accommodaverat.

1497. *φροντίδος* Ven. Flor. *φροντίδων* Farn. Vict. Assentior Blomfieldio *φροντίδος* magis probanti, qui tamen cum aliis *φροντίδος στερηθείς* iungit et *ἀμηχανῶ* ad *εὐπάλαμον μέριμναν* refert. In edd. Vict. Cant. omissis interpunctionibus *στερηθεὶς φροντίδων μέριμναν* constructa videntur, neque id non videtur recte fieri, praesertim si *φροντίδος μέριμναν* ex *ἀμηχανῶ* pendeat. Sic Sophocles El. v. 959.

ἢ πάρεστι μὲν στένειν
πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένη.

1498. Libri *εὐπάλαμνον*. Porsonus *εὐπάλαμον*. Librorum scriptura suspicionem facit scriptum fuisse *ἀπάλαμνον*, notiorem librariis formam, pro *ἀπάλαμον*. Neque dubito quin *ἀπάλαμον* posuerit Aeschylus, more eo quo per epitheta effectus verbi adiuncti significatur. Metrum non obstat, quum etiam alia huiusmodi verba, praeter constantem in *ἀθάνατος* usum, ad epicorum exemplum prima syllaba producta inveniantur, ut *ἀκαμάταν* apud Sophoclem Ant. v. 339. ipsumque *ἀπάλαμον* apud Pindarum Ol. I. 95.

1499. *ὅπα*, superscripto *η*, Farn. Elmsleius ad Heracl. 595. *ὅποι*, cui recte ne Blomfieldius quidem obtemperavit.

1500. *δημοσφαλῆ* Ven.

1501. *ψακὰς* Blomfieldius. Libri *ψεκάς*.

1502. *δίκη* Flor. Vict. *δίκα*, superscripto *η*, Ven. *δίκα*, superscripto *η*, Farn. *δίκην* Aurati emendatio est. Deinde libri *θήγει*. Ex

mea emendatione *θηγάνει* in novissimas editiones receptum. Hesychius, fortasse ex hoc ipso loco, *θηγάνει, ὀξύνει.*

1503. Libri *θηγάναις.* Correxit Pauwius.

1504. Hemichorii signum habent Ven. Flor. *εἴθ' ἐμ' εδέξω* sic Vict. Porsonus *εἴθ' ἐμ' ἐδέξω.* Sic optaret chorus ut ipse pro Agamemnone obiisset. At non hoc, sed prius se mortuum esse mavult quam pereuntem videret illum. Itaque recte Farn. *εἴθε μ' ἐδέξω.* Deinde Blomfieldius et Scholefieldius per negligentiam, opinor, *ἐσιδεῖν.* Libri enim *ἐπιδεῖν.*

1506. *δροίτας νῦν κατέχοντα χαμεύναν* Farn. Vict. Triclinii additamentum *νῦν*, quo versus acatalectus fieret, omittunt Ven. Flor. delevitque, a Porsono uncis inclusum, Schützius. Memorant *δροίτη* ex Aeschylo Etym. M. p. 288, 5. Eustathius p. 1726, 11. nomen illud etiam *δρύτη* scribi, nominatimque Eustathius hoc in loco, testantes. Disseruit de eo vocabulo in glossario Blomfieldius. Conf. etiam Zonaras p. 571.

1509. Libri *τλήση* vel *τλήσῃ.* Deinde *αὐτῆς* Ven. Flor. Vict. *αὐτῆς* male Farn. adscitum tamen a Blomfieldio.

1510—1512. Edd. vett. *ἀποκωκύσαι ψυχὴν ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων μεγάλων ἀδίκως ἐπικράναι.* Servatus pravus accentus *ἀποκωκύσαι* in Porsoniana, quae tamen *ἐπικρᾶναι* dedit. *ἀποκωκῦσαι* Farn. Displicet asyndeton, mallesque pro altero horum verborum legi participium. Verum non ita scripsit Aeschylus, sed sic, *κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὑτῆς ἀποκωκῦσαι* (scilicet *αὐτόν*), *ψυχῇ τ' ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι.*

1513. Inutilem Stanleii sive potius Vossii coniecturam, *ἐπιτύμβιον αἶνον*, receperunt Schützius, Blomfieldius, Scholefieldius, probavitque G. Bernhardy in Syntaxi p. 108. non memores *ἰάπτων* neutraliter dictum esse, ut in Suppl. v. 531.

1514. *σὺν δακρύοιν* Flor. Vict. quod Porsonus in *σὺν δάκρυσιν* mutavit. Ven. Farn. *σὺν δακρύοις.* Hoc tenui, congruens cum strophicis, si ea recte emendavi.

1516. *οὔτε προσήκει* Farn. Deinde Auratus *μέλειν* pro *λέγειν.*

1518. Porsonus in Adv. p. 139. deleri volebat *κάππεσε, κάτθανε.* Dubitavit de scriptura propter augmenti omissionem Elmsleius ad Med. v. 1380. *κάπτεσε κ' τθανεν* Farn.

1519. Auratus *τῶν ἐξοίκων.* Declarant rem haec in Choeph. v. 421.

ἰώ, ἰὼ δαΐα
πάντολμε μᾶτερ, δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς
ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ',
ἄνευ δὲ πενθημάτων
ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.

Itaque nulla mutandi caussa est. Nam *τῶν ἐξ οἴκων* de domesticis dictum: sequebatur autem, ut coniici potest (nam post hunc duo versus excidisse antisystema docet), *neque alios patiemur comitari funus.*

1522—1526. Libri *ἀλλ' ἰφιγένειαν· ἵν' ἀσπάσίως — φιλήσῃ.* Haec etsi sic scripta esse potuerunt, si praegressa, quae exciderunt, permittebant, tamen tam parum id veri simile est ut non dubitandum videatur quin recte emendaverit Iacobus *ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως — φιλήσει.*

1525. *ἀχείων* Ven. Explicant *πόρθμευμ' ἀχέων* non sane absurde: sed nescio tamen an scripserit Aeschylus *πόρθμευμα νεκρῶν.*

1526. Libri *χεῖρα.* Emendavit Porsonus. Euripides Androm. v. 115.

πρὸς τόδ' ἄγαλμα θεᾶς ἱκέτις πέρι χεῖρε βαλοῦσα.

Deinde vulgo *φιλήσῃ.* Vide ad v. 1522.

1527. Recte perspexit Wunderlichius in Obs. crit. p. 48. convicium pro convicio sic esse intelligendum, ut propter iniuriam, quam sacrificanda filia matri fecit, ipsi nunc a Clytaemnestra par referatur. Quae sequuntur sic accipienda, *aufert* Clytaemnestra *auferentem, luitque qui occidit.*

1530. Libri *χρόνῳ.* Schützii emendatio est *θρόνῳ.* Pindarus Ol. II. 106. *τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.*

1531—1533. Libri *θέμιον γὰρ τίς ἂν γονὰν ῥᾶον ἐκβάλοι δόμων, κεκόλληται* etc. Mea emendatio, *ἀραῖον,* recepta a novissimis editoribus. Sed *θέμιον γάρ* separandum est a ceteris verbis: quo significatur legem hanc esse, ut puniatur qui male fecerit. Perspexit hoc I. Symmons in adnotatione ad Anglicam interpretationem Agamemnonis p. 145. Deinde libri *γένος προσάψαι.* Stanleius coniecit *γένος προς-άψαν,* Schützius *γένος προζάψει.* Blomfieldius edidit *κεκόλληται γένος πρὸς ἄτᾳ,* multus in demonstranda permutatione harum litterarum *ψ* et *τ.* Recepit hanc quam praeclaram vocat emendationem Scholefieldius, admisitque E. Leutschius in Schneidewini Philologo vol. I. p. 120. Scholefieldius, si quis dubitet, videre iubet Porsonum ad Med. v. 553. Scilicet Porsonus permutari *ψ* et *τ* illo loco docuit. At nemo dubitabit quin *ατα*ι facile in *αψα*ι abire potuerit: illud autem permulti dubitabunt, aptane sit ista quam Blomfieldius intulit sententia. Videbunt enim non esse omnino aptam neque ullo pacto cohaerere cum praecedentibus. Ferri *πρὸς ἄτᾳ* posset, si non *γένος,* sed *δίκη* vel *τίσις κεκολλῆσθαι* diceretur, praegresso versu in parenthesi apposito. Hic, praesertim si asyndeton recte se habet, aliquid exspectatur quo graviter confirmetur id quod praecedente versu dictum est. Ideo ego coniiciebam *κεκόλληται γένος πρὸς ἄψῃ,* sententia bona, sed vocabulo neque apto satis neque usitato tragoediae. Id Aeschylus sic potius dixisset, *κεκόλληται γένος πρὸς ἧπαρ.* Scribendum potius erat

κεκόλληται γένος προζόψει.

Confirmans chorus quod dixerat, non pellendam domo fuisse et neci tradendam filiam, graviter addit, prolem adspectu cum parentibus esse coniunctam.

1534. Libri *ἐνέβη*. Emendavit Canterus, *ἐνέβης* scribendum videri dicens. Id plerique viri docti probarunt: recte, ut videtur. Nam ut supra ubique Clytaemnestra modo improbat, modo probat chori dicta, sic hic quoque. Defendi quidem potest *ἐνέβη*, si de Agamemnone intelligatur: sed obscurior tamen et minus elegans haec ratio est. Quod si servandum esset *ἐνέβη*, rectius scriberetur *χρησμιός*, ut Casaubonus voluit: quamquam ne hoc quidem probandum est, quum *χρησμιός*, quod vocabulum hic ad chori vaticinium refertur, non possit pronomine suo *ὅδε* carere.

ξὺν Vict. et, ut videtur, Farn. *σὺν*, ut videtur, Ven. Flor.

1536. *πλεισθενιδᾶν*, superscripto *ων*, Farn. Tzetzes in Exegesi Iliadis p. 68, 19. *ὁ Ἀγαμέμνων, ὁμοίως δὲ καὶ Μενέλαος, καθ' Ἡσίοδον καὶ Αἰσχύλον* (hic et v. 1570.) *Πλεισθένους υἱοῦ Ἀτρέως παῖδες νομίζονται*, et p. 69, 3. *κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Αἰσχύλον καὶ ἄλλους τινὰς Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης Πλεισθένης· Πλεισθένους δὲ καὶ Κλεόλλας τῆς Δίαντος Ἀγαμέμνων, Μενέλαος, καὶ Ἀναξιβία· νέου δὲ τοῦ Πλεισθένους τελευτήσαντος ὑπὸ τοῦ πάππου αὐτῶν ἀνατραφέντες Ἀτρέως Ἀτρεῖδαι πολλοῖς* (scr. *τοῖς πολλοῖς*) *ἐνομίζοντο*. Eadem, sed Aeropen Plisthenis uxorem fuisse, schol. ad Il. II. 249.

1537. *θεμένη* Ven. Flor. *θεμένα* Vict. et superscripto *η* Farn.

1538. *δύσπλητά περ* Flor. Deinde *ὁδὲ* Farn. *ὁ δὲ* Vict. *ὃ δὲ* primus Auratus.

1540. Hic versus deest in Farn.

1541. *τε* in *δὲ* mutandum videbatur Aurato.

1542. 1543. Libri *πᾶν ἀπόχρη μοι δ' ἀλληλοφόνους*, nisi quod Farn. *ἀποχρή*. Malam Canteri coniecturam, *κἀλληλοφόνους*, ut *τε* et *καί* sibi responderent, admiserunt Blomfieldius et Scholefieldius. At apertum est hoc dicere Clytaemnestram, si mutuis caedibus liberet domum, exiguo se fore contentam. *Μοι* interpretis est, *δ'* autem reliquum ex *τάδ'*, quod scriptum fuerat *τδ'*, supra posito *ας* syllabae compendio.

1545. Si imitatus est Aeschylum Attius in Agamemnonidis, cuius fabulae mentionem feci ad v. 764. referri ad hanc orationem poterunt verba quae ex versibus trochaicis excerpta attulit Nonius in v. *oblitterare* p. 246, 29.

inimicitias Pelopidarum . . . . . .
. . . . . exstincta iam oblitteratas memoria
renovare.

1547. Libri *ἄχη*. Emendavit Auratus.

1548. Libri *ἐριννύων*.

1550. *χειρὸς* Farn. quod adoptavit Blomfieldius. Deinde libri *ἐκτίνοντα*. Auratus *ἐκτινόντα*, quod Schützius et Blomfieldius receperunt, inusitatum aoristum.

1553. Libri *αὐτοῦ τ' ἀδελφόν*, recte, ut ex Aegisthi persona dictum. *ipsius*. Elmsleius ad Med. v. 940. *αὐτοῦ δ' ἀδελφόν*.

1555. *ἑστίαν* Auratus et Casaubonus.

1558. *αὐτοῦ ξένια δὲ* Ven. *αὐτοῦ· ξένια δὲ*, iuncto *αὐτοῦ* cum verbis praegressi versus, Vict. et sic, ut videtur, Flor. *αὐτοῦ. ξενίᾳ δὲ*, cum glossa *φιλοξενίᾳ*. Farn. Blomfieldius, quem secutus est Scholefieldius, *αὐτός* scripsit, iunxitque praecedentibus. Monui in adnotationibus ad Agamemnonem Humboldti scribendum esse *ἀστοξένια δέ*. *Ἀστόξενοι* interprete Hesychio sunt *οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες*. Fere eadem leguntur in Bekkeri Anecd. p. 456, 5. Alii alia prodidere, de quibus Ruhnkenius dixit ad Timaeum p. 57. commemorans ille etiam permutata *ἀστοξενεῖν* et *αὐτοξενεῖν* apud Hesychium. Sic apud Moschopulum *περὶ σχεδῶν* p. 119. bis *αὐτόξενος* pro *ἀστόξενος* legitur, correctum a Valckenario Animadv. ad Ammonium p. 113. Auctoribus ab Ruhnkenio memoratis adde Eustathium p. 485, 20. et Aeschylum Suppl. v. 341. quem locum, quod praeteriisse videtur Ruhnkenium, spectavit Pollux III. 60.

1559. Schützius, vulgatum *αὐτοῦ* in praecedente versu languere sentiens, et illud vocabulum et *Ἀτρεὺς προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως* in minore editione ingeniosa sane coniectura delevit, ut sic procederet oratio, *ξένια δὲ τοῦδε δέχθεος πατὴρ πατρὶ τῷμῷ*. Sed restituto *ἀστοξένια* patet sublatum esse vitium.

1561. *παιδίων* Vict. *παιδείων* Scaliger. Et sic Ven. Flor. Farn.

1563. 1564. Libri *ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος. ἄσημα δ' αὐτῶν* etc. Ad *ἀνδρακάς* in Farn. adscriptum *ἀντὶ τοῦ καθ' ἑαυτόν*. Non potuisse Aeschylum ita scribere manifestum est: neque coniecturae, quibus viri docti haec tentarunt, probari possunt. Verum quod olim putavi, excidisse aliquot versus post v. 1562. non amplius credo, quum vitia orationis facillime tolli possint. Scripsisse enim videtur Aeschylus

ἔκρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις
ἄσημ'· ὃ δ' αὐτῶν etc.

Et illud quidem *ἄσημ'·* ὃ δ' etiam Dindorfius, sed, ut cetera legit, inepte. Est autem *καθημένοις* dativo, non accusativo casu scribendum, quia non illud agebatur ut convivas celaret, sed ut coram convivis Thyesten. De Thyeste Hyginus fab. 88. *qui quum vesceretur, Atreus imperavit brachia et ora puerorum afferri.* Similiter apud Herodotum I. 119. Harpago filii caput, manus, pedes, in canistro, quo abscondita erant, ostenduntur.

1567. Libri *ὤμωξεν ἄν. πίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν*, nisi quod in Vict. comma est post *ἄν*, et *ἄπο* scriptum. Non omnia feliciter Canterus, sed recte tamen *ἀμπίπτει*. Deinde Auratus et Vossius *ἐμῶν*. Id male Wellauerus dictum putat pro *ἀπεμῶν σφαγῆς*, genitivo partem significante. *Ἀπὸ σφαγῆς* est *a mactatis carnibus*, fastidio scilicet affectus. Tuetur autem Aurati emendationem historia. *Ἔμεια* Suida et Zonara p. 700. testibus locus fuit vicinus Mycenis, dictus ita quod ibi carnes

filiorum evomuerit Thyestes, ut refert Eustathius p. 184, 12. 1002, 30. et obiter p. 996, 38. atque Etym. M. p. 334, 19.

1569. *Ξυνδίκως*, non alibi inventum, si recte se habet, pertinet ad *πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος*, ut sit *communiter*, *communi iustitia*. Deinde *τιθεῖς ἀρᾷ* (*ἀρᾷ* Flor.) Flor. Farn. Vict. *τιθεὶς ἐρᾷ* Ven. Recte Abreschius *τιθεὶς ἀράν*.

1570. Libri *ὀλέσθη*. Glossa in Farn. *ἀπώλετο*. Emendavit Porsonus.

1571. Dubitari potest scribendumne sit *ἐκ τῶνδέ τοι*.

1573. Libri *τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ πατρί*, ad quod nemo offendit ante Emperium in Zimmermanni Diurnis a. 1835. p. 635. cui tamen et ibi et p. 1000. male cessit emendatio. Hyginus fab. 88. duos nominat Thyestae filios, qui mactati fuerint ab Atreo, Tantalum et Plisthenem; scholiastes Euripidis ad Or. v. 800. et Tzetzes Chil. I. 18. v. 449. tres, Aglaum, Orchomenum, Callaeum; alii unum. Sed habuerit ille tredecim filios, etsi nihil de isto numero proditum est, certe ad summum tres mactari potuerunt, quod reliquos iam adolevisse necesse erat. Qui factum igitur ut horum nullus vindictam ab Atreo exigeret? Nec proficiat quis quicquam, si non filiorum, sed liberorum istum numerum fuisse statuat, ut pleraeque fuerint filiae. H. L. Ahrens scribendum coniecit *τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δύ' ἀθλίοιν πατρί*. Sed hoc neque veri similitudinem habet, et desideramus articulum vel pronomen, hoc modo *τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δυοῖν τοῖνδ' ἀθλίοιν*. In re admodum dubia, quum certam emendationem non invenirem, scripsi mutatione paene nulla

τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπίδεχ' ἀθλίῳ πατρί.

Nihil quidem praesidii huic coniecturae affert quod Hesychius habet, *ἐπίδεχα* (codex *ἐπίδιχα*), *σκύφον τὸν μὴ κενόν*, ubi Lobeckius Paral. p. 278. δ et χ permutata esse coniiciens, suspicatus est *ἐπιχειλέα* scribendum esse. Quid autem si *ἐπίδεξ* passive dictum sit de eo qui post alios acceptus sit, ut hic de Aegistho post mactatos fratres patri nato?

1576. Ne cui haec, *καὶ τοῦδε τἀνδρός*, non recte nexa videantur cum praecedentibus, tenendum est continuata haec esse cum v. 1572. ceteris in medio explicandi caussa positis.

1579. *ἰδόντα* Ven. Flor. Vict. *ἰδόντι* Farn. Vide Elmsleium in addendis ad Heracl. v. 693.

1580. Abreschius *ἐν θανοῦσιν*, Porsonus *ἐν καμοῦσιν* scribendum esse coniecerunt, non recto usi iudicio. Verbis, non re simile est, quod Blomfieldius comparat, Sophoclis in Aiace v. 1091.

Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφάς,
εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

Nam Aegisthus non insultavit mortuo, sed vindictam se ostendit non iniustam sumpsisse. Recte librorum scripturam, *ἐν κακοῖσιν*, defendit Blomfieldius his in Aiace v. 1118.

οὐδ' αὖ τοιαύτην γλῶσσαν ἐν κακοῖς φιλῶ,

et v. 1151.

ὃς ἐν κακοῖς ὕβριζε τοῖσι τῶν πέλας.

Sed non debebat suspicari sensum esse *insolentiam etiam in ignavis non probo.*

1581. *τόνδε φῄς* Pauwius. Libri *τόνδ' ἔφης.* Blomfieldius cum Bothio signum interrogandi in fine sequentis versus posuit. Wellauerus, in Humboldti interpretatione post v. 1580. et 1606. unius versus omissionem asteriscis indicatam videns, intellexit, quod volebam, antithetica ratione hoc colloquium compositum esse, ut medii sint Aegisthi quinque versus 1597—1601. inde utrimque terni chori, tum octo Aegisthi, extremi autem seni, quos rursum chorus recitat. Ex qua descriptione colligitur chorum in hemichoria divisum fuisse, quorum utriusque dux verba fecit. Itaque hemichoria indicavi ubi vulgo chori nomen praefixum est. Hic autem etsi qui desideratur sententiarum nexus restitui duobus modis potest, si aut *σὺ δ' ἄνδρα τόνδ' εἰ φῄς ἑκὼν κατακτανεῖν* scribitur, aut meliore versus numero *εἰ δ' ἄνδρα τόνδε φῄς ἑκὼν κατακτανεῖν* (expressit hoc autem vertendo Humboldtus), tamen neutrum satis veri simile est. Accedit quod etiam *ἐν δίκῃ* suadet ut aliquid excidisse credamus. Verum lacuna aperte non ubi apud Humboldtum et Wellauerum notata est, ante v. 1581. indicanda erat, sed ante v. 1584. Excidit, nisi fallor, tale quid, *τοίγαρ στυγηθεὶς δυςθέοις τολμήμασιν*, ut pro *ἀλύξεις* mutata constructione illatum sit *οὔ φημι' ἀλύξειν τὸ σὸν κάρα.* Eodem modo illud *τοίγαρ* interrogationem sequitur in Choeph. v. 882. *φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοίγαρ ἐν ταὐτῷ τάφῳ κείσει.*

1582. Libri *ἔποικτον.* Blomfieldius, quia haec vox neque alibi exstet, neque hic exstitisse debuerit (id vero quomodo demonstrabit?), *ἐπακτὸν* edidit ex Casauboni coniectura. At quid est *ἐπακτὸς φόνος*? Idem vero est *ἔποικτον* quod *ἐποίκτιστον* v. 1180. In Farn. glossa *ἄξιον οἴκτου.*

1586. Blomfieldius dubitabat an haec Clytaemnestrae oratio esset, credo quod chorum videbat deinde Clytaemnestram alloqui.

1588. 1589. Libri *γνώσῃ, γέρων ὢν, ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.* Glossa in Farn. *προσταγὲν αὐτῷ*, quae satisfecit Blomfieldio, Wellauero, Scholefieldio, aliis. At languidum illud additamentum est. Quare ad Vigerum p. 702. scribendum monui *τὸ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον.* Id intelligere se negat Blomfieldius, nec Wellauerus ferri posse articulum a participio remotum credebat. Num haesissent, si legissent *ἡ τηλικούτῳ σωφρονεῖν παροιμία*? Illud *εἰρημένον* nisi alius, certe Theognidis est v. 578.

μή με δίδασκ' · οὔ τοι τηλίκος εἰμὶ μαθεῖν.

1590. *δεσμὸς δὲ* Farn. Vict. *δεσμὸν δὲ* Ven. Flor.

1591. *ἔξοχώτατε* Ven.

1593. Libri *πήσας.* Glossa in Farn. *παθών.* Est illud quidem logiae congruum participium, sed quum neque usitatum sit, neque a ana

grammaticis commemoretur, neque cur ei Aeschylus *παθών* posthabuerit appareat, non videtur dubitandum esse quin corrigi debeat. Ac *παίσας* praebet scholiastes Pindari Gottingensis ad finem Pyth. II. qui hunc versum ex Agamemnone affert. Respicit versum Zenobius V. 70. non afferens tamen. Butlerus coniecit scribendum esse *πταίσας*, idemque, probatum Porsono Adv. p. 158. cui tamen nota erat scholiastae illius lectio, et Elmsleio ad Baccharum v. 794. adsciverunt Blomfieldius et Wellauerus. Mirum, quum *παίσας*, *offendens*, aptissime dictum sit, praelatum esse quod languet. Vide ad v. 972.

1594. Libri *γύναι σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης νέον*. Auratus quum coniecisset *τοῦ γ' ἥκοντος*, Stanleius *τοῦδ' ἥκοντος* scribi iussit, quod receperunt Schützius, Porsonus, et ceteri praeter Wellauerum et Scholefieldium. Wellauerus *τοὺς ἥκοντας* ab *οἰκουρός* pendere voluit (quod fieri non potest), hoc sensu, *domi exspectans cos qui ex pugna rediissent:* nam chorum haec non Clytaemnestrae, sed Aegistho dicere, quem mulierem appellet: Clytaemnestram non esse in scena. Hoc postremum plane falsum est: mansit enim Clytaemnestra in scena, manetque usque ad finem fabulae: illud prius autem non minus errore caret. Nam si quis putet, *γύναι* quum dicit chorus, Aegisthum appellari, necessario statuere debebit scribendum esse non *αἰσχύνουσα* (id enim non solum ambiguum, sed prorsus ineptum esset), verum *αἰσχύνας*, masculinum participium. Praeterea ob eandem ambiguitatem scribendum esset coniunctim *γυνὴ σύ*. Sic demum haec recte dicta essent. Scholefieldius ad *τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης νέον* intelligendum putavit *ἔδρασας*. Id quidem fieri non potest, nisi sic, ut mutata constructione adiecta sint illa *ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον*. Praestat Stanleii emendatio: sed scribendum est cum Blomfieldio continuata oratione *γύναι, σὺ τοῦδ' ἥκοντος ἐκ μάχης νέον οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα* etc. Stanleius post *αἰσχύνουσ'* apponere virgulam voluit.

1596. Libri *τόνδ' ἐβουλεύσας*. Blomfieldius, cui iam olim *τῷδ'* in mentem venerat, id postea codicis Flor. auctoritate recepit. At *τῶδε βουλεύσας* Flor. et Ven. infra v. 1603. habent, non hic. Inutile est autem *τῷδε*, aptum vero *τόνδε*, quum caedes haec, quae modo facta est, hoc quasi in iudicio disceptetur.

1600. Libri *ἠπίοις*. In Farn. glossa *ἡμέροις*. Quod Pauwius coniecit, probatum Heathio, *ἠπίους*, recepit Blomfieldius. At neque mites se esse simulant Aegisthus et Clytaemnestra, neque, si simularent, recte id diceretur, quum Orpheum non feras belluas, sed omnia mitigasse dixerit Aegisthus. Iacobi emendationem, *νηπίοις*, merito probarunt alii.

1601. Libri *ἄξη* vel *ἄξῃ* et *φανῇ* vel *φανῇ*.

1602. Hoc dicit, *tu scilicet mihi rex Argivorum eris*. De his particulis *ὡς δή* videndi Seidlerus ad Iph. Taur. v. 1304. et Schneiderus ad Platonis Civit. I. p. 36. Libri *ἔσῃ* vel *ἔσῃ*.

1603. *τῷδ' ἐβουλεύσας* Vict. et, ut videtur, Farn. *τῶδε βουλεύσας* Ven. Flor.

1604. De iterato *οὐκ* vide Reisigium in Comm. crit. ad Oed. Col. p. 239. Signum interrogandi, quod in fine huius versus positum est, rectius tolli videtur.

1605. Male Auratus *σοφῆς*, hunc versum choro continuandum ratus.

1606. *ἐχθρὸς ἦ παλαιγενὴς, ἐκ τῶνδε· τοῦδε* Vict. *ἐχθρὸς. ἦ παλαιγενὴς ἐκ τῶνδε, τοῦδε* Farn. *ἦ παλαιγενὴς* etiam Ven. Flor. Auratus *ἦν π.*, Schützius *ἦ*, Bothius *ὤν*, Porsonus *ἦ*, coli signo in fine versus posito. Receptum *ἦ* in editionibus novissimis. *Ego autem*, inquit, *suspectus eram veteris inimicitiae, ὕποπτος ἦ ἐχθρὸς ὤν.* Deinde Iacobus et Pearsonus *ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων*, quod fere probarunt editores, vereor ne non recte. Nimis enim abrupta opum Agamemnonis mentio, quibus sic demum recte se fretum dicere poterat Aegisthus, si eas nunc suas esse significasset. Quare olim mihi in mentem venerat scribendum esse *ἐκ τῶνδε δ' ἐγχειρημάτων*. Sed postea vidi lacunae notatione non solum defendi scripturam librorum, sed etiam versuum rationem antitheticam salvam praestari. Cohaerebat oratio, nisi fallor, hoc fere modo,

ὥςτ' ηὐλαβεῖτ' ἄν. νῦν δ' ἐγὼ κρατῶν δόμων
ἐκ τῶνδε τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν.

1609. Scaliger et Pearsonus *πολιτῶν* in *τὸ λοιπόν* mutatum volebant.

1610. Mirabiles sunt ellipses quibus viri docti hoc *βαρείαις* explicare adnisi sunt. Quod ante pedes est dici debebat, dixitque in glossario Blomfieldius, ex re ipsa verboque hoc *ζεύξω* cogitandum esse *ζεύγλαις*. Sic in Aeschinis oratione in Ctesiph. §. 43. quum plerique codices praebeant *μείζοσι τιμᾶσθαι*, facile apparet additum *τιμαῖς* interpreti deberi. Pessimam Pauwii coniecturam, *οὔτι μοι*, receperunt Porsonus, Blomfieldius, Boissonadus, Dindorfius. *σειρασφόρον* Flor. Vict. *σειραφόρον* recte Ven. Farn. cum Polluce, cuius verba statim afferam.

1611. Recte libri *κριθῶντα*. Pollux VII. 24. *τὸ μέντοι ὑπερεμπεπλῆσθαι καὶ ὑπερκεκορέσθαι ὑπερμαζᾶν ἀπὸ τῆς μάζης ἔλεγον οἱ παλαιοί, οἱ δὲ νέοι κριθιᾶν ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων· Αἰσχύλος μὲν γὰρ εἰρηκε "σειραφόρον" τε καὶ "κριθιῶντα* (sic vulgo: Bekkerus *κριθῶντα*) *πῶλον," Σοφοκλῆς δέ "ἕως ὅτου κριθώσῃς ὄνον* (vulgo *οἶνον*)." Inconsiderate Blomfieldius cumque secutus Wellauerus *κριθιῶντα* non solum metro, sed etiam analogiae repugnare dicunt. Vtrumque verbum probum est, sed confudisse videtur Pollux, homo levissimus. Nam *κριθιᾶν* dicuntur equi qui morbo hordeationis affecti sunt, *κριθᾶν* autem qui bene pasti ferociunt. Non satis distinxit haec Butmannus in Lexilogi vol. II. p. 173. Illud tamen recte Pollux, recentiores *κριθιᾶν*

eo quo indicat significatu dixisse. Certe in Apollonii Lexico Homerico ἀκοστήσας explicatum dicitur a quibusdam per κριθιάσας. Blomfieldius temere excogitavit κριθοῦν, quum in glossario κριθώσης scribi in Sophoclis apud Pollucem verbis voluit. Pridem viderunt viri docti ὄνον ibi scribendum esse, ediditque ita Bekkerus. Versus fuit trimeter, ad hunc fortasse modum scriptus antequam excideret verbum,

ἕως ὅτου ψαύσειε κριθώσης ὄνου.

Cleanthes apud Stobaeum VI. 20. dubitari potest an cum morbi quadam significatione usus sit illo verbo hisce in versibus,

πόθεν πότ' ἆρα γίνεται μοιχῶν γένος;
ἐκ κριθιῶντος ἀνδρὸς ἐν ἀφροδισίοις.

Porro in Aeschyli versu libri ὁ δυςφιλὴς κότῳ. Scribendum esse σκότῳ vidit Auratus: unde Stanleius, ut antea Scaliger, δυςφιλεῖ σκότῳ, quod receperunt Schützius et Porsonus. Recte Blomfieldius ceterique in ὁ δυςφιλὴς σκότῳ acquieverunt. Comparavit cum Aeschyli verbis Scaliger ad Varr. de re rust. p. 246. haec Pacuvii in Doloreste,

nam te in tenebrica saepe lacerabo fame
clausum, et fatigans artus torto distraham.

1612. ξύνοικος Flor. Farn. Vict. σύνοικος Ven.

1614. Libri ἀλλὰ σὺν γυνή. In Farn. glossa σοὶ δηλονότι. Canterus ἀλλά σφ' ἡ γυνή. Spanhemius, Heathius, Schützius, Blomfieldius, alii ἀλλά νιν γυνή. Servarunt σὺν Porsonus et Scholefieldius, vereor ne non recte. Certe exemplum requiro sic in media oratione positae praepositionis.

1616. ἆρα ποῦ Farn. Hoc dicit, *vivitne alicubi Orestes?* Loquitur autem coryphaeus aversus ab Aegistho, conversus autem ad alterum hemichorium. Alioqui non τοῖνδε, sed ὑμῖν diceret.

1619. Libri ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἐρδειν καὶ λέγειν, γνώσῃ τάχα. Auratus δοκεῖ, quod recepit Blomfieldius. Non mutandum esse δοκεῖς intellexissent, si considerassent verba quae languidissima ac plane inepta in libris leguntur, καὶ λέγειν. Scripsit Aeschylus κοὐ λέγειν. *At*, inquit Aegisthus, *quoniam factis, non dictis pugnaturus videris, statim cognosces* —. Non eloquitur sententiam, gestu se gladium stringere velle significans. Excidit autem post hunc versum is quo chorus ad haec respondebat.

1621. Libri hunc et sequentem versum choro tribuunt. Quos quum olim sequerer, erravi quum inter eos medium interiisse putavi Aegisthi versum, quo ille quod dicere occoeperat ad finem perduceret. Stanleius versus 1619 — 1622. Aegistho, 1623. choro, 1624. rursum Aegistho tribuendos censebat. Eum secutus est Boissonadus, λοχίτας satellites esse Aegisthi monens ut in Choephoris v. 755. afferensque etiam Soph. Oed. R. v. 751. Adnotaverat, opinor, tale quid Hesychius, apud quem quod legitur λοχίτης, ἐνεδρευτής, βασιλεύς, sic corrigendum videtur, λοχίτης, ἐνεδρευτής, ὑπηρέτης βασιλέως. Illud recte Stanleius et

Boissonadus viderunt, hunc versum Aegisthi esse: sed in ceteris libros sequi debebant. Absurdum est enim Argivis mortem portendi, quod omen in Aegisthum expetere, qui Agamemnonis necem capite luiturus erat, oportebat.

1623. *ἀλλὰ μὴν κἀγὼ* Porsonus. Libri *ἀλλὰ κἀγὼ μήν*. Deinde *πρόκωπος* Ven. Vict. *πρόκοπος* Flor. *πρόκοπτος* Farn.

1624. Libri *ἐρούμεθα*. Servavit hanc inusitatam futuri formam Porsonus. Stephanus male *ἑλούμεθα*. Schützius *ἐρώμεθα*, quod receperunt Blomfieldius et Scholefieldius. Verissime Auratus, Canterus, Tyrwhittus *αἱρούμεθα*, sed Tyrwhittus tamen falso argumento usus, quod scholiastes ad *τὴν τύχην* adscripserit *τὸν οἰωνὸν δηλονότι*. Nam ista scholiastae adnotatio non ad *τὴν τύχην*, sed ad *δεχομένοις* pertinet. Id Elmsleius si animadvertisset, non adnotasset ad Tyrwhitti observationem pro *θανεῖν* hoc in versu scribendum videri *κτανεῖν*. Immo necessario repetendum est verbum illud quod dixerat Aegisthus: *accipimus omen, quod te mori non dubitare dixisti, et capimus nobis fortunam.* Activo verbo Aeschylus usus est in Suppl. v. 365.

ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας
δρᾶσαί τε μὴ δρᾶσαί τε, καὶ τύχην ἑλεῖν.

1625—1628. In libris hi versus hoc ordine leguntur,

μηδαμῶς ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν ἄλλα δράσωμεν κακά.
ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον ὁ ἔρως,
πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπαρχε· μηδὲν ἡματώμεθα.

Emendavi hunc versuum ordinem et huc retraxi versum qui in libris post v. 1635. alienissima in sede positus est,

σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα.

Versu 1625. *δράσωμεν* Vict. Codices *δράσομεν*. Proximo versu libri *πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπαρχε· μηδὲν ἡματώμεθα*. Auratus *ὑπάρχει* et *αἱματώμεθα*. Et *ὑπάρχει* Scaliger quoque. Receperunt haec Porsonus aliique. Vossius cum eoque Stanleius legendum putabant *μηκέθ' αἱματώμεθα*, Blomfieldius *μηδ' ἔθ' αἱματώμεθα*. In adnotatione ad interpretationem Humboldti, quoniam hi trochaei aperte ex lacero atque attrito codice descripti sunt, ut qui descripsit non omnia legere potuisse videatur, scribendum conieceram *πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπάρχει μηδὲν ἡματωμένοις*, non recte: nam id *μηδὲν αἱματουμένοις* potius scribendum esset. Nunc, loco versus mutato, scripsi

πημονῆς ἅλις δ' ὑπάρχει· μηδὲν αἱματώμεθα.

Versu 1627. libri *δύστηνον ὁ ἔρως*. Egregia Schützii emendatio, *δύστηνον θέρος*, merito assensum tulit editorum, quamquam quae sententia esset horum verborum omnes iuxta Schützium non satis intellexisse video. Omnes enim, prorsus neglecto *πολλά*, sic interpretantur ac si diceret Clytaemnestra *haec quoque perpetrasse tristis messis est.* At hoc illa dicit, *ἀλλὰ καὶ τάδε πολλά ἐστιν ἐξαμῆσαι δύστηνον θέρος, sed haec quoque satis multa sunt, ut inde tristem messem metamus.* Prae-

sagit enim vindictam interfecti Agamemnonis. Absolvitur sententia eo versu quem huc revocatum addidi. Is in Flor. Farn. Vict. ita scriptus est, *σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα.* In Ven. etiam in medio versu lacuna est, hoc modo,

σώφρονος γνώμης κρατοῦντα.

Stanleius, quum Casaubonus *ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα* scribendum coniecisset, hunc versum ita explebat, *σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα δύςφορον.* Pro hoc ultimo verbo Porsonus aliique asteriscos posuerunt. Ac profecto *δύςφορον* non scripsit Aeschylus. Posui quod eum scripsisse veri non dissimile est,

σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντ' αἶσχος μέγα.

Itaque haec est sententiarum ratio, *nequaquam faciamus alia mala, sed vel haec satis multa sunt ut malam messem metamus, prudentis autem consilii expertem esse regnantem probrum est.*

1629. Libri *στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε.* Scaliger, deleto *τούσδε*, legebat *στείχεθ' οἱ γέροντες εἴσω.* Pro illo *εἴσω* Porsonus *ἤδη* posuit. Auratus *στείχεθ' οἵδε δ' οἱ γέροντες.* Wakefieldii in Silva critica I. p. 60. aliorumque coniecturas sciens praetereo. Blomfieldio placebat *στείχετ' ἤδη δ' οἱ γέροντες*, quod recepit Scholefieldius. Illud vero mirum est, quod idem Blomfieldius Heathii inventum amplexus est, *πρὸς δόμους, τετρωμένους πρὶν παθεῖν*, probatum Elmsleio quoque. At *πρὸς δόμους πεπρωμένους* non dubitandum videtur quin verum sit: sed hoc participium, quo destinata cuique et propria domicilia significantur, non aliter aptum est huic loco nisi si simul ad regiam domum refertur, quae iam Aegistho, ut regi, sicuti senibus privatae domus, iusta sit habitatio. Ex quo colligi potest, id quod etiam res ipsa docet, Aegisthum non minus quam senes in suas quosque domos se recipere iuberi, plane ut in Oedipo rege v. 637.

οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους, σύ τε, Κρέων, κατὰ στέγας;

Itaque scribendum erat

στεῖχε καὶ σὺ χοὶ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους.

Vidit hoc etiam Franzius.

1630. *πρὶν παθεῖν. ἔρξαντες καιρὸν* Flor. *πρὶν παθεῖν. ἔρξαντα καιρὸν* Ven. Farn. Vict. Deinde *ἐπράξαμεν* Flor. Farn. Vict. *ἐπραξάμην* Ven. Heathius ingeniose *στέρξαντας αἰνεῖν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.* Et *στέρξαντας* probabat Elmsleius, assentiens ille Blomfieldio in *αἴρειν*, qui sic scripsit, *πρὶν παθεῖν ἔρξαντας· αἴρειν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν*, obsequentem nactus Scholefieldium. Nimia profecto mira. Quis enim haec intelligat? Adhibuit quidem Blomfieldius Euripideae Electrae versum 942. *ἢ μὲν γὰρ ἀεὶ παραμένουσ' αἴρει κακά.* Sed haec verba sunt sine sententia. Recte Tyrwhittus scribendum vidit *αἴρει κάρα.* De natura loquitur Euripides, praestantiore divitiis, quae caput tollat, quod stabilis sit et permanens. In Aeschyli versu olim conieci scribendum esse *πρὶν παθεῖν ἔρξαντ' ἄκαιρα*, et nullius litterae mutatione

facta Bothius *πρὶν παθεῖν ἔρξαντ' ἄκαιρον.* Verum tamen neque haec vera esse, nec, si quis, quod haud inelegans est, *ἄρξαντ' ἀκαίρων* scribi vellet, codicis Florentini scriptura, *ἔρξαντες*, monstrat, quae quin vera sit vix dubitari posse arbitror. Nam et nominativus magis quam accusativus cum praecedentibus congruit, et pluralis positus est aptissime, quo ad solos senes haec admonitio referatur, et tritissimum illud *παθεῖν ἔρξαντα* recte caret inutili additamento *ἄκαιρα*, et denique isto *ἔρξαντες* efficitur ut illa nimis superba sententia, *χρὴν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν*, molliri debeat alius vocabuli intercedente vinculo. Ac valde quidem arrideat fortasse quod Lobeckio Pathol. proleg. p. 248. placuit, *πρὶν παθεῖν ἔρξαντες· αἰνεῖν χρὴν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.* Probabilius tamen mihi videtur scripsisse Aeschylum

πρὶν παθεῖν ἔρξαντες. ἀρκεῖν χρὴν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.

Sic loquitur mulier, *i et tu et vos, senes, vestras domos, priusquam vim vi luatis. Sufficere oportebat quae passi sumus. Sin nondum satis est hisce malis, accipiemus, dei si nos gravis ira infortunio plectet.* Hoc modo quum loquitur, neque asseverat oportuisse Agamemnonem interfici, sed permittit iudicio aliorum, et, si iniuste necatus sit, diis relinquendum esse vindictam monet.

1631. Libri *εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἅλις γ' ἐχοίμεθ' ἄν.* Auratus *εἰ δέ τῳ μόχθων δέοιτο* vel *μέλοιτο.* Alii quae coniecerunt adeo nec Graeca sunt neque intelligi possunt, ea ut referre pigeat. Humboldtus quid vertendo expressisset non recte assecutus est Wellauerus. Expressit ille meam emendationem, quam ad eius interpretationem non adscripsi,

εἰ δ' ἔτ' οὐ μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἅλις, δεχοίμεθ' ἂν
δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι.

De sententia dictum est ad versum praecedentem. *Ἔτ' οὐ* habet Sophocles Trach. v. 116. *ἔτ' οὐδέν* idem in Philocteta v. 1217. *Οὐ* vero hic, non *μή*, dici debuit, quia *οὐχ ἅλις* per se unam notionem efficiunt, neque negatio ad particulam conditionalem pertinet.

1632. *χολῇ* recte Vict. et, ut Franzius ait, Flor. *χηλῇ* Farn. et, ut Franzius ait, Ven. quod videtur monachi esse cui imago diaboli obversabatur. Neque enim potest defendi his quae in Persis v. 510. leguntur, *ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλον παντὶ Περσικῷ γένει.* *πεπληγμένοις* Ven.

1634. Non inepta est Wakefieldii coniectura *ἀκοντίσαι.* Sed recte tamen dictum videtur *ἀπαυθίσαι*, quod idem fere est ac *δρέψασθαι.*

1635. Libri *δαίμονας.* Casauboni et, nisi fallor, Aurati quoque emendatio *δαίμονος* inde a Schützio merito recepta est. Post hunc versum in libris hic versus legitur, *σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα*, quem post v. 1627. collocavi.

1636. *προσσαίνειν* Ven. Farn. *προσαίνειν* Flor. Vict.

1637. Huic versui in Flor. Clytaemnestrae persona praefixa est. Aegistho recte eum tribuunt Farn. Vict.

1639. Speciosa, nec tamen necessaria est Aurati coniectura, *φεύγοντος ἀνδρός*.

1640. V. ad v. 1249.

1642. *θαρσῶν* Porsonus. Libri *θαρρῶν*. Deinde *ὥςτε* Canterus et Scaliger. Libri *ὥσπερ*. De proverbio v. ad Pers. v. 757.

1643. 1644. In libris hi versus sic scripti sunt,

μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων
καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων.

omissis postremis utriusque versus vocibus. Ex scholiasta et ipsa iubente sententia addendum viderunt *ἐγὼ* Canterus, *καλῶς* Heathius. Facit Clytaemnestra finem tragoediae, quoniam chorus, cuius alias hoc officium esse solet, susceptis hac in scena actoris partibus non recte potuit ad perorandum adhiberi. Ad id aptior erat Clytaemnestra, quae nunc quidem, postquam explevit suum in Agamemnonem odium, vacuum motu animum habens, idonea videbatur ad componendam rixam quae est inter Aegisthum et chorum exorta. Subscriptum in Flor. *καὶ νῦν πάρεστιν ἀγαμέμνονος τέλος*, in Ven. *τέλος ἀγαμέμνονος*.

ADNOTATIONES AD CHOEPHOROS.

1 — 5. Initium Choephororum, quo codices et veteres editiones Aeschyli carent, Stanleius exhibuit ex Ranis Aristophanis v. 1155. seqq. indicatum iam a Cantero. Haec verba, *πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη*, quae ipse Aeschylus apud Aristophanem sic interpretatur, *τὸν ἐριούνιον Ἑρμῆν προςεῖπε, καθήλον λέγων ὅτιὴ πατρῷον τοῦτο κέκτηται γέρας*, sic debent accipi ut ea ibidem Euripides intelligit, *τὸν Ἑρμῆν, ὡς ὁ πατὴρ ἀπώλετο αὐτοῦ βιαίως ἐκ γυναικείας χερὸς δόλοις λαθραίοις, ταῦτ' ἐποπτεύων ἔφη*. Scholiastes Aristophanis *Ἀρίσταρχος δέ φησι τῶν ἐξηγήσεων τοῦ στίχον τὴν προτέραν κατὰ τὸν ποιητὴν εἶναι, ἣν ὁ Εὐριπίδης ἔφη· τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς κράτη ἐποπτεύων, ὃς κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν περὶ Αἴγισθον ἀπώλετο.*

2. *σύμμαχος* est apud Thomam Magistrum, qui hunc versum p. 41, 6. ed. Ritsch. affert.

3. *εἰς γῆν* pars librorum Aristophanis et Thomas M. p. 169, 12. 199, 1.

4. Apud Aristophanem, postquam de versibus secundo et tertio disceptatum est, pergere Aeschylum Bacchus iubet, *ἴθι πέραινε σύ, Ἀισχύλ', ἀνύσας· σὺ δ' ἐς τὸ κακὸν ἀπόβλεπε*. Pergit igitur Aeschylus,

τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκούειν.

Itaque Stanleius haec statim versui tertio continuavit. Dubitari potest rectene an secus. Nam et illa, *ἥκω γὰρ ἐς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι*, nimis nude posita videri possunt, quam ut credibile sit poetam statim haec subiecisse, *τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρί*, neque ex Aristophanis verbis hoc certum efficias, versus ita sese statim excepisse, ut criticis visum est. Facit enim Aristophanes ea recitantem Aeschylum, in quibus aliquid reprehendi possit. Quod si quae intermedia inter hos versus erant, quae nihil continebant quod reprehenderet Euripides, ne poterant quidem ab Aeschylo recitari. In illis autem, quae supra commemoravi ab Euripide dicta ut *πατρῷα κράτη* explicaret, tam

tragica est et Aeschylea oratio, tamque conveniens huic loco sententia, ut non inepte quis suspicari possit haec ab Aeschylo in hunc fere modum conformata fuisse,

ἥκω γὰρ ἐς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι,
τλήμων Ὀρέστης, κρυπτὸν εἰςβαλὼν πόδα,
οὗ δὴ βιαίως ἐκ γυναικείας χερὸς
δόλοις λαθραίοις οὐμὸς ὄλλυται πατήρ.
τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρὶ
κλύειν, ἀκοῦσαι.

Legebatur apud Aristophanem *τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τάδε γε κηρύσσω πατρί*, numeris quales in tam antiqua tragoedia ferri nequeunt. Itaque pridem iudicaveram scribendum esse *τῷδε*, quum hanc ipsam lectionem in Ravennate libro esse intellexi, ex quo eam Porsonus recepit. Idem praebet Venetus, nec longe discedunt alii, *τῷ δὲ*, vel *τάδε*, omisso *γέ*, exhibentes.

6. 7. Haec e scholiis ad Pindari Pyth. IV. 145. sumpsit Stanleius. Respicit ad haec verba Eustathius p. 165, 6. et 1194, 55.

8. 9. Hi versus, prolati primum a G. Dindorfio in adnotatione ad Euripidis Alc. v. 768. accesserunt ex codice Vat. 909. ubi hoc scholion ad Euripidis Alc. v. 784. adscriptum est (p. 277. ed. Cob.) *οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ'. σεσημείωται ὅτι καὶ Αἰσχύλος ὡς γινόμενον τοῦτο συνίστησιν ἐν ταῖς Χοηφόροις τὸ ἐκτείνειν τὰς χεῖρας. λέγει δὲ Ὀρέστης "οὐ γὰρ παρὼν ὤμωξα σόν, πάτερ, μόρον, οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἐπ' ἐκφορᾷ* (*ἐπ' ἐκφορὰν* codex) *νεκροῦ*."

10. Hic versus cum reliqua fabula in M. G. Ald. Turn. statim versui 1118. Agamemnonis, *ἠνυτόμαν τροφαῖς*, continuatur. Exciderunt enim e codice M. folia sex. Primus Robortellus haec non ad Agamemnonem pertinere, sed Choephoros esse intellexit. *Ορ.* huic versui etiam Turnebus praefixit. *λεύσω* G. Ald.

11. *φάρετι* Ald. *βάρεσι* Turn.

12. *ποῖα* G. Ald. *τοίᾳ* Rob. *ξυμφορὰ* Ald.

13. *δόμοις* Rob. *πῆμα* ex M. G. Rob. recepi. *πόμα* vitiose Ald. unde Turn. fecit *πτῶμα*, quod reliquas editiones occupavit. *προσκυνεῖ* vitium Ald. Turn. Hesychius *προςκυρεῖ*, *προςεγγίζει*.

14. *τ' ὠμῷ* Rob.

15. Libri *μειλίγμασιν*. Emendavit Casaubonus. Pers. v. 612. *παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς φέρουσ', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια.*

16. *ἄλλοι* Rob.

17. *στείχειν* M. Rob. Omittunt hoc verbum G. Ald. *ὁρᾶν* ex coniectura posuit Turn. *λυγρῷ* omittit Rob.

20. *ἐκποδὼν* Stanleius. *ἐκποδῶν* M. Rob. *ἐκ ποδῶν* G. Ald. Turn.

22. *ἅλτος* M. G. Ald. Rob. Emendavit accentum Turn. *ἔβην* Rob. Turn. *ἔβη* M. G. Ald.

23. *χοὰς* M. G. Ald. Rob. Turn. *χοᾶς* Vict. Defendi potest *χοάς*,

pendens e *προπομπός*, sed veri simile est Aeschylum *χοᾶν* scripsisse, ut Casaubonus voluit. Libri *πρόπομπος*. Emendavit accentum Vict. *σὺν κτύπῳ* Arnaldus. *συνκύπτωι* M. *σὺν κύπτῳ* G. Ald. *συγκόπτω* Rob. *συγκύπτω* Turn.

24. *πρέπει παρηὶς φοίνισσαμιγμοῖς* M. *πρέπει παρηΐς φοίνισσα γωγμοῖς* G. Ald. Inde *πρέπει παρηΐς φοίνισσα γ' ὠγμοῖς* Turn. Veterem scripturam Rob. adnotavit hanc, *πρέπει παρηΐς φοίνισσα γωγμοῖς*, Sophiani coniecturam hanc attulit, *πρέπει παρηΐς φοίνισσ' ἀμιγμοῖς*, ipse edidit *πρέπει παρηὶς φοίνισσ'*, omisso quarto vocabulo. Stanleius, nisi iam ante eum Auratus aut Scaliger (nam in Choephoris caremus schedis Spanhemii), *πρέπει παρηΐς φοινίοις ἀμίγμοις* scribendum censuit, idque Schützius, Porsonus, ceteri receperunt. At in hoc versu spondei tolerari nequeunt, quum primi quattuor versus systema e puris iambis factum comprehendant. Scribendum erat

πρέπει παρῇσι φοίνιος διωγμός,

conspicua est in genis cruenta vis unguium, recenti sulco.

26. *διοιγμοῖσι* M. G. Ald. Rob. *δ' ὠγμοῖσι* Turn. Emendavit Canterus.

28. Libri *ἄλγεσι*. Porsonus *ἄλγεσιν*, ut est apud Etym. M. p. 403, 47. *ἔφλαδον, σημαίνει τὸ ἐσχίσθην, ἢ ἐθλάσθην, ἢ διερρήγνυντο, ὥς φησιν Αἰσχύλος "λινοφθόροι ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν."* Iungendum est *λινοφθόροι ὑφασμάτων*, i. e. *φθείρουσα τὰ τῶν ὑφασμάτων λίνα*. Constructio autem haec est (male enim post *ἄλγεσιν* virgulam ponunt), *πρόστερνοι στολμοὶ λακίδες ἔφλαδον*, i. e. *ὥστε λακίδες γενέσθαι*. Schol. partim recte, *τὸ ἑξῆς. οἱ δὲ στολισμοὶ τῶν ὑφασμάτων πρὸς τοῖς στέρνοις λινοφθόροι λακίδες ἐρράγησαν.* Eodem modo Aeschylus locutus est in Persis v. 836. *πάντα γὰρ κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι στημορραγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων*, i. e. *πάντα λακίδες ὄντα*.

29. *πρόστέλνοι* sic M. *πρόστελνοι* G. Ald. Rob. Emendavit Turnebus.

31. Libri *τορὸς γὰρ φοῖβος* (sic etiam M.) *ὀρθόθριξ*, nisi quod Turn. *φόβος* posuit. Heathio auctore Schützius et Porsonus *τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ φόβος*. Si sic legitur, turbat mox *περὶ φόβῳ*, quod Schützius in secunda editione scripsit *περὶ φόνῳ*. Sed *φόβος* illud e Turnebi ingenio, non e veteribus libris ductum est. Scholiastae quidem ad v. 34. haec est adnotatio, *ἐκ τῶν τῆς καρδίας μυχῶν περισσῶς τῷ φόβῳ ἀναλακεῖν καὶ βοῆσαι τὴν Κλυταιμνήστραν ἐποίησεν ὁ σαφὴς φόβος δι' ὀνείρων μαντευόμενος*, ut *φόβος* legisse videri possit: sed nihil obstat quin eum *φόβος* ut alius vocabuli interpretationem posuisse existimemus. Scripsit autem Aeschylus

τορὸς δὲ φοῖτος ὀρθόθριξ.

In eandem emendationem incidit Bambergerus.

34. *ἔλακε* Rob. Turn. *ἔλαχε* M. G. Ald. codex Robortelli, sed in

M. G. κε supra adscriptum. περὶ φόβῳ, prae timore. Infra v. 511. ἀμφὶ τάρβει. Pers. v. 697. περὶ τάρβει. Euripides Or. v. 815. θανάτου ἀμφὶ φόβῳ.

35. Libri γυναικίοισιν. Correxit Victorius. βαρὺς πιτνῶν M. Rob. βαρὺ πιτνῶν G. Turn. βαρυπιτνῶν Ald. βαρὺς πίτνων Blomfieldius ex Elmsleii sententia.

36. Libri κριταὶ τῶνδ' ὀνειράτων. In M. est κρίται, sed ί ab alia manu in litura scriptum est. Porsonus post κριταί inseruit τε, Schützius ex Arnaldi sententia δέ, quod praestat.

37. ἔλαχον M. G. Ald. Rob. Correxit Turnebus.

39. In ἐγκοτεῖν in M. ο ex ω factum.

40. τοιάνδε M. Rob. τοιάνδε G. τοιὰν δὲ Ald. Turn. Deinde χάριν ἀχάριτον Elmsleius ad Soph. Oed. Col. v. 836. Libri χάριν ἄχαριν.

41. ἰὼ γαῖα μαῖα M. G. Ald. Turn. Agnoscit hoc scholiastes, qui ὦ γῆ μήτηρ adscripsit. Recte vero Rob. ἰὼ γαῖα γαῖα. Illud ineptum. Deinde μωμένν αμιλλεῖ, accentus in ω et spiritu, ut videtur, in α deletis, M. μωμένα μιλλεῖ G. Ald. Rob. μωμένα μιλλεῖ Turn. Emendavit Stanleius.

42. τόδ' G. Ald. τόδε M. Rob. Omittit Turn. Deinde ἐκβάλλειν libri, nisi quod ἐκβάλλεν Turn. Correxit Stanleius.

43. Libri λυγρόν. Emendavit Canterus.

44. πανοϊζὺς M. G. Rob. πανοιζὺς Ald. Turn. idque e codice suo affert Robortellus. Scribendum πάνοιζυς. V. Lob. Paralip. p. 251.

48. Libri θανάτοισι.

49. Libri ἀδάμαντον, quod olim correxi.

50. φρενός τε Vict. φρένες τε M. G. φρένετε Ald. φρέννεςε codex Robortelli. φρένας τε Rob. φρενῶν τε Turn. In περαῖνον M. ε et αῖ ab alia manu in litura habet.

51. In ἀφίσταται in M. alia manus μ super ἀ adscripsit. Stanleius aliique interrogative haec dici voluerunt, φοβεῖται δὲ τίς; Recte scholiastes τοῦτο δὲ θέλει εἰπεῖν, ὅτι ἡ αἰδώς, ἣν περὶ Ἀγαμέμνονος εἶχον οἱ δῆμοι, νῦν εἰς φόβον ἐτράπη. ἐκεῖνον γὰρ ᾔδοῦντο καὶ ἐφίλουν, τὸν δὲ φοβοῦνται ὡς τύραννον διατελούμενον. Hoc enim chorus dicit, *maiestas inexpugnabilis, invicta, non debellata olim in auribus animisque popularibus versata destitit: metuit autem aliquis* (*man ist in furcht*).

52. In ἐν βροτοῖς in M. ο ex ω factum. Habere autem ἐν βροτοῖς, non ἐμβροτοῖς, videtur M. ἐν βροτοῖσι Rob. Deinde θεός τε σθεοῦ, omisso καί, vitium Ald. unde θεός τε θεοῦ Turn.

53. ὀπὴ M. Rob. Turn. ὀπῆ G. Ald. Deinde δίκαν M. G. Ald. Rob. δίκας recte Turn. Scholiastes ἡ δὲ τῆς δίκης ὀπὴ τοὺς μὲν ἐπισκοπεῖ ταχέως καὶ ἀμύνεται, ἄλλοις δὲ ἐν ἀμφιβόλῳ ἐᾷ τὴν τιμωρίαν, οὐκ ἀθρόως αὐτοὺς ἀμυνομένη, ὥστε τοὺς ἠδικημένους

ὑπ' αὐτῶν λυπεῖσθαι, ἄλλους δὲ σκότος καλύπτει, ὡς μηδ' ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτῆς. ὁμοίως ὁ φόνος πέπηγε καὶ οὐ διαρρεῖ, ἀλλ' ἐπέξειστν ἑαυτόν.

54. *τοῖς μὲν* M. G. Ald. Rob. *τοὺς μὲν* recte Turn. cum scholiasta.

56. *μένει. χρονίζοντ' ἄχη βρύει* M. sed *η* in *ἄχη* ab alia manu in litura scriptum est; fuisse antea *ει* videtur: *ἄ* autem ita scriptum, ut *εἰ* videri possit negligentius inspicienti. Hinc *μένει χρονίζοντ' εὐχη βρύει* G. Ald. et codex Robortelli et *μένει χρονίζον τ' εὐχη βρύει* Ald. et *μένει. χρονίζον τ' εὐχῆ βρύει* Turn. *μένει. χρονίζοντ'* (voluit *χρονίζοντ'*, ut in adnotatione scripsit) *ἄχη βρύει* cum Sophiano Robortellus. Multa hic temere tentata sunt. Possis suspicari Aeschylum scripsisse *μένει χρονίζοντα βρύειν*, ut haec sit sententia, *sed conversio iustitiae subita respicit hos in luce; alia in confiniis tenebrarum exspectat morata efflorescere; alios cassa tenet nox.* Sed veri similius est *βρύει*, quod scholiastes *ἀνθεῖ* interpretatur, ex versu 61. ubi *βρύειν* legitur, per errorem huc translatum esse, ut versus 57. post illum versum 61. perperam repetitus est. Aeschylum igitur scripsisse puto

ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκας
ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει,
τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
μένει χρονίζοντ' ἀτυχῆ,
τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.

Sed conversio iustitiae subita respicit hos in luce (i. e. sed iustitia subito se convertit in hos qui in luce versantur: Clytaemnestram et Aegisthum intelligit); *alii inter lucem et tenebras infelices morantur* (infelix exsilio Orestes); *alios* (Agamemnonem) *cassa nox tenet.*

58. *δι' αἵματ'* M. G. Ald. et codex Robortelli. *δι' αἱμά τ'* ex coniectura Rob. Turn. et ita edd. ante Porsonum, qui pluralem restituit. Deinde *ἐκποθέν θ'* e Schützii emendatione Porsonus. *ἐκποθεν* M. *ἐκποθὲν* ceteri.

59. *τὶ τὰς* vitium Ald. Deinde *πέπηγεν οὐ* M. Rob. Turn. *πεπηγμένον* G. Ald. Deinde libri *διαρνδὰν*. Blomfieldius *διαρνδάν*. Scribendum erat *διαρρύδαν*. Scholiastam, cuius haec est interpretatio, *ἀντὶ τοῦ οὐ διαρρέων*, adverbium legisse animadvertit Lobeckius Paral. p. 156.

60. 61. Libri *διαλγὴς ἄτη*, nisi quod Robortellus *αἴτη* ex suo codice affert. Recte Schützius in secunda editione *διαλγὴς δ' ἄτα*. In G. ante *διαφέρει* hoc signum est, [, minio scriptum, quo librarius indicare voluit *ἄτη* et *διαφέρει*, inter quae verba paene nullum in codice spatium est, maiore spatio disiungenda fuisse, quo spatio versuum fines notantur. Mox iterum tale spatium est inter *αἴτιον* et *παναρκέτας*. Asulanus igitur signo isto et spatio, quod post *αἴτιον* est, librarium verba ista *διαφέρει τὸν αἴτιον* expungenda indicasse ratus omisit ea in editione Ald. posuitque pro iis, quod in codice ut interpretatio supra scriptum

est, *διασπαράσσει*. Itaque Turnebus quoque haec ita exhibuit, *διαλγὴς ἄτη διασπαράσσει, παναρκέτας νόσον βρύειν*, correcto vitio Aldinae, quae *παναλκέτας* habet. Scholiastes autem, qui *διασπαράσσει* ad *διαφέρει* adscripsit, quae interpretatio etiam in M. addita est, male haec interpretatus est. Hoc dicit poeta, *graviter dolitura noxa differt auctorem* (i. e. *differt auctori poenam*), *ut satietate malorum abundet.* Post hunc versum in libris repetitus legitur versus 57. *τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ*. Adscriptum est in M. G. *τοῦτο ὥςπερ ἐπᾳδόμενόν ἐστιν.*

62. Libri *οἴγοντι*. Stephani Scaligerique emendatio, *θιγόντι*, vel metri caussa recipi debebat. Recepit eam Blomfieldius: sed male idem ex Bothii sententia *οὔτι*, quod libri habent, in *οὔτε* mutavit. Neque enim *θιγόντι* ad ea pertinere potest, quae sequuntur, *πόροι τε πάντες* etc.

64. Libri *βαίνοντες*. Scribendum *διαίνοντες*, quod etiam Lachmannus vidit. Deinde *τὸν χαιρομισῆ* M. G. Rob. *τὸν χαιρομισῆ* Ald. *τὸν χειρομισῆ* Turn. *τὸν χειρομυσῆ* Pauwius aliique. *τὸν χερομυσῆ* scribendum esse vidit Porsonus.

65. Libri *φόνον καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην*. Scholiastes *ἀντὶ τῆς ἐπιούσης αὐτῷ ἄτης. Ἀττικῶν δὲ τὸ πρὸς αἰτιατικὴν συντάσσειν, καθαίρω σε τὸν φόνον· τὸ δὲ κοινόν, καθαίρω σε τοῦ φόνου.* Scaligero *ἔλουσαν μάτην* scribendum videbatur, quod ferri non magis potest quam quod Odofredo Müllero in mentem venit, *ἴθυσαν μάτην*. Aoristus enim id quod factum est indicat tamquam exemplum eius quod fieri soleat: quod autem non est factum, non potest pro exemplo esse. Heathius *ῥέουσι μάτην* scribendum coniecit; alii alia, quae tacere praestat. Corruptum esse apparet non finem tantum versus, sed etiam *καθαίροντες*. Nam nec spondeus ferri potest, quum puri ubique iambi sint, et, si recte in praecedente versu *διαίνοντες* scripsimus, de quo non videtur dubitandum esse, ipsum *καθαίροντες* propter formam et significationem displiceat necesse est. Videtur autem *καθαίροντες* ex interpretatione natum esse. Aeschylum scripsisse puto

φόνον καθαρσίοις ἴοιεν ἂν μάτην.

66. *ἀμφίπτολιν* M. G. *ἀμφὶ πτόλιν* Ald. Rob. Turn. *Ἀνάγκαν ἀμφίπτολιν* Blomfieldius, *τὸν ἀμφιτειχῆ λεών*, quod est in Sept. c. Theb. v. 273. comparans, perperam interpretatur *necessitatem urbi circumdatam*, quum ab hostibus obsidione capta esset. Neque satis recte scholiastes *τὴν ἐκ διαφόρων πόλεων ἀνάγκην, ὅ ἐστι πόλεμον. ὡς "ἀμφιμάτορας κόρους" φησὶν ὁ Εὐριπίδης* (Androm. v. 467.). *ἐκ διαφόρων γὰρ πόλεων ἦσαν οἱ Ἕλληνες.* Immo intelligitur *duplicis sedis necessitas*, quam dii imposuerunt his mulieribus, ut ex patria abductae in aliena urbe servitutem paterentur. Haec autem verba, *ἀνάγκαν — αἶσαν*, parenthesin esse et Stanleius intellexit et scholiastes.

68. *πατρῴων δούλιον ἐς ἄγον αἶσαν* M. G. Ald. In M. in *ἄγον* inter *γ* et *ο* aliquid erasum. *δούλιονες ἄγον αἶσαν* ex codice suo Robortellus affert. *ἐσᾶγον* emendate Rob. Turn. Vitium in hoc versu ar-

guit metri insolentia. Blomfieldius *δουλίαν* scripsit. Portus *δούλειον* volucrat. Immo *δούλιον* ortum esse puto ex adscripta interpretatione *δουλείαν*. Aeschylus enim scripsisse videtur

πατρῴων τάνδ' ἐξᾶγον αἶσαν.

69. 70. *δίκαια καὶ μὴ δίκαια πρέποντ' ἀρχὰς βίον* M. G. Ald. *ἀρχᾶς βίον* ex codice affert Robortellus: ipse ex Sophiani coniectura *ἀρχαῖς βίον* dedit. *ἀρχαὶ βίον* Turn. Deinde *βίαι* vel *βίᾳ* M. G. Ald. Rob. Turn. *βίᾳ* ex codice affert Rob. Hic quoque metrum vitia ostendit. Atque alterum quidem *δίκαια* ab interprete adscriptum esse videtur. Quam suspicionem confirmat fortasse scholiastes, cuius haec est adnotatio, *εἴτε δικαίως εἴτε μή. ἐστὶ δὲ παροιμία· "δοῦλε, δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα."* Deinde *πρέποντ' ἀρχὰς βίον* vix possunt intelligi. Scholiastae legisse videntur *ἀπ' ἀρχᾶς*. Eorum enim hae sunt adnotationes, una ad v. 66. *τὸ ἑξῆς, ἐμοὶ δὲ πρέποντα καὶ ὀφειλόμενά ἐστιν ἀπαρχὰς* (sic etiam M.) *βίον τὰ τῶν βίᾳ με φερομένων αἰνέσαι πικρὸν φρενῶν στύγος κρατούσῃ. ἀνάγκην γάρ μοι οἱ θεοὶ προσήνεγκαν*: altera ad v. 69. *πρέποντά μοι ἐστι καὶ ὀφειλόμενα, ἐξότε τοῦτον ἐπανήρημαι τὸν βίον, τὰ τῶν πρὸς βίαν κεκτημένων ἐπαινέσαι, καλυπτούσῃ τὴν κατ' αὐτῶν ἀποστύγησιν καὶ μηδὲ παρρησίᾳ τὸν δεσπότην κλαιούσῃ*, cui adnotationi quod in ed. Rob. praefixum est lemma, *πρέποντ' ἀρχαίον βίον*, non legitur in codicibus M. G. Apparet iam scholiastas depravatam scripturam invenisse. Certa emendatione vereor ne non possint hi versus restitui: sed veri simile puto Aeschylum scripsisse *ἐμοὶ δ', (ἀνάγκαν — αἶσαν) δίκαια καὶ μὴ 'μαῖς πρέπον τύχαις βίον βίᾳ φερομένων αἰνέσαι.* Nam *πρέπον τύχαις* scribendum esse probabilis est Schützii coniectura. *βίᾳ φερόμενοι* quum dicuntur domini, non severi in chorum significantur, sed violenti in Agamemnonem eiusque liberos.

70. *πικρὸν* Vict. et ita scholiastes. *πικρῶν* M. G. Ald. Rob. Turn.

71. *κρατάσῃ* Ald. Deinde *δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων* M. Rob. Turn. *δακρύω δ' ὑφειμάτων* G. Ald. Corrupta haec esse vidit Porsonus ad Eur. Med. v. 1218. Non potest enim dubitari quin trimeter iambicus restituendus sit. Scribendum *δακρύων ὑφειμάτων*, qui genitivi pertinent ad *πένθεσιν*.

72. *ματαίαισι* ante correctionem G. Deinde libri *δεσπόταν*. Correxit Stanleius.

73. *πένθεσιν παχνουμένην* M. Rob. *πένθεσι παχνουμένην* G. Ald. *πένθεσι παχνουμένη* Turn. Scribendum erat *πένθεσιν παχνουμένῃ*. Itaque hanc epodum ita conformavi,

ἐμοὶ δ' (ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν
θεοὶ προσήνεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων
πατρῴων τάνδ' ἐξᾶγον αἶσαν)
δίκαια καὶ μὴ 'μαῖς πρέπον τύχαις βίον
βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν

στύγος κρατούσῃ, δακρύων ὑφειμάτων,
ματαίοισι δεσποτᾶν
τύχαις, κρυφαίοις πένθεσιν παχνουμένῃ.

Me vero (duplicis enim sedis necessitatem addidere dii: nam ex patriis aedibus in hanc duxerunt sortem) iusta et iniusta eorum, qui violenti feruntur, pro mea conditione decet approbare, acerbo compresso animi odio, lacrimarumque veste celatarum propter temeraria dominorum fata occultis doloribus horrescentem.

75. *πάρετε* Ald. *προτροπῆς* G. Ald.

76. *γένεσθαι*, sed ε ad *αι* supra adscripto, M.

77. *τύφω δὲ χέουσα* M. G. *τύφῳ δὲ χέουσα* codex Robortelli. In M. adscriptum *οἶμαι τύμβω*. In G. *τύφω* vocabuli ultima syllaba punctis notata et *μβω* supra scriptum. *τύμβῳ δὲ χέουσα* Ald. Rob. *τύμβῳ χέουσα* emendate Turn.

78. In *εὔφρον'* in M. *ο* ex *ω* factum est. Deinde *κατεύξομαι* M. G. Ald. Rob. Emendavit Turnebus.

81. *τῶνδ'* Vict. et, ut videtur, M. *τῶν δ'* G. Ald. Rob. Turn.

82. In *τόνδε* in M. *ο* ex *ω* factum.

83—85. Libri *ὡς νόμος βροτοῖς ἔστ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσι τάδε στέφη, δόσιν τε τῶν κακῶν ἐπαξίαν.* In his *πέμπουσιν* emendate scripsit Victorius. Elmsleio in addendis ad Eur. Heracl. v. 387. scribendum videbatur *ὡς νόμος βροτοῖς, ἔσθ' ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε στέφη, δόσιν τε τῶν καλῶν ἐπαξίαν;* Et *ἔσθ' ἀντιδοῦναι* verum videtur: sed deinde scribendum est *δόσιν γε τῶν κακῶν ἐπαξίαν.* Vidit hoc etiam Stanleius in curis secundis, *δόσιν γε* scribendum esse. Ad *τῶν κακῶν* scholiastes haec adnotavit *παρ' ὑπόνοιαν. ἔδει γὰρ τῶν καλῶν εἰπεῖν.*

87. *λύσιν* Ald. quum in G. *χ* sic scriptum sit, ut negligenter intuenti *λ* videri possit.

88. *καθάρμαθ' ὥς τις* Turn. et, ut videtur, M. *κάθαρμαθ', ὥς τις* Rob. *κάθαρμα θ' ὥςις* G. *κάθαρμα θ' ὅς τις* Ald. Deinde *ἐκπέμψαις* G. *ἐκ πέμψαις* Ald. *Πάλιν* ad *δικοῦσα* pertinere animadvertit Turnebus, qui *πάλιν- | δικοῦσα* dedit. Scholiastes *στείχω πάλιν* coniunxit.

89. *ὄμμασι* solus Turn.

90. *τῆς δ'* divisim Ald. *ἐστὲ* Rob. Ceteri recte *ἔστε.*

95—100. In libris hi versus hoc ordine leguntur

λέγοις ἄν, εἴ τι τῶνδ' ἔχοις ὑπέρτερον.
ΧΟ. αἰδουμένη σοί, βωμὸν ὡς, τύμβον πατρὸς
λέξω, κελεύεις γάρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.
ΗΛ. λέγοις ἄν, ὥςπερ ᾔδεσθ τάφον πατρός.
ΧΟ. φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν.

Varietas lectionis haec est. In secundo versu *αἰδουμένη σοι* Ald. Rob. Deinde *βωμὲν* vitiose Ald. Tum *ὡς* G. Ald. Rob. In tertio versu *τὸν*

omittit Rob. In quarto ᾠδέσω vitium Aldinae. In quinto εὔφροσι Turn. Ceteri εὔφροσιν. Sed haec non una ratione corrupta esse vix opus est ut doceamus. Primum horum versuum Schützius, quum prius alia tentasset, in secunda editione ut spurium uncis inclusit, non indicans cur id fecerit. Illud certum est, hoc loco, quo hic versus in libris omnibus legitur, eum ab Aeschylo collocari non potuisse. Nam ne quid de eo dicam, quod quum Electra ante ubique plurali numero usa esset, singularis subito illatus aliquid duri habet, maxime haec duo sede sua exire hunc versum iubent, unum, quod ista iam saepius dictorum repetitio valde ieiuna est, alterum, quod orationes, qualis haec est Electrae, quum generali sententia concluduntur, ea ipsa sententia finiri solent. Et quis est qui non sentiat quam praeclare Electra orationem hoc dicto conclusisset,

μὴ κεύθετ᾽ ἔνδον καρδίας φόβῳ τινός.
τὸ μόρσιμον γὰρ τόν τ᾽ ἐλεύθερον μένει
καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερός.

Quibus verbis quis credat tam inutilem pannum adsui potuisse, qualis hic est,

λέγοις ἄν, εἴ τι τῶνδ᾽ ἔχεις ὑπέρτερον.

Nam ἔχεις certe scribendum erat, id quod Iacobsii ad Anthol. Pal. p. 581. monitu fecit Blomfieldius. Sed maiora etiam vitia sunt in tribus sequentibus versibus. Nam cur tandem chorus de sua erga Agamemnonem pietate hic loquitur, ubi non de ea re sermo est, utrum chorus Agamemnonem colat necne, sed quo pacto Electra pie sacra debeat peragere? Turpissimus vero versus est is qui sequitur,

λέγοις ἄν, ὥςπερ ᾠδέσω τάφον πατρός.

Eum Schützius sic est interpretatus, *dicas velim pro ea quam profiteris erga patris sepulcrum reverentia.* Sumamus hanc esse huius versus sententiam, quam verba tamen, quae omni sensu carent, non admittunt: quid aliud Electra quam traducere videbitur chori pietatem, quippe ibi a choro iactatam, a se commemoratam, ubi longe alia dicenda erant? Haec si recte disputata sunt, planum est et ordinem versuum perturbatum et aliis eos vitiis inquinatos esse. Itaque primum illum versum, *λέγοις ἄν, εἴ τι τῶνδ᾽ ἔχοις ὑπέρτερον*, quum a librario ad simile alius versus initium oculis aberrante omissus esset, postea alieno loco additum, et praeterea depravatum esse existimo. Videor autem mihi quod dignum Aeschylo esset effecisse ita his versibus conformatis omnibusque choro redditis,

ΧΟ. αἰδουμένῃ σοὶ βωμὸν ὡς τύμβον πατρὸς
λέξω, κελεύεις γάρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.
λόγους ἂν οἷςπερ ᾠδέσω τάφον πατρὸς
στέγοις ἄν, εἴ τι τῶνδ᾽ ἔχεις ὑπέρτερον·
. . . . . .
φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν.

Quod scripsi λόγους ἂν οἷςπερ ᾠδέσω τάφον πατρός, conferenda sunt

quae de collocatione particulae ἄν dixi in libro de ea particula IV. cap. 7. In eo versu, qui intercidit, χοάς vel simile vocabulum fuit.

102. αὐτὴν Ald. Sed G. cum reliquis αὐτήν. V. ad Soph. Trach. v. 451. Deinde χῶστις M. χῶστις G. χ' ὥς τις Ald. Rob. χ' ὥςτις Turn.

103. τ' ἄρ' M. (sic M.) G. Ald. Rob. γ' ἄρ' Turn. Vict. Inde Porsonus γ' ἆρ'. Scribendum potius τἄρ'. Ita Dindorfius. Deinde fortasse scribendum est ἐπεύξωμαι, ut v. 78. dictum est κατεύξωμαι. Idem coniecit Dobraeus Adv. II. p. 26.

105. τίν' est *ecquem.*

106. κεἰ G. Ald. Rob. Turn. idque Schützius et Porsonus restituerunt. κ εἰ M. sed ut ante rasuram καὶ εἰ fuerit. καὶ, omisso εἰ, Vict. Cant. Stanl.

112. Libri ἁπλῶς τι. Scribendum putavi ἁπλωστί. V. ad Suppl. v. 447.

113. καὶ ταῦτα μοῦστιν M. G. καὶ ταῦτα μοῦστὶν Ald. Turn. καὶ ταῦτα μοῦστιν Rob. εὐσεφῆ vitium Aldinae.

114. πῶς δ' οὔ; scripserunt Stanleius, Schützius, Porsonus, alii.

115. Hunc versum, quem libri post versum 159. habent, hic reposui, certa, ut mihi videtur, emendatione. V. Opusc. II. p. 79. Libri μεγίστη. Emendavit Stanleius.

116. Libri ἑρμῆ χθόνιε κηρύξας ἐμοί. Lacunae signum in fine versus posuit Bobortellus, post χθόνιε Canterus, in initio versus Stanleius. Suppletur aptissime ἄρηξον. V. Opusc. VII. p. 50. Non recte Nauckius in Philologo II. p. 149. scribendum esse putavit ἐριούνι' Ἑρμῆ χθόνιε, κηρύξας ἐμοί. Nam quod apud Aristophanem in Ranis Aeschylus dicit, οὐ δῆτ' ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὸν ἐριούνιον Ἑρμῆν χθόνιον προσεῖπε, minime parodia est huius loci, sed aperte hoc tantum Aeschylus docet, χθονίου nomine se in initio Choephororum τὸν ἐριούνιον significasse.

118. πατρῴων δ' ὀμμάτων M. δ' ὀμμάτων πατρῴων G. Ald. πατρῴων δ' ὀμμάτων Rob. Vict. πατρῴων ὀμμάτων Turn. πατρῴων δωμάτων Schützius ex coniectura Stanleii. Requiritur πατρῴων αἱμάτων. Vidit hoc etiam H. L. Ahrens.

119. ᾗ τὰ πάντα vitium Aldinae. κατὰ παντὰ, omisso ᾗ, Rob. Hoc dicit, *tellurem, quae omnia gignit et, ubi maturuerunt fruges, rursus earum semen recipit.*

121—124. Libri κἀγώ. Manifestum est scribi debere ἐγώ, quod pertinet ad praecedentia: κλύειν εὐχάς, ἃ (pro ἃς) ἐγὼ λέγω. Deinde χέρνιβας βροτοῖς M. Rob. χέρνιβας βοτοῖς G. Ald. Turn. Ad ultimum vocabulum in M. G. γρ. νεκροῖς supra adscriptum est, interpretatio exquisitioris vocabuli. Tenui quod olim in Observationibus criticis scribendum esse dixi, χέρνιβας φθιτοῖς. Pers. v. 218. δεύτερον δὲ χρὴ χοὰς γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι, et v. 518. ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δω-

ῥήματα ἵξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν. Quae sequuntur, vulgo ita leguntur,

λέγω, καλοῦσα πατέρ', ἐποίκτειρόν τ' ἐμέ,
φίλον τ' Ὀρέστην, πῶς ἀνάξομεν δόμοις.

In Ald. scriptum est *πάτερ'*, in Rob. *πάτερ* vocativo casu, *πατέρ'* in ceteris. Deinde *ἐποίκτειρον τ' ἔμε* Ald. Rob. *ἐποίκτειρόν τ' ἐμὲ* Turn. Vict. et, ut videtur, M. *ἐποικτείροντέμε* G. Ad *πῶς* scholiastes adnotavit *ἀντὶ τοῦ ὅπως*, et *βασιλεύσομεν* ad *ἀνάξομεν*, inepte. Non possunt probari coniecturae, quae de his versibus a me ipso olim aut ab aliis prolatae sunt. Exciderunt aliquot versus, quum librarius ab uno versu, cuius hoc erat initium, *φίλον τ' Ὀρέστην*, ad idem alius versus initium aberrasset. Scripsi igitur

ἄγω χέουσα τάσδε χέρνιβας φθιτοῖς
λέγω, καλοῦσα πατέρ', ἐποικτείροντ' ἐμὲ
φίλον τ' Ὀρέστην . . . . . .
. . . . . .
φίλον τ' Ὀρέστην πως ἀνάξομεν δόμοις.

Iubeo patrem, mei carique Orestis miseritum, (providere ut vincamus) carumque Orestem aliquo modo in domum reducamus.

125. Libri *πεπραγμένοι*. Scholiastes *νενικημένοι, κατηγωνισμένοι*. Emendavit Casaubonus. Deinde *ἁλώμεθα* Vict. et, ut videtur, M. *ἁλώμεθα* G. Ald. Rob. Turn.

129. *φεύγων* Rob. Turn. *φεύγειν* M. G. Ald. codex Robortelli.

130. *πόνοισι* Rob. *πόνοισιν* M. G. Ald. Turn. Deinde *χλίουσι* Ald. Turn. Denique *μέγα* Turn. *μέτα* M. Ald. Rob. *μετα* sine accentu G.

132. *καὶ οὐ κλεῦθί μου* et mox *σωφρονετέραν* vitia Aldinae.

136. Libri *λέγω φανῆναί σου πάτερ τιμώρον*. Scholiastes *τοῖς δ' ἐχθροῖς σον λέγω σε φανῆναι τιμωρόν*. Porsonus ante *πάτερ* obelum apposuit. Cantero scribendum videbatur *φανῆναί σ', ὦ πάτερ*. Id recepit Blomfieldius. Recte vero libri, nisi quod praestat fortasse *φανῆναι σοῦ*.

137. Libri *ἀντικατθανεῖν δίκην*. In M. adscriptum *γρ. ἀντικατακτανεῖν*. Idem *ἀντικατακτανεῖν* supra scriptum in G. commemoratumque ex scholiis a Turnebo. Recte Scaliger *ἀντικακτανεῖν δίκῃ*.

138. *ἐν μέπω* vitium Ald. Deinde libri *τῆς κακῆς ἀρᾶς*. Emendaverunt Schützius et Blomfieldius.

139. *κείνους* Rob.

140. *τῶν* Rob. Turn. *τῶν*, supra adscripto *δ'*, M. *τῶν δ'* G. Ald.

144. *ἐξαυδομένας* G. Ald.

145. *κἀναχὲς* G. Ald.

146. *ὀλυμένῳ* Ald. In G. ambiguum est utrum *ὀλυμένῳ* scriptum sit, an, ut in ceteris, *ὀλομένῳ*.

147—151. *δέσποτα* vitium Ald. Deinde libri *πρὸς ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ' ἀπότροπον ἄλγος ἀπεύχετον κεχυμένων χοᾶν*. In

G. Ald. *χοὰν* scriptum est. Nisi aperte haec antistrophica essent, prorsus incerta fluctuaret emendatio. Primo *ἕρμα* Stanleius *tumulum* interpretatur, eodemque modo *τὸν τάφον* adscriptum est in M. G. Sed id dicendum fuisse *ἕρμα* ad Soph. Ant. v. 841. significavi. Scribendum videtur *πρὸς ἕρμα γᾶς τόδε κεδνόν*. Deinde librorum scripturam *ἄλγος* in *ἄγος* mutavit Victorius. Scholiastae enim haec est adnotatio, *τὸ ἑξῆς· ἐκκεχυμένων χοᾶν πρὸς ἕρμα τόδε ἵετε δάκρυ ἄγος ἀπεύχετον (τὸ δάκρυ γὰρ ἀπεκτὸν ἄγος εἶπεν) ἀπότροπον τῶν ἡμετέρων κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐχθρῶν*. Receperunt *ἄγος* omnes post Victorium editores. Sed requiritur potius *ἅγος*. Hesychius *ἅγος, ἁγισμὰ θυσίας. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ*. Scribendum erat *κακῶν δ' ἀπότροπον ἅγος ἀπεύχετον κεχυμένων χοᾶν*. Deinde libri *κλῦε δέ μοι κλῦε. σεβάσω δέσποτα ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός*, nisi quod *ἀμαυρᾶς* est in G. Ald. *κλύε* emendato accentu Porsonus. *σέβας ὦ δέσποτα* Turnebus. Mutato verborum ordine dochmiorum numerus restituendus erat. Itaque sic hanc stropham scripsi,

ἵετε δάκρυ καναχὲς
ὀλόμενον ὀλομένῳ
δεσπότᾳ πρὸς ἕρμα γᾶς
τόδε κεδνόν· κακῶν δ'
ἀπότροπον ἅγος ἀπεύχετον
κεχυμένων χοᾶν· κλύε δέ μοι σέβας,
κλύ', ὦ δέσποτ', ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός.

Mittite lacrimam stridulam miseram misero domino ad sacrum huncce tumulum: malorum autem averruncam consecrationem effusarum inferiarum abominor: audi vero mihi reverentiam (i. e. preces), *audi, domine, ex tenebroso corde.*

152. 153. Libri *ὀτοτοτοτοτοτοτοῖ ἰώ*. Mutavi haec sic ut strophici versus postulabant.

κα

156—158. *σκυθιτά* (sic, *κα*, potius quam *ης* supra scriptum videtur) *τ' ἐν χεροῖν* M. *σκυθικὰ τ' ἐν χεροῖν* Rob. *σκύθης τάτ' ἐν χεροῖν* G. Ald. Turn. Deinde libri *παλίντον' ἐν ἔργῳ βέλη 'πιπάλλων ἄρης σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν βέλη*, nisi quod *ἔνεργα βέλη* habet Turn. in G. autem *ἐν ἔργῳ βέλει* antea scriptum fuerat, sed ultima syllaba et correcta est et supra scriptum *η*. Praeterea *πιπάλλων* G. Ald. Fortasse ex hoc loco Hesychius *πιπάλων, κραδαίνων, πάλλων*, habet. In M. adscriptum in margine *ἐν τῷ ἔργῳ, ἐν τῷ βάλλειν*, et in altera margine *σὺν ἔργῳ πάλλων, ὅ ἐστι μὴ μόνον φέρων, ἀλλὰ καὶ πράττων*. Deinde ad v. 158. in M. adscriptum *γρ. ἕτοιμα*, quod in G. omisso *γρ.* scriptum supra *αὐτόκωπα*. In repetito *βέλη* iure haeserunt critici. Recte Pauwius *νωμῶν ξίφη*, ex scholio, quod in M. G. ad *αὐτόκωπα* adscriptum est, *τὰ ἀφ' ἑαυτῶν ἔχοντα τὴν λαβὴν ξίφη. σχέδια δὲ ἐκ τοῦ σχεδὸν φονεύοντα καὶ οὐ πόρρωθεν ὥςπερ τὰ βέλη*. Scribendum est

Σκυθικά τε χερὶ παλίντονα
ἐν ἔργῳ βέλη ἱππάλλων Ἄρης
σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν ξίφη;

Heu heu, quis hastipotens vir liberator aedium Scythicaque manu recurva in opere arma quassans Mars et comminus manubriata vibrans tela?

159. *γαπότους* Turnebus. *ἀπότου* M. G. Ald. *εὐπότους* Rob. Hanc orationem Electrae tribuit Turnebus: choro continuant M. G. Ald. Rob. Post hunc versum in libris hic legitur

κήρυξ μεγίστη (sic) *τῶν ἄνω τε καὶ κάτω.*

Adscriptum in M. G. *ὡς ἐν μέσῳ ἱδρυμένων.* Robortellus et hunc versum et versus 158. 159. 160. asteriscis notavit, de qua re in adnotatione ante v. 160. interposita ita scribit, "Locus hic omnino mancus est, et ideo signavimus. haec videntur verba esse Electrae. *νέου δὲ μύθου.*" Versum, qui non suo loco legebatur, supra collocavi ante v. 116.

161. Hinc usque ad v. 176. G. Ald. personarum vices invertunt. In M. lineolae singulis versibus praefixae sunt. *ἄν, ὀρχεῖται* Turn. *ἀνορχεῖται* M. G. Ald. Rob. *καρδίᾳ* G.

162. *τόμαιον* G.

164. *τόδ' ἐπὶ* Ald.

166. Speciosa magis quam vera est Dobraei in Adv. II. p. 27. coniectura, *πλὴν ἑνός.* Nam sic statim chorus quaerere debebat *μῶν οὖν Ὀρέστου κρύβδα δῶρον ἦ τόδε;* Separatim *πλὴν ἐμοῦ* et quasi obiter pronuntiandum est. *κείρετό νιν*, supra scripto ab alia manu *νιν*, M. *κείρετό νιν* G. Ald. Rob. *κείραιτό νιν* Turn. V. ad Soph. Ai. v. 1222.

167. *ἐχθροῖς*, errorem Aldinae, repetit Turn.

170. *αὐτοῖσιν ἡμῖν* M. G. Ald. Rob. Quod quum egregie conveniat indoli Graecae linguae, non debebat a Turnebo in *αὐταῖσιν ἡμῶν* mutari. Ridet haec Euripides in Electra v. 520. seqq. Aristophanes Nub. v. 530. *νῦν οὖν, Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην, ἥδ' ἡ κωμῳδία ζητοῦσ' ἦλθ', ἤν που πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς. γνώσεται γάρ, ἡνπερ ἴδῃ, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον*, ubi scholiastae Aeschyli Choephoros memorant.

171. *κρύαδα* G. Ald. Quod libri habent *ἦ* in *ἦν* mutavit Scholefieldius. Fr. Frankius in comm. I. de particulis negantibus linguae Graecae p. 19. *ἦ* scribendum putavit. Euripides Iph. Aul. v. 321. *μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, Ἀτρέως γεγώς;*

174. *ἔπεμψεν καὶ τὴν* M. G. Ald. Rob. *ἔπεμψε καὶ τὴν* Turn. Emendate *ἔπεμψε χαίτην* Vict. In fine versus *πατρὸς* M. G. Ald. Rob. Emendavit Turnebus.

175. *οὐχ* G. Ald. Turn. *οὐκ*, supra ab alia manu *χ* adscripto M. *οὐκ* Rob. Idem *ἧσσον.* Ald. *ἥσσον.* Ceteri *ἧσσον.* Deinde libri *εὐδάκρυτά μοι.* Recte Emperius *αὐδάκρυτά μοι.* Aliud est enim, quod infra v. 673. legitur, *ἀνδρὸς εὖ κεκλαυμένου.*

176. In G. Ald. quum praecedens versus Electrae tribuatur, huic chori nota adscripta est. *ψαύσει*, supra adscripto ab alia manu *ηι*, M. *ψαύσει* Turn. *ψαύσῃ* G. *ψαύσῃ* Ald. Rob.

177. seqq. Transtulit hinc quaedam in Electram Sophocles a v. 902.

177. *προσέστη* M. Rob. *πρόσεστι* G. Turn. *πρόσεπι* Ald. Deinde libri *καρδίας*. Scholiastes *κίνησις τῆς χολῆς τῆς κατ' αὐτόν* (*αὐτήν* Blomfieldius). Scribendum est, ut Stanleius sive potius Scaliger vidit, *καρδίᾳ*.

178. *ἐπαίσθην* Canterus. *ἐπαίθην* M. G. Ald. Rob. In M. G. ad hunc versum adscriptum est hoc scholion, *ὡς βέλει ἐκροούσθην ἐξ ἐναντίας τιτρώσκοντι*. Ei scholio in editione Robortelliana lemma praefixum est, quod M. G. non habent, *ἐπώσθην*. Id receperunt Turn. Vict. Deinde *διαλταίῳ* codex Robortelli, quod Robortellus probare se dicit: edidit tamen e Sophiani emendatione *διανταίῳ*. Et habent *διανταίῳ* M. et ceteri.

179. Schützius *διψάων*. Quod libri habent, *δίψιοι*, scholiastes in eandem sententiam interpretatur, *πρώην ἄγευστοι*. *ὡς δίψιον Ἄργος, τὸ ποτὲ ἄνυδρον*. Si Electra sibi, ut malis adsuetae, lacrimas exaruisse diceret, pluribus verbis uteretur. Verior est igitur alia interpretatio, quae in M. G. illud scholion antecedit, *ποθειναί μοι*. Nam *δίψιοι* sunt *plenae desiderii*. Desideraverat Electra Orestem.

180. *ἄφρακτοι* M. G. Ald. Rob. *ἄφραστοι* ex ed. Turn. propagatum. *δυσχύμιον* Turn. *πλημμυρίδος*, sed altero *μ* supra adscripto, M.

181. *ἐλπίζω* Ald. ut habuerat G. in quo *ζ* in *σ* mutatum est, sed sic ut etiamnum leviter intuenti *ζ* videri possit.

183—185. *κατανοῦσ'* error Ald. Deinde libri *ἐκείρατο ἐμὴ δὲ μήτηρ*, nisi quod *ἐμῇ* habet G. *ἐμῇ* Ald. Porsonus *ἐμή γε μήτηρ*. Defendit vulgatum Elmsleius ad Eur. Med. v. 940. Perstiti in ea sententia, quam in adnotatione ad versum illum Medeae (Opusc. III. p. 225. seq.) professus sum, excidisse videri ante haec verba, *ἐμὴ δὲ μήτηρ*, versum hac ferme sententia, *ἡ τοῦ μὲν αἰσχυντῆρος Αἰγίσθου δάμαρ*.

186. *πεπαμένη* Ald.

187. *ἐγὼ δὲ πῶς*, ut in interrogatione, scribendum putarunt Schützius et Blomfieldius. Recte scholiastes *λείπει, οὐκ ἔχω*. Electra cogitabunda secum hoc dicere instituit, *ὅπως μὲν αἰνέσω, εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμα Ὀρέστου, οὐκ ἔχω· σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος*. Illud autem *οὐκ ἔχω* omissum est similiter atque in Luciani Dial. mort. I. 2. p. 332. *ἀλλ' ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστι τὴν ὄψιν*. Simili ellipsi explicandum est Terentii illud *hoc quid sit* in Andria I. 2, 20. In *σαίνομαι* priores tres litterae in M. ab alia manu in litura scriptae. *σαίνομα* Ald.

191. *εἶθ'* Ald. Deinde *εὔφρον* Ald. Ceteri *εὔφρον'*. Auratus recte *ἔμφρον'*.

192. *μὴ κηνυσσόμην* M. G. Ald. Rob. *μὴ κινυσσόμην* Turn. Coronidem addiderunt Schützius et Porsonus. Corruptam scripturam ita interpretatur scholiastes *ἐφαντάζομην. κήνυμα* (ita M. G.) *γὰρ τὸ εἴδωλον.* Hesychius *κηνυσσόμην, εἴδωλον ἐγενόμην.* Photius *κήνυγμα, σκιὰ καὶ εἴδωλον.* Hesychius *κήνυγμα, τὸ κενὸν τοῦ σώματος, οἷον σκιὰ καὶ εἴδωλον, φάντασμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρεῖον.* V. Aesch. Prom. v. 157.

193. Libri *ἀλλ' εὖ σαφηνῆ.* Schol. *εὖ ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς.* Schützius *ἀλλ' ἦ σάφ' ἦν μοι.* Porsonus Adv. p. 159. *ἀλλ' εὖ σάφ' ᾔδη* et cum Rob. *ἀποπτύξαι.* Recepi *ἀλλ' ἦν σαφηνῆ*, coniecturam Erfurdtii ad Soph. Ai. p. 626. Deinde *ἀποπτύσαι* in M. ita scriptum, ut etiam *ἀποπρύσαι* (non *ἀποπρίσαι*) legi possit. *ἀπόπτυσα* G. sed cum interpretatione *μισῆσαι*, quae etiam in M. adscripta est. *ἀπέπτυσα* Ald. *ἀποπτύξαι* Rob. *ἀποπτύσαι* ex scholiis Turn.

194. *εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ* M. Rob. (sic Rob.) *εἴπερ ἀπ' ἐχθροῦ* G. Turn. *εἴπερ ἀπεύχθροῦ* Ald.

195. Libri *ἦ ξυγγενὴς ὢν εἶχε συμπενθεῖν ἐμοί.* Schützius in proximo versu *τιμὴ* edidit, quae etiam Porti aliorumque coniectura fuit. Non hoc, sed *εἶχε* mutandum erat. Inepti illi qui *εἶχε* pro *ἐδύνατο* dictum putant. *Ἔχω συμπενθεῖν* non potest dici nisi ab eo qui materiam habet lugendi: ubi de facultate sermo est, necessario *δύνασθαι* dicendum est. Scripsisse videtur Aeschylus *ἦ ξυγγενὴς ὤν, εἶτα συμπενθεῖν ἐμοὶ ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.* Recte, si sensum spectes, ad ultimum versum scholiastes adnotavit *λείπει ἡ εἰς.* Sic igitur bene procedunt hi versus,

εἶθ' εἶχε φωνὴν ἔμφρον' ἀγγέλου δίκην,
ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην,
ἀλλ' ἦν σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον,
εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετιμημένος,
ἦ ξυγγενὴς ὤν, εἶτα συμπενθεῖν ἐμοὶ
ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.

Utinam perspicuam vocem nuntii instar haberet, quone anceps animi penderem, sed aperte hunc cincinnum abominarer, si ab inimico capite esset, aut, si esset cognatus, tum mecum doleret in huius tumuli ornamentum et honorem patris.

197—200. Hos quattuor versus, qui vulgo Electrae continuantur, choro tribuendos esse censui.

198. *οἴοισιν* G. Ald. In fine versus *δίκηι*, sed *ι* ab alia manu in litura scripto, M. *δίκῃ* G. *δίκην* Ald. Rob. Turn.

201. seqq. Ridet haec Euripides El. v. 532. seqq.

202. *ποδῶν δ' ὁμοῖοι* M. G. Ald. Rob. Deletum *δ'* a Turnebo.

203. *τῶδε* G. Ald. *περὶ γραφὰ* G. *πέρι γραφὰ* Ald.

205. *τενόντων δ'* Ald. *τενόντων θ'*, ut ceteri, G. Quum neque nexus in hoc loco esse et quaedam male iterata Schützio viderentur.

versus 202. 203. 205. ut spurios uncis inclusit. Immo tantum abest ut quicquam sit eiiciendum, ut dolendum sit quod unus pluresve versus exciderunt. Nam quum duorum vestigia cerni dicat Electra, altera Orestis, altera comitis cuiuspiam, quis dubitabit, praesertim quum etiam ad orationis integritatem aliquid desideretur, quin alterius istorum vestigia suis dissimilia, alterius similia esse dixerit? Itaque ante v. 205. lacunae signa posui.

206. *ἐς* solus Rob.

208. In M. huic versui et a v. 210. singulis huius stichomythiae versibus lineola praefixa est, excepto v. 215. cui *ὀρ.* praefixum. G. Ald. v. 208—214. tribuunt choro. Rob. choro v. 208. 209. 211. 213. Electrae v. 210. 212. 214. Turn. Oresti v. 208—211. 213. Electrae v. 212. 214. Vict. choro v. 208. 209. 211. Electrae v. 210. 212. 214. Veram personarum notationem Canterus restituit.

210. *τί νῦν* M. Rob. *τί νυν* Turn. *τοίνυν* G. Ald.

211. *ὅν περ* Rob. Deinde *ἐξηύχου* Rob. Turn. *ἐξηύκου* sic M. G. *ἐξήνκου* Ald.

212. *καλουμένη* G. Ald. Rob.

213. *ἐκπαγλουμένην* Rob. Turn. *ἐκπαγλουμένης* M. (sic M.) G. Ald.

215. *μάτευ᾽* G. Ald. Turn. *μάστευ᾽* Rob. et fortasse M.

217. Libri *κατ᾽ αὐτοῦ.* Scribendum erat *καθ᾽ αὐτοῦ.* Viderunt hoc Bothius et Wellauerus. Deinde *ταρραμιχανοραφῶ* M. G. et additis spiritibus Ald. et codex Robortelli. *τ᾽ ἄρα μ.* Rob. *γ᾽ ἄρα μ.* Turn. Scribendum erat *τἆρα μ!*

218. *θέλοις* Rob.

813—816. Versui 813. *θέρ.* praefixum in Rob. In M. hi versus ita scripta sunt, *σὺ δὲ θαρσῶν ὅτ' ἂν ἥκῃ | μέρος ἔργων | ἐπαΐσας πατρὸς ἔργοι | θροούσᾳ | πρὸς σὲ τέκνον πατρὸς αὐδὰν | καὶ περαίνων ἐπίμομφαν* (sic) *ἄταν.* Coniunctim *ὅταν* Turn. Deinde *ἥκει* Ald. Deinde *ἔπαυσας* G. Ald. *ἔσβησας* codex Robortelli: ipse Rob. *ἐπαΐσας* dedit, quod est in M. Turn. Deinde *θροέσᾳ* Rob. *θροοῦσα* G. Ald. *θροούσῃ* Turn. Tum *αὐδῶν* pro *αὐδὰν* G. Ald. Denique *ἐπίμομφαν φάταν* Ald. In G. est *ἐπίμομφάταν*, super *φ* scripto eo compendio quo *αν* significatur. *ἐπίμομφον ἄταν* Rob. Turn. Corruptissimos versus explicare conatur scholiastes, qui et ipse *θροούσᾳ* legit. Vitiorum, quibus haec affecta sunt, non obscura est origo. Etenim *πατρὸς ἔργοι* ortum est ex *μέρος ἔργων*, quod antecesserat. Deinde *αὐδάν*, vera scriptura, super vitiosum *ἄταν* adscripta erat, et propterea alieno loco inserta est. Accesserunt alii errores. Scripsisse enim puto Aeschylum,

σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ μέρος ἔργων,
ἐπαΐσας τε θροοῦσαν
πρὸς σέ, τέκνον, πατρὸς
περαίνειν ἐπίμομφον αὐδάν,

et quae sequuntur. *Θροοῦσαν* et *ἐπαΐσας* Schützius in prima editione scripsit: verissime, ut videtur. Neque *ἐπαΐσας* reprehendi potest, quum plura sint apud Aeschylum propius ad epicum sermonem accedentia. Aptissime autem iubetur Orestes audire adhortantem patrem.

817. Libri cum hiatu *περσέως τε ἐν*. Correxerunt Schützius et Porsonus. Deinde *φρεσὶ* Turn. *φρεσσὶν* M. G. *φρεσὶν* Ald. Rob. Deinde libri *σχέθων*.

818. *τοῖς θ'* Rob. *τοῖς δ'* M. G. Ald. *τοῖς τ'* Turn. Deinde *φίλοισιν* M. G. Ald. Turn. *φίλεισιν* Rob. Scribendum *φίλοις*.

819. 820. Libri *τοῖς τ' ἄνωθεν προπράσσων χάριτος ὀργᾶς λυπρᾶς*, nisi quod Turn. *ὀργὰς λυπρὰς* scripsit. Id Victorius ceterique editores receperunt. Sed defendi non potest. Scribendum est

τοῖς τ' ἄνω πρόπρασσ' ἰὼν
χάριτας ὀργᾶς λυγρᾶς.

Et *χάριτας* quidem etiam Schützius invenit, *λυγρᾶς* Blomfieldius.

821. Libri *ἄιαν*. Scholiastes *τὴν ἔνδον ἐπὶ τῆς οἰκίας φονίαν ἄτην καταβαλών, ὅ ἐστι τὴν Κλυταιμνήστραν*. Scribendum videtur *ἄγαν*. V. ad Ag. v. 704. *τιθοὶς* Rob.

822. *δ'* omittit Turn. *μόρου* Turn. *μόρον* M. G. Ald. Rob.

823. Postremus huius carminis versus excidit. Dubitationem eximit metrum.

824. *ὑπ' ἄγγελος* G. Ald. et ante correctionem M.

826. *ξέννους* Rob. *μολῶντας* G. Ald. *ἐφήμερον* Turn. In M. *ί* in litura scriptum est, ut hic quoque *ἐφήμερον* antea fuisse videatur.

827. *μόρον γ' Ὀρέστου* Portus et Stanleius in curis secundis. Recepit hoc Blomfieldius. Non mutandum videtur *δέ*. Deinde *ἀμφέρειν* M. G. Ald. Rob. *ἂν φέρειν* Turn. Male Blomfieldius coniecit *αὖ φέρειν* scribendum esse. *Hoc quoque*, inquit, *plenum timoris malum domus haec referre poterit ad caedem illam quae nos vulnerat et mordet*, i. e. hoc quoque nobis propter caedem illam evenit.

828. *δειματοσταγὲς φόνῳ* Vict. *δειματοστάγ' ἐς φόνῳ* M. G. *δείματος τάγ' ἐς φόνῳ* Ald. Rob. *δείματος τάγ' ἐς φόνον* Turn. Non debebat Porto et Stanleio *αἱματοσταγὲς* scribendum videri. Conferendum quod est in Agamemnone v. 166. *στάζει δ' ἔν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας μνησιπήμων πόνος, καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν*. Choeph. v. 384. si recte illa constitui, *τί γὰρ κεύθω, φρενὸς οἷον ἔμπας ποτᾶται πάροιθε πρώρας δριμυστάκτου κραδίας θύματος ἔγκοτον στύγος;* Eum. v. 358. *δειματοσταγὲς ἀξιόμισον ἔθνος τόδε*.

829. Scholiastes *ὡς ἐπὶ μαχαίρας, οὐ παρακαλυφθέντι, ἀλλ' ἀειμνήστῳ. ἐν γὰρ τοῖς θρήνοις ἀμύσσουσιν αὐτῶν τὰ στήθη*. Mira interpretatio. *Ἑλκαίνειν* alibi non legitur. *Δεδηγμένῳ* recte videtur Schützius pro *δεδηκότι* dictum putasse. Ita *φόνῳ ἑλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ* erit *caedi vulneranti nos et mordenti*.

832. *θρώισκουσι* M.

834. Linea praefixa in M. G. Nulla nota in Ald. *Ἀγγ.* Turn. Recte haec choro tribuit Rob.

836. *ὡς αὐτὸν αὐτῶν* Schützius et Porsonus. *ὡς αὐτὸς αὐτὸν*

M. G. Ald. Rob. *ὡς αὐτὸς αὐτῶν* Turn. In fine versus libri *πέρι*. Scribendum erat *πάρα*. Vidit hoc etiam Emperius, cui praeterea scribendum videbatur *ὅσ' αὐτὸς αὐτῶν*, hoc quidem minus recte.

837. Personae notam omittunt M. G. Ald. *αὖ* in litura est in M.

838. *ἦν* Turn. *ἦε* M. *ἦεν* G. Ald. Rob.

839. *κλυδόνος* G. Ald.

840. *οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν* Elmsleius ad Euripidis Med. p. 150. *οὔτοι φρένα κλέψειαν* M. G. Ald. Rob. Turn. *κλέψειεν* Stephanus.

841. *ἄρξαμαι* vitium Ald.

842. *ἐπαρχομένη* Rob. Deinde *κἀπιθοάζουσα* M. G. sed in M. *οά* ab alia manu in litura scriptum est. *κἀπιθοάζωσα* Ald. *κἀπι θοάζουσα* Rob. *κἀπιθοάζουσ'* Turn. Recte Blomfieldius et ante eum Schützius scribendum coniecerunt *κἀπιθεάζουσ'*.

844. *ἀνύσομαι* G.

845. *μανθῆναι* Rob. ex sua coniectura: codex eius, ut ceteri libri, *μανθεῖσαι*.

846. Scholiastes *πειραί, αἱ ἀκμαὶ τῶν ξιφῶν, παρὰ τὸ πείρειν*. Non debebat Blomfieldius Pauwii *πεῖραι* probare.

848. *ὄλεθρον* error Rob.

850. *δαίων* M. G. Rob. *δαΐων* Ald. Turn. Deinde libri *ἀρχάς τε πολισσονόμους*, nisi quod Ald. *πολυσσονομοῦς* habet. Porsonus scripsit *ἀρχαῖς τε πολισσονόμοις*. Receperunt hoc editores praeter Wellauerum, qui *τέ* post participium ea ratione positum esse putavit, de qua dixi ad Ag. v. 97. Hic quidem veri simillimum est excidisse versum eiusmodi,

πλοῦτόν τε δόμων.

852. *πάτρων* Ald. male intellecto compendio codicis G. Hinc *πατρῷον* Turn.

853. *πάλιν* Ald. et codex Robortelli: ipse Rob. *πάλην* scripsit, quod est in M. G. Turn. Deinde *μόνος ὢν* M. Rob. *μόνος* omittunt G. Ald. unde Turn. *ὢν ἄρ* scripsit.

854. *θεῖος* Turn. *θείοις* M. G. Ald. Rob.

855. *νίκῃ* M. G. Rob. *νίκην* Ald. Turn.

856. Huic et sequenti versui lineae praefixae in M. G. Omittit personarum notas Ald. Libri *ἔ ἔ ὀτοτοτοῖ*, quod oxytonon est in G. Rob. Scripsi *ἔ ἔ ὀτοτοτοτοῖ*. Proprius in talibus exclamationibus est versus dochmiacus.

857. 858. Vulgo *ἔα, ἔα μάλα. πῶς ἔχει; πῶς κέκραντα δόμοις;* Sic Vict. ex M. *κέκαρται* G. Ald. Turn. *κέκραρται* Rob. Dochmiacus versus esset *ἔα ἔα μάλα*. Verum ita is, qui sequitur, trimeter esset Creticus, quod genus in huiuscemodi vociferationibus prorsus inusitatum est. Quare sic haec scribenda putavi,

ἔα,
ἔα μάλα. πῶς ἔχει, κέκρανται δόμοις;

ut secundus versus, contracto ἔα, dochmiacus esset. Forma orationis eadem est quae in Ione Euripidis v. 1446. *τίν' αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω;*

859. Huic versui chori nomen praefixum in M. G. Ald. *ἀποσταθῶμεν* Rob. Turn. *ἄπο σταθῶμεν* M. *ἀποσταθῶ μὲν* G. Ald.

862. Personae nota omissa in M. G. Ald. Rob. *Οι.* praefixit Turn. *πανοίμοι* Porsonus. Libri *πάν· οἴμοι* vel *πάν, οἴμοι,* Rob. *πᾶν. οἴμοι.* In fine versus libri *τελουμένου.* Aberravit librarius ad v. 859. Recepi probabilem Schützii emendationem, *πεπληγμένον.*

863. In *προσφθέγμασιν* inter *γ* et *μ* aliquid erasum in M.

865. *γυναικείους* M. Rob. Turn. *γυναικίους* G. Ald. *γυναικείας* scripserat Vict. Recte Blomfieldius *γυναικείους* restituit. Male autem idem Blomfieldius de *ἀνδρωνίτιδι* et *γυναικωνίτιδι* cogitavit. Ex hospitalibus egressus est servus, et aperiri iubet regias aedes.

866. *χαΐτα,* sed postremo *α* deinde in *ε* mutato, G. Deinde libri *καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ.* Recte Blomfieldius *καὶ μάλ' ἡβῶντός γε δεῖ,* obtemperans ille quidem Porsoni decreto, de quo ad Prom. v. 977. dictum est. Recte iunguntur *καί* et *δέ,* ubi *δέ* sententiam prioribus adnectit, *καί* autem est *etiam:* non possunt coniungi, ubi, ut hic, nectendae orationi inservit *καί.* Ceterum male interpretes hic de robusto homine agi putant, tamquam si firmissime clausae essent fores. Atqui aperit has fores Clytaemnestra, mulier. Poeta intelligit celerem.

867. *οὐχ ὥστ' ἀρῆξαι* emendavit Porsonus. Libri *οὐχ ὡς δ' ἀρῆξαι.* Deinde *διαπεπραγμένων* M. G. Ald. Rob. *διαπεπραγμένῳ* scribendum esse vidit Turn. Id legit scholiastes, qui sic interpretatur, *τῷ σφαγέντι.*

869. *ἀϋτῷ* Vict. ex M. *ἀϋτῷ* Turn. *αὐτῷ* G. Ald. et codex Robortelli. *αὐδῶ* ex sua coniectura Rob. *καθεύδουσι* Ald. Turn.

870. *ποῦ* Blomfieldius, ut Elmsleius voluerat. Non mutandum *ποῖ,* quod est *quo evasit?* Deinde *κλυταιμνήστρας* G. Ald.

871. *ἐπὶ ξυροῦ πέλας* M. Rob. Turn. *ἐπὶ ξυρὸν πέλας* G. Ald. Verum fortasse est quod Abreschio videbatur restituendum esse *ἐπίξηνον πέλας.* Comparavit quod dictum est in Agamemnone v. 1236. *βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει θερμῷ κοπείσῃ φοινίῳ προσφάγματι.*

872. *αὐχὴν* M. G. Rob. *ἀρχὴν* error Ald. unde *ἀρχὴ* Turn. Deinde *πρὸς δίκῃ πεπληγμένος* M. *πρὸς δίκην πεπληγμένος* G. Ald. Rob. *πρὸς δίκην πεπληγμένης* Turn. Scribendum putavi *πρὸς δίκης πεπληγμένος.*

873. Linea praefixa in M. *κλ.* in ceteris.

874. Linea praefixa in M. Oresti hunc versum tribuunt G. Ald. Rob. *Οι.* praefixum a Turn. *λέγω* M. G. Ald. Rob. *λόγῳ* Turn. quod obtinuit donec Schützius *λέγω* restituit.

875. Linea praefixa in M. *κλ.* in ceteris. Hic et v. 881. *οἳ 'γὼ* Canterus. *οἳ ἐγὼ* M. Turn. *οἵ ἐγὼ* G. Rob. *οἵ' ἐγὼ* Ald.

877. *δοίη* praeter primam litteram in litura scriptum est in M. *ἀνδροκμῆτα* M. Rob. *ἀνδρόκμητα* G. Ald. Turn.

878. *εἰ νικῶμεν* recte Turn. *ἢ νικῶμεν* M. G. Ald. Rob.

880. Hinc etiam usque ad v. 884. personae lineis tantum distinctae in M. *μαντεύω* Rob. *τῶιδεδ'*, litteris *εδ'* in rasura scriptis, M. *ἔχοι* Ald.

882. *τοὶ γὰρ ἐν ταυτῷ τῷ τάφῳ* Rob.

883. Libri *κείσῃ*.

884. *τόνδε δ' αἴδεσαι* Rob. ex Sophiani emendatione et Turn. *τόνδε δήσεται* M. G. Ald. codex Robortelli.

885. *πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ* Rob. *πρὸς ὠκὺ* (sic mihi relatum: alii *ὠὴν* vel *ὠὴν* ex M. afferunt) *πολλὰ* M. *πρὸς ὠκύπολλα* G. Ald. *πρὸς ὃ καὶ πολλὰ* Turn. In G. ante correctionem *δ' ὑβρίζων* pro *δὴ βρίζων* scriptum erat.

886. *οὔλοισιν* Ald. *οὔλοισιν* Rob. Deinde libri *εὐτραφές*. Sed Tzetzes in Exegesi Iliadis p. 62, 13. *οὖλον καθ' ἡμᾶς καὶ τὸ μέρος τοῦ σώματος, ὥς φησιν Αἰσχύλος "οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτρεφὲς γάλα."* Eodem modo apud eundem scriptum est in Chil. XII. 808. Eadem forma ex M. aliisque libris restituenda videtur in Sept. c. Th. v. 290. quamquam res incerta est. V. Lob. ad Phryn. p. 577.

887. Inde ab hoc versu etiam M. personarum nomina habet.

888. Hunc et sequentes tres versus Ald. per errorem Clytaemnestrae tribuit, G. ut ceteri Pyladae. Scholiastes *μετεσκεύασται ὁ ἐξάγγελος εἰς Πυλάδην, ἵνα μὴ δ' λέγωσιν.* Sic M. ut Tyrwhittus ad Arist. Poet. §. 10. scribendum vidit: legebatur *ἵνα μὴ διλέγωσιν.* In G. scriptum *ἵνα μηδὲν λέγωσιν.* V. Opusc. VII. p. 346. seq. In Aeschyli versu *ποῦ δαὶ τὰ λοιπὰ* Vict. ex M. *ποῦ δὲ τὰ λοιπὰ* G. Ald. Rob. *ποῦ δῆτα λοιπὰ* Turn. Porsonus *ποῦ δὴ τὰ λοιπά.* Non sollicitandum videtur *δαί.* Deinde *λοξία* G. Ald.

889. Scripsi *πιστά τ'*. Libri *πιστὰ δ'*.

890. *ἅπαντες* Rob. typographi errore.

891. *παραινεῖσμον* vitium Ald. Porsonus in supplemento praefationis ad Hecubam p. XXXIII. non illibenter se accepturum esse dixit, si quis bonae notae codex *παραινέσαι καλῶς* daret. Id equidem valde dubito an non scripserit Aeschylus. Probabilius puto quod in Elem. doctr. metr. p. 115. suspicari aliquem posse dixi, *καὶ παρήνεσας καλῶς.*

893. *κρείσσον' ἡγήσω* Turn. *κρέσσον' ἡγήσω* M. G. Rob. *κρέσσ' ὠνηγήσω* Ald.

894. *συγκάθευδε* plene Rob.

896. Libri *νῦν δέ.* Recte Auratus *σὺν δέ*, quod suum fecit Stanleius.

897. *πατρωκτονοῦσα* G. Ald. 898. *παρ' αἰτία* G.

899. *ἐπόρσυνε* Turn.

900. Libri *σεβίζῃ*.

901. γὰρ omittit Ald. Eadem male intellecta codicis scriptura ἐπὸ pro ἐς τό.

902. Libri εἰς. Schützius, distinctione posita post ἀπέρριψ', in fine versus signa posuit interpellatae orationis. At nusquam ita quidem in Graeca tragoedia sermo cuiusquam interpellatur. Porsonus signum interrogationis in fine versus posuit. At, nisi fallor, tum dici debebat οὐ γάρ, non οὔτοι. Dicuntur haec sine interrogatione, recteque explicantur a scholiasta, οὐκ ἔστιν ἀπορρῖψαι τὸ δορυξένοις ἐκδοῦναι (sic M. G.) πρὸς ἀνατροφήν. Haec enim, *non sane te abieci in domum hospitis*, breviter dicta sunt pro his, *in hospitis domum quum te misi, profecto non abieci*. Intellexit hoc etiam Pauwius.

904. Hinc rursus lineis personas distinguit M. ὁ τῖμος Canterus Stephani adnotationem secutus. ὁ τιμος sine accentu M. ὅτιμος G. Ald. Rob. ἄτιμος Turn. ὁ τιμὸς Vict. Eustathius p. 563, 25. ἔτι ἰστέον ὅτι ὥςπερ φθογγή φθόγγος, χολή χόλος, τιμή τῖμος παρὰ τῇ κωμῳδία τὸ τίμημα, ποθή πόθος, ὠνή ὦνος, βολὴ βόλος, καὶ ἕτερα, οὕτω πύλη πύλος ἀρσενικῶς. Vitium Ald. ἀντειδεξάμην.

905. αἰσχύνομαί σοι Canterus. Libri αἰσχύνομαί σου. In ὀνειδίσαι littera ί ex η facta in M.

906. Libri μὴ ἀλλ' εἰφ' (εἴφ' Turn.) ὁμοίως. Canterus μὴ 'λλ' εἰφ' ὁμοίως. Delevi μή, quod nihil est nisi error librarii, qui ad sequentem versum, qui hac vocula μή incipit, aberrans, statim animadverso errore abstitit et versum scripsit eum quem debebat.

909. δὲ γ' M. γ' ab alia manu in litura scripto. δ' ἔγ' vitium Ald.

912. φύλαξαι M. φυλάξαι Rob. φυλάξω G. Ald. Turn.

914. τύμβου vitium Ald. Scholiastes παροιμίαν εἶναι τοῦτο φασί, πρὸς τύμβον τε (sic M. G.) κλαίειν καὶ πρὸς ἄνδρα νήπιον.

915. Libri τόνδε σ' ὁρίζει μόρον, nisi quod μόνον est in Rob. Elmsleii ad Med. p. 88. emendatio est τόνδε σοὐρίζει μόρον, i. e. σοι ὁρίζει.

916. οὐ 'γὼ Canterus. Libri ut v. 875. 881.

917. ἦ M. G. Rob. Turn. ἢ vitium Ald. In libris recte hic versus Oresti tribuitur, lineola praefixa in M. Male autem proximum versum ἔκανες — πάθε Clytaemnestrae libri tribuunt. Eum Oresti recte reddidit Stanleius: sed idem priorem versum ἦ κάρτα Clytaemnestrae orationi adiunxit, quo facto neque nexus sententiarum aptus est, et aequabilitas colloquii turbatur. Neque vero Wellauero assentiendum est, qui inter hos duos versus 917. et 918. unum versum, qui Clytaemnestrae fuerit, excidisse putat. Immo duos Orestes habet versus, ut in fine colloquii.

918. κάνες γ' ὄν M. Rob. In M. inter κ et α aliquid, fortasse τ, erasum, κ'ἀνὲς γ'ὄν G. κἂν ἐς γ' ὄν Ald. κἂν ἐς γ' ὄν Turn. Heathii rudis emendatio, ἔκανές γ' ὅν, recepta est a Porsono, Schützio, Blomfieldio. Participio κανών non utuntur tragici praeter metri necessitatem.

Quare non potest probari Pauwii *κανοῦσ' ὃν οὐ χρῆν*. Recepi quod in praef. ad Eur. Bacchas p. XX. proposui, *ἔκανες ὃν οὐ χρῆν*.

919. Linea praefixa in M. Oresti hi quattuor versus tribuuntur in G. Ald. Rob. Chori nomen adscripsit Turnebus. *στένω μὲν* M. G. Ald. Rob. Vulgo ex Turn. coniectura *στένωμεν*. Deinde *τῶνδε* M. Rob. Turn. *τόνδε* G. Ald.

920. *ἐπήκρισεν* M. G. Ald. Rob. *ν* omisit Turn. Scholiastes hoc verbum recte interpretatur *ἐπ' ἄκρον ἦλθε*. Paullo aliter Hesychius, *ἐπήκρισεν, ἐπ' ἄκρον ἤγαγε, τέλος ἐπέθηκεν*. Quae, nescius ad Aeschylum pertinere, repetiit Eustathius p. 1636, 47. *ἀκρίζειν, τὸ τὰ ἄκρα ἐπιπορεύεσθαι. ὃ καὶ ἐξακρίζειν Εὐριπίδης φησίν* (Or. v. 275.). *ἕτερος δέ τις ἐπήκρισε φησὶν ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἄκρον ἤγαγε καὶ τέλος ἐπέθηκεν*.

921. Libri *αἱρούμεθα*. Vera videtur Musgravii emendatio, *αἰτούμεθα*.

923. Linea praefixa in M. Chori nomen in G. Ald. Rob. Hoc carmen Canterus in stropham et antistropham atque epodum divisit, quae epodus ab his verbis, *κρατεῖταί πως τὸ θεῖον* (v. 952.) inciperet. At manifestum est haec verba, *πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν* (v. 955. 966.) non potuisse non in eadem stropharum sede repeti. Sed quae fuerit stropharum huius carminis dispositio, certo dici non potest, quum aut unus aut plures versus interciderint. Si unus tantum versiculus excidit post illa verba, *χαμαιπετεῖς ἔκεισθ' ἀεί* (v. 958.), hic fuit stropharum ordo,

α'. β'. α'. γ'. β'. γ'.

et haec stropharum initia,

στρ. α'. v. 923. *ἔμολε μὲν δίκα.*
στρ. β'. v. 930. *ἐπολολύξατ', ὤ.*
ἀντ. α'. v. 934. *ἔμολε δ' ὦ μέλει.*
στρ. γ'. v. 941. *τάπερ ὁ Λοξίας.*
ἀντ. β'. v. 956. *μέγα τ' ἀφῃρέθην.*
στρ. γ'. v. 959. *τάχα δὲ παντελής.*

Eandem carminis formam H. L. Ahrens constituit, secutusque est Franzius. Neque caret haec descriptio probabilitate, quum dochmii, ex quibus hoc carmen fere compositum est, certe a diversis chori partibus recitatum esse doceant. Tamen probabilius mihi visum est post illa verba, *χαμαιπετεῖς ἔκεισθ' ἀεί* (v. 958.) nihil excidisse, plures autem versus interiisse post haec verba, *μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός* (v. 942.), post quae verba magna est in libris et manifesta perturbatio. Eo igitur loco si plures versus exciderunt, haec fuisse videtur carminis forma, *α'. α'. β'. β'.*

924. *βαρύδικος* Vict. ex M. *καρύδικος* G. Ald. Rob. *καρίδικος* Turn.

927. *ἔλακε δ' ἐς τὸ πᾶν* M. G. Rob. *ἔλακε δ' ἐτὸ πᾶν* Ald. *ἔλακε δὲ τὸ πᾶν* Turn. Scholiastes *ἤλασεν δὲ εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου, ὅ ἐστιν ἤνυσε τὸν ἀγῶνα. ἀφίκετο, φησίν, εἰς τὸ τέλος τοῦ*

ἀγῶνος. Legit igitur *ἔλασε*, quod Pauwius, Seidlerus de vers. dochm. p. 88. Boeckhius de metris Pindari p. 322. probarunt. Schützio scribendum videbatur *ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν*. Et *ἔλαχε* quidem verum esse videtur: sed servandum erat *ἐς τὸ πᾶν*, *omnino*.

929: *θεόθεν εὐφραδαῖσιν* M. G. *θεόθεν ἀφραδαῖσιν* Rob. *θεόθεν ἐφραδαῖσιν* Ald. *θεόθεν δὲ φραδαῖσιν* Turn. Scribendum erat *θεόθεν εὖ φραδαῖσιν*. Hesychius *φραδαῖσι* (*φράδεσι* codex), *βουλαῖς*. Deinde *ὡρμημένος* Ald.

930. Libri *ἐπολολυξάτω*. Recte Seidlerus *ἐπολολύξατ', ὦ*, nisi quod *ὤ* scribendum erat.

931. Libri *ἀναφυγὰς* et *τριβάς*. Scholiastes *ὡς τῶν οἴκων φυγόντων τὰς συντριβὰς τῶν οἴκων* (sic M. G.). Stanleio scribendum videbatur *ἀναφυγᾶς* et *τριβᾶς*. Horum posterius primus Schützius recte recepit.

932. 933. *ἐπὸ δοιοῖν μιαστόροιν* sic M. in quo libro etiam Pers. v. 721. 737. Sept. c. Th. v. 896. *δοιοῖν* pro *δυοῖν* scriptum est. *ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν* G. Ald. Rob. Turn. *ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν* Victorius. *ὑπαὶ* scribendum esse olim indicavi. Quae sequuntur verba, *δυςοίμου τύχας*, cum *ἀναφυγάς* iunxit scholiastes, qui haec adscripsit, *δυςπορεύτου τύχης. τὸ δὲ ἑξῆς, τὰς ἀναφυγὰς τῶν κακῶν τὰς ἀπὸ τῆς δυςοίμου τύχης*. Postquam dictum erat *ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς ὑπαὶ δυοῖν μιαστόροιν*, sine pondere haec adiiciuntur, *δυςοίμου τύχας*. Itaque videtur aliquid excidisse, quo haec melius connexa erant. Potuit autem post *ΛΥΟΙΝ* facillime excidere *ΛΥCΙΝ*. Quare sic haec scribenda esse existimavi,

ἐπολολύξατ', ὤ, δεσποσύνων δόμων
ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς
*ὑπαὶ δυοῖν *λύσιν* μιαστόροιν*
δυςοίμου τύχας.

i. e. *καὶ κτεάνων τριβᾶς λύσιν ὑπὸ δυςοίμου τύχας δυοῖν μιαστόροιν, solutam consumptionem opum per infelicem fortunam duorum impiorum*. Hesychius *δύςοιμος, ἐπὶ κακῷ ἥκουσα, ἢ δύςοδος*.

936. *ἔθιγε δὲ μάχαι* M. *ἔθιγε δὲ μάχα* G. Rob. *ἔθιγε δὲ μάλα* Ald. Turn. *ἔθιγε δὲ μάχᾳ* Victorius. Recte Pauwius *ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ*.

Libri *ἐτήτυμος*, nisi quod *ἐτίτυμος* Ald. Recte Blomfieldius recepit Scaligeri emendationem, *ἐτητύμως*.

937. *κόρα* M. G. Ald. *κούρα* Turn. *κόρας* Rob.

940. *ὀλεύθριον* Ald. Deinde libri *πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον*, nisi quod *πνέουσα ἐν* plene scriptum est in editione Robortelli, qui in corrigendis *πνέουσαν* pro *πνέουσα* legendum dicit. Non recte Auratus *πνέουσαν ἐχθροῖς κότον* scribendum putavit. Nam haec tantum, *Δίκαν δέ τιν προςαγορεύομεν βροτοὶ τυχόντες καλῶς*, in parenthesi posita sunt. Scribendum est, ut Schützius quoque vidit, *πνέουσ' ἐπ' ἐχθροῖς κότον*. Nam *ἐπί* hic quidem multo rectius dicitur quam *ἐν*.

941—951. Libri sine lacunae indicio *τάπερ ὁ λοξίας ὁ παρνάσσιος* | *μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὄχθει* | *ἄξεν ἀδόλως δολίας* (sic, ut videtur, etiam M.) | *βλαπτομέναν ἐν χρόνοις* | *θεῖσαν ἐποίχεται.* Videtur post *μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς* intercidisse finis antistrophae primae atque initium strophae secundae. Mirum est autem post *χθονὸς* et ad sensum et ad metrum verba locum habere, quae ut iambicum tetrametrum brachycatalecticum nescio unde affert Marius Plotius p. 2645. *ὁ Πύθιος μεσομφάλοις* (scriptum est *μεσομφάλιος*) *θεὸς παρ' ἐσχάραις.* Alium Aeschyli versum (Sept. c. Th. 270.) idem grammaticus paullo ante p. 2643. attulerat. Itaque quum strophae versibus

ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς
*ὑπαὶ δυοῖν *λύσιν* μιαστόροιν*

haec bene respondeant

*μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός, *ὁ Πύθιος*
μεσομφάλοις θεὸς παρ' ἐσχάραις,*

ausus sum hoc carminis complementum recipere. Vltimus huius antistrophae versus talis fuisse videtur,

πιφαύσκων ἔφα.

Similia leguntur in Sept. c. Th. v. 726. *Ἀπόλλωνος — τρὶς εἰπόντος ἐν μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις.*

945—951. Si recte hoc carmen descripsi, excidit initium alterius strophae, i. e. versus quattuor et pars quinti. In libris, ut dixi, post *χθονός* statim haec sequuntur, *ἐπ' ὄχθει* | *ἄξεν ἀδόλως δολίας* | *βλαπτομέναν ἐν χρόνοις* | *θεῖσαν ἐποίχεται.* In his *δολίαν* recte scriptum est in editione Victorii, et dicit Franzius *δολίαν* esse etiam in M. quem librum *δολίας* ut ceteros habere mihi relatum est. Legit autem *δολίαν* scholiastes, qui haec adnotavit, *τὴν Κλυταιμήστραν τὴν δολίως βλάπτουσαν καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον τὸν οἶκον ἐποίχεται ἡ δίκη.* Alia adnotatio haec est, *ἐπέξηλθε τὴν δίκην βλαπτομένην ἐκ πολλοῦ Ὀρέστης.* Olim conieci scripsisse Aeschylum . . . . *ἐπ' ἐχθροξένοις δόλοισιν δόλια βλαπτομέναν χρονισθεῖσαν ἐποίχεται.* Nunc veri similius puto ita fere haec scripta fuisse, ... *ἐπ' ἐχθρόφρον' ἔταξεν, ἃ δόλιά σε δολίαν βλαπτομένα χρονισθεῖσαν ἐποίχεται.* Sed quum primorum verborum emendatio prorsus incerta sit, ea tantum recepi quae certiora sunt,

. . . . . *ἃ*
δόλιά σε δολίαν
βλαπτομένα χρονισθεῖσαν ἐποίχεται.

952. 953. *κρατεῖται πῶς* (sic M. *κρατεῖται πῶς* G. Ald. Rob. *κρατεῖταί πως* Turn.) *τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς* M. G. Ald. Rob. Turn. Scholiastes *συμβάλλεται οὖν τὸ θεῖον τοῖς μὴ ὑπουργοῦσι τοῖς κακοῖς.* Scribendum videtur

κρατείτω δ' ἔπος τὸ θεῖον, τὸ μή μ'
ὑπουργεῖν κακοῖς.

Vincat divina sententia, ne opem feram improbis.

954. Omnes ἄξιον δ'. Scripsi ἄξια δ'.

955. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν Schützius. πάρα τε φῶς ἰδεῖν M. Rob. παρά τε φῶς ἰδεῖν G. Ald. παρὰ τὸ φῶς ἰδεῖν Turn.

956. Libri μέγαν τ' ἀφῃρέθην ψάλιον οἴκων. Recte Porsonus μέγα τ' ἀφῃρέθην. Scriptum fuerat μέγα etiam in G. sed postea librarius ν addidit. Deinde libri ψάλιον οἴκων. Scribendum esse ψάλιον οἰκετῶν vidit etiam Franzius.

957. ἀναγεμὰν δόμοις M. G. Ald. ἄναγε μὰν δόμοις Rob. ἀνὰ γεμὰν Turn. Scribendum ἄναγε μάν, δόμοι. Blomfieldius, recepto quod conieceram δόμοι, scripsit ἄνα γε μάν. Versum γε μάν hic non satis aptum, ἄναγε autem, *erige te* vel *erigite vos*, similiter dictum est ut ἄπαγε. Deinde πολὺν M. G. Turn. πολλὺν Ald. πλὴν Rob.

958. χαμαιπετεῖσε κεῖσθ' αἰεὶ M. G. χαμαιπετεῖσε κεῖθ' αἰεὶ Rob. χαμαιπετεῖσε κεῖσθ' ἀεὶ Ald. χαμαιπετῆ σε κεῖσθ' ἀεὶ Turn. Scribendum erat χαμαιπετεῖς ἔκεισθ' ἀεί. Viderunt hoc etiam Wellauerus et Blomfieldius.

959. Elmsleio ad Med. p. 86. audacter, ut ait, χρόνος in χορός mutanti assensus est Blomfieldius. Nihil mutandum. Scholiastes non male, quamquam non satis accurate, ὁ πάντα τελῶν χρόνος τὰ πρόθυρα τῶν οἴκων ἀλλάξει ἀπὸ κατηφείας εἰς λαμπρότητα. Aliud scholion ad ἀμείψεται adscriptum, ἀλλαγήσεται, οὐχ ὁμοίως ἔσται τοῖς πρώην ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν.

960. δομάτων G. Deinde ὅτ' ἂν M. G. Ald. Rob. Deinde ἀμφ' M. Ceteri ἀφ'.

961. 962. μῦσος πᾶν ἐλάσει, ad ει supra adscripto η, M. Ceteri μῦσος πᾶν ἐλάσῃ. Deinde omnes καθαρμοῖς ἅπαν ἐλατήριον. Scholiastes τὸ ἐλαῦνον τοὺς ἀσεβεῖς, ἢ τὸ ἀπελαθῆναι ὀφεῖλον. ἐλατήριον δὲ τὸ καθαρτικὸν φάρμακον. Stanleius corrigebat καθαρμὸς ἅτας ἐλατήριος. Melius Schützius καθαρμοῖς ἀτᾶν ἐλατηρίοις. Scribendum

μύσος ἅπαν ἐλάσῃ
καθαρμοῖσιν ἀτᾶν ἐλατηρίοις.

963—965. τύχα δ' εὐπροσώπωικοίται M. τύχα δ' εὐπροσώπω κοίτα G. Ald. sed in G. τύχα sic scriptum est, ut aut α in ει, aut ει in α mutatum esse videatur. τύχα δ' εὐπροσώπῳ κοίτᾳ Rob. Turn. Scholiastes ἡ δὲ τύχη νῦν ἐν εὐόπτῳ κοίτῃ, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἀγαθῇ καταστάσει πρὸς τὸ ἰδεῖν τὰ νῦν γεγονότα καὶ ἑτέρων λεγόντων ἀκοῦσαι. λείπει τὸ ἐστί. Scribendum τύχᾳ δ' εὐπροσωποκοίτᾳ. Deinde post τὸ πᾶν libri habent ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις. Scripsi ἰδεῖν θρευμένοις, de qua forma dixi ad Sept. c. Theb. v. 78. deleto ἀκοῦσαι, quod interpretis verbum est, haec ita intelligentis, ac si scriptum esset ἰδεῖν θρεομένων. Ita scholiastam haec intellexisse apparet. Deinde μετοικοδόμων πεσοῦνται πάλιν M. Rob. μετ' οἰκοδόμων πεσοῦνται πάλιν G. Ald. Turn. Apertum erat scribi debere μέτοικοι δόμων, et vidit id

ante me Scaliger. Legit hoc scholiastes, quamquam non recte sic interpretatur, *οἱ νῦν τοὺς δόμους οἰκοῦντες πεσοῦνται εἰς τὸ ἔμπαλιν τῆς πρώτης τύχης. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν κάβων μετήγαγεν.* Itaque scripsi

τύχᾳ δ' εὐπροςωκοίτᾳ τὸ πᾶν
ἰδεῖν θρευμένοις
μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.

Prospera ad videndum narrantibus fortuna revertatur restituti aedibus.

966. *πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν* Schützius. Libri *παρὰ τὸ φῶς ἰδεῖν.*

967. Linea praefixa est in M. Scholiastes *ἀνοίγεται ἡ σκηνὴ καὶ ἐπὶ ἐγκυκλήματος ὁρᾶται τὰ σώματα· ἃ λέγει διπλῆν τυραννίδα.* Immo corpora Aegisthi et Clytaemnestrae non conspiciuntur. Conspiciuntur *ἐκκυκλήματος* ope Orestes, viridem ramum tenens, et pallium Agamemnoni mortiferum ferentes famuli, quibus dicit *ἐκτείνατ' αὐτό.*

970. Coniuncta hic sunt, et recte, *μέν* et *τέ*, neque scribendum *φίλοι δέ*, ut Abreschius volebat.

971. *πιστώμασιν* M. G. Ald. Rob. *πιστώμασι* Turn.

972. *ἀθλίῳ*, Stanleius sive potius Portus, ut mox dicitur v. 975. Libri *ἀθλίως.*

973. *καὶ ξὺν θανεῖσθαι, καὶ τάδε ὅρκως ἔχει* vitiose Ald.

976. *χειροῖν* M. G. Ald. Rob. *χερσὶ* Turn. Iacobsio ad Leontis philosophi epigr. III. Anthol. t. XI. p. 248. scribendum videbatur *ξυνωρίδι.* Praestaret *ξυνωρίδος.* Servandum tamen duxi *ξυνωρίδα*, ut propria significatione dictum pro *συζυγίαν.*

977—984. Hos octo versus, qui in libris post versum 998. leguntur, huc revocandos esse vidit Meinekius in Diurnis antiquariis a. 1843. p. 183.

977. *καὶ τύχω* Portus et Porsonus, eosque secutus Blomfieldius. Non mutandum est quod libri habent *κἂν τύχω.*

979. *δροίτης*, ad *οί* supra adscripto *ι*, M. *δροίτης* Turn. *δρυοίτης* G. Ald. *δρύτης* Rob. V. ad Ag. v. 1506. Deinde *κατὰ σκήνωμα* G. Ald.

980. *ἄρην δ'* Rob. Ceteri *ἄρκυν δ'*. Scripsi *ἄρκυν τ'*, interpunctione deleta quae post *μὲν οὖν* erat. *ποδιτῆρας* Ald.

981. *τοιοῦτον ἂν* Turn. *τοιοῦτο μὰν* M. G. Rob. *τοιοῦτο μ' ἂν* Ald. *φηλήτης* Scaliger. Libri *φιλήτης.*

982. *ξένον* et antea *ἀρὴρ* pro *ἀνὴρ* vitia Rob.

983. *νομίζων* Turn. *νομίζω* M. G. Ald. *νομίζοι* Rob. Deinde *τῷδε τἀνδολώματι* Rob. Ceteri *τῷδέ τ' ἂν δολώματι.* Post *τοιοῦτον* non potuit *τῷδε* dici, ut id similiter intelligeretur: deberet enim *τοιῷδε.* Itaque remota quae post *νομίζων* vulgo ponitur interpunctione, sic scribendum et interpungendum est,

τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φηλήτης ἀνὴρ
ξένων ἀπαιόλημα, κἀργυροστερῆ

βίον νομίζων τῷδέ γ' ἂν δολώματι
πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θερμαίνοι φρένα.

Talem fur aliquis acquirat hospitum defraudationem, et pecuniae rapacem vitam colens hac arte multos perimens multum se oblectet.

984. *θερμαίνει φρενὶ* per errorem Ald. Ceteri omnes *θερμαίνοι φρενί*. Dindorfius *θέρμ' ἄνοι φρενί*. Veram puto Lobeckii ad Soph. Ai. ed. pr. p. 302. emendationem, *θερμαίνοι φρένα*.

985. *ἐκτείνατ' αὐτὸ* Auratus. *ἐκτείνατ' αὐτὸν* Turn. et, ut videtur, M. *ἔκτεινα τ' αὐτὸν* G. Ald. *ἔκτειν' αὐτὸν* Rob.

986. *ἀνδρὸς* M. (sic M.) Rob. et e correctione G. *ἀνδρῶν* G. ante correctionem et Ald. Turn. Deinde *δείξασθ'* Rob. Deinde *ὡς ἰδῃ* M. Rob. et e correctione G. *ὡς ἴδοι* G. ante correctionem et Ald. Turn.

987. *οὐχ οἱμὸς* Turn. et, ut puto, M. *οὐχ ὑμὸς* Rob. *οὐχ ὁμὸς* G. *οὐχ ὁ μὸς* Ald.

988. *μᾶρὸς* G. *ματρὸς* Ald. Turn.

991. *ψέγω* M. G. Ald. Rob. In G. hic versus, quum antea omissus esset, eodem quo scholia atramento inter praecedentem ac sequentem versum scriptus est. Recte Turnebus *λέγω*, ex scholio, quod hoc est, *Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον, μητρὸς δέ, ἥτις ἐπὶ ἀνδρὶ τοῦτο μήσατο στύγος.*

992. *αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος*, Portus. *αἰσχυντῆρος ὡς νόμου* M. G. Ald. *αἰσχυντῆρος ὡς νόμου* Turn. *αἰσχυντῆρος νόμου* Rob.

994. *ἐξ οὗ* Rob. *ἐκ σοῦ* M. G. Ald. Turn. codex Robortelli. Deinde *τέκνων ἤνεγκ'* Victorius. *τέκνων ἠνέχη* M. *τέκνων ἠνέχῃ* (*ἠνέχῃ* Rob.) G. Ald. Rob. *τέκνω νῦν ἔχει* codex Rob. *τέκνων ἀνέχῃ* coniecit Rob. *τέκνων ἤνεγκ'* Turn.

995. Vulgo post *κακόν* plene interpungebatur.

996. 997. Vulgo *τί σοι δοκεῖ;* Recte Meinekius *ἢ σοι δοκεῖ*, continuata oratione. Deinde *μύραινά τ' ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ*, ad *τ'* supra adscripto *γ*, M. *μύραινά γ' ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ* G. *μύραινα τ' ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ* Rob. *μύραινα γ' ἢ ἔχιδν' ἔφυ* Ald. Turn. Proximo versu *θίγουσαν ἄλλον* M. G. Ald. *θίγουσ' ἂν ἄλλον* Rob. Turn. Deinde omnes *οὐ δεδηγμένον*. Scholiastes haec adnotavit, *ὑπερβολή· ὅτι καὶ τὸν μὴ δηχθέντα, ἀλλὰ μόνον ἁψάμενον σήπει*, quasi *θιγόντ' ἂν* legisset. Mira de his versibus protulit Fritzschius ad Aristoph. Ranas p. 204. Blomfieldio scribendum videbatur *μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ σήπειν θιγοῦσα μᾶλλον οὐ δεδηγμένον*, non recte. Ita hi versus scribendi erant,

ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσαιο στύγος,
ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγκ' ὑπὸ ζώνην βάρος,
φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρόν, ὡς φαίνει, κακόν,
ἢ σοι δοκεῖ, μύραινά γ' εἴτ' ἔχιδν' ἔφυ,
σήπειν θιγοῦσ' ἂν μᾶλλον, οὐ δεδηγμένη,
τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος;

quae autem marito tale machinata est scelus, ex quo liberorum onus sub

zona gestavit, tum carum, nunc, ut ostendit, odiosum, num tibi videtur, sive muraena sive vipera esset, tactu suo magis labem illatura esse, non laesa? Οὐ δεδηγμένη, sed ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος. Hoc igitur dicit, *non potuisset magis laedere innocentem, si bellua fuisset.*

998. κἀδίκου Turn. κἀνδίκου M. G. Ald. Rob. Post hunc versum in libris collocati sunt versus 977—984.

999. τοιᾶδ' ἐμοι M. τοιᾶδ' ἐμοὶ G. Rob. τοῖαδε μοι Ald. τοιάδε μοι Turn. Scribendum τοιάδ' ἐμοί.

1000. πρόσθεν Turn. πρόσθ' M. G. Ald. Rob.

1001. Chori nomen omissum in M. G. Ald. αἳ αἳ M. G. Ald. Turn. αἰ αἰ Rob. Scribendum αἰαῖ, αἰαῖ. Vidit hoc Bothius.

1003. ἐ ἐ M. ἔ ἔ G. Ald. Turn. ἐ ἐ Rob. Scribendum αἰαῖ, αἰαῖ. Vidit hoc Wellauerus.

1004. Scholiastes τῷ τοιαῦτα πράξαντι χρόνῳ πάθος ἀνθεῖ. Hinc Schützius μίμνοντι in δράσαντι mutavit. Recte vero μίμνοντι Wellauerus interpretatur *ei qui in vita remanet.* Neque scholiastes non legit μίμνοντι.

1005. Lineola praefixa in M. G. Nulla nota in ceteris. Oresti haec tribuenda esse vidit Stanleius. ἢ οὐκ ἔδρασε Turn. ἢ οὐκ ἔδρασεν M. G. Ald. Rob.

1007. κηκὶς Rob. Turn. et e correctione M. κικὶς G. Ald. et ante correctionem M. In ξυμβάλλεται prius λ postea additum in M.

1008. βαφὰς omissum in Rob.

1009. Libri νῦν αὐτόν. Schützius ex mea emendatione νῦν αὐτόν, *me ipsum.* Id Graece dictum esse negans Blomfieldius scribendum coniecit νῦν ταὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώξω παρόν. Sed de αὐτόν satis dictum est ad Soph. Trach. v. 451. Scribendum autem νῦν δ' ἀποιμώζω παρών. Libri νῦν ἀποιμώζω παρών, nisi quod παρὸν habet Rob. In παρών nihil vitii est.

1010. πρὸς φωνῶν Ald.

1011. Hic demum Orestis personam adnotavit Rob.

1012. νίκης M. Rob. νίκας, supra scripto η, G. νίκας Ald. Turn. Deinde τῆσδ' ἔχων μιάσματα M. Rob. τῆδ' ἔχω μιάσματα G. Turn. τῆς δ' ἐχομιάσματα Ald.

1013—1016. Chori nomen in libris omissum est. οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον διὰ παντ' ἄτιμος ἀμείψεται· ἐς μόχθος δ' ὁ μὲν αὐτίχ' ὅδ' ἦξε (ita mihi relatum est: ἦξεν affert Franzius) ita M. in quo η in ἀσινῆ ex εῖ factum et ultima littera in μόχθος ab alia manu scripta est. Etiam quae sequuntur δ' ὁ μὲν — ἦξε ab alia manu scripta esse videntur. ἐς μόχθον δ' habent ceteri libri. ὅδ' ἦξε G. ὅδ' εἶξα Ald. ὁ δ' ἦξει Turn. ὁ δ' ἦξεν Rob. Excidisse ὕστερον iure putavit Schützius. Sed in reliquis etiam et metrum et sententia laborat. Scholiastes adnotavit ἢ διὰ πρὸς τὸ ἀμείψεται, et ἄτιμος interpretatur ἀτιμώρητος. Mihi ita fere scripsisse videtur Aeschylus.

οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
διὰ πάντ' εὔθυμος ἀμείψει,
**τέκνον,* ἐς μόχθον δ'*
*ὃ μὲν αὐτίχ', ὃ δ' *ὕστερον* ἦξεν.*

1017. Orestis nomen adscripsit Turn. Omissum est in M. G. Ald. Rob. *ἄλλος ἂν εἰδὴ* (sic mihi relatum: *ἂνειδῆ* Franzius) *τοῦτ' ἄρ' οἰδ' ὅπη τελεῖ* M. *ἄλλος ἂν εἰδὴ τοῦτ' ἄρ' οἱ δ' ὅπη τελεῖ* Rob. *ἄλλος ἂν εἰδὴ τοῦτ' ἄρ οἰδ' ὅπη τελεῖ* G. *ἄλλος ἂν εἰδῆ τού τ' ἄρ' οἰδ' ὅπη τελεῖ* Ald. *ἄλλος γ' ἂν εἰδῇ, τοῦτ' ἄρ' οἰδ' ὅπη τελεῖ* Turn. Inutiles emendandi conatus tacere praestat. Blomfieldius ita scripsit, *ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς, τοῦτ' ἄρ' οἰδ' ὅποι τελεῖ.* Vera esse videtur Emperii et I. Fr. Martini emendatio,

ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῆτ', οὐ γὰρ οἶδ' ὅπῃ τελεῖ,
ὥςπερ etc.

1018. 1019. Libri *ἡνιοστρόφον*, nisi quod Rob. *ἡνιοστρόφου* habet. Schützius in posterioribus editionibus Stanleii coniecturam, *ἡνιοστροφῶ*, probatam etiam Blomfieldio, admisit. Recepi *ἡνιοστρόφον*, quod in prima editione Schützius scripserat. Interpungitur vulgo post *ἔξωτέρω*, quam interpunctionem sola Robortelli editio non habet. Neque interpungendum ibi est. *Γάρ* ab initio longius remotum nullam hic offensionem habet, quoniam statim post *φέρουσι*, ex quo sententia pendet, positum est. V. ad Ag. v. 1106.

1021. *ἅδειν* Ald. *ἢ δ'* Abreschius. Libri *ἠδ'*. Libri deinde *ὑπορχεῖσθαι κότῳ*, nisi quod Ald. habet *ὑπ' ὀρχῦσθαι κότῳ*. Etiam M. *κότωι*, non *κότων*. Schützius scribendum esse putavit *πρὸς δὲ καρδίᾳ κότος ἅδειν ἕτοιμος, ἥδ' ὑπορχεῖσθαι φόβῳ*, ut dictum est v. 161. *ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ*. Recepi emendationem Emperii, *ἢ δ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ*.

1022. *δ' ἔτ'* Rob. Turn. *δέ τ'* M. G. Ald.

1026. *χρηδ' ἀντ' ἐμοί* vitium Ald.

1028. *παρέντα δ'* M. Rob. *παρόντα δ'* G. Ald. *παρέντι* Turn. Portus v. 1027. *πράξαντα* et hic *παρέντα* scribendum putavit. Blomfieldius edidit *πράξαντα* et *παρέντι δ' οὐκ* etc. Servandum erat et *πράξαντι* et *παρέντα δ'*. Aposiopesis est, sed ex eo genere quo tragici utuntur.

1029. *τόξῳ* Rob. Turn. *τόξωι* M. *τόξων* G. Ald. In fine versus libri habent *προσίξεται*. Scholiastes *τοσαύτη γάρ ἐστιν ὡς μηδὲ τοξότην* (*τοξότῃ* M. G.) *ἐφικέσθαι τοῦ μήκους*. Non credibile hic quidem est Aeschylum idem verbum iterasse. Schützii coniecturam, *ἐφίξεται*, probavit Blomfieldius. Recepi Meinekii emendationem, *προσθίξεται*.

1030. *ὁρᾶτα μ'* Ald. *παρασκευασμένος* G. Ald.

1032. *μετόμφαλον θ'* Ald.

1034. 1035. *φεύγων τόδ'* M. G. Rob. *φεύγοιντο δ'* Ald. Hinc *φεύγειν τόδ'* a Turnebo illatum. Deinde *οὐδ' ἐφέστιον ἄλλην* M. G.

Ald. Rob. A Turnebo profectum οὐδ' ἐφ' ἑστίαν ἄλλην. E vetere scriptura restituendum erat οὐδ' ἐφέστιον ἄλλῃ.

1036. τὰ δ' Canterus. Libri τάδ'.

1037. καὶ μαρτυρεῖν μοι μενέλεως ἐπορσύνθη κακά M. G. Ald. καὶ μαρτυρεῖν μοι μενέλεως ἐπορσύνθη κακά Rob. qui in corrigendis μοι ὅσ' scribendum dicit pro μοι μενέλαως (sic). καὶ μαρτυρεῖν μοι, λεὼς ἐπορσύνθη κακά Turn. Frustra haec critici emendare conati sunt, neque probari potest quod ego olim proposui. Scribendum videtur

τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
ἐκμαρτυρεῖν ᾗ μέλε' ἐπορσύνθη κακά.

Ἐκμαρτυρεῖν ut in Ag. v. 1155. ᾗ μέλε' ἐπορσύνθη κακά ut in Persis v. 262. φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά. Potest tamen dubitari an aliquid exciderit.

1038. Simillimus versus Ag. 1241. φυγὰς δ' ἀλήτης τῆςδε γῆς ἀπόξενος.

1039. Neque aposiopesis esse potest post λιπών, neque intelligi εἰμί vel ἔσομαι, neque τῆςδε in εἰμι mutandum est, quod Dobraeo Adv. II. p. 29. in mentem venit, sed manca oratio docet versum excidisse.

1040. Nulla personae nota in libris. Choro haec tribuenda esse vidit Heathius. ἀλλ' εὖ γ' ἔπραξας Tyrwhittus. Libri ἀλλ' εὖ τε πράξας. Porsonus ἀλλ' εὖ γε πράξας, quod etiam Portus et in secundis curis Stanleius coniecerant, scripsit, et μήτ — μήτ'. Libri μὴ δ' — μὴ δ'. Deinde ἐπιζευχθῇς Heathius. ἐπιζεύχθη M. G. Ald. Rob. ἐπιζευχθῇ Turn.

1041. φίμῃ πονηρᾷ Heathius. Libri φῆμαι πονηραί. Auratus φήμαις πονηραῖς. Deinde ἐπιγλωσσῶ Rob. ἐπιγλωσσω sine accentu M. ἐπιγλώσσω G. Ald. Turn. Hesychius ἐπιγλωσσῶ (ἐπιγλώσσω codex), ἐποιωνίζον διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.

1042. Male Blomfieldius, plena interpunctione post κακά posita, scripsit ἠλευθερώσας. Deinde Ἀργείαν Porsonus. ἀργείην M. Ald. Rob. Turn. et e correctione G. ἀργείων G. ante correctionem.

1044. Lineola praefixa in G. Nulla nota in M. Ald. Rob. Turn. Orestis nomen adscripsit Porsonus.

1045. Libri δμωαὶ γυναῖκες. Quis vero sibi persuadeat Oresten, quum Furias conspicere sibi videtur, tam frigida uti posse chori compellatione? Prima littera Δ e praegresso Λ orta, reliquum est ΜΩΛΗ, unde facili mutatione fiet ΠΟΙΛΗ. Haec tantum dignam Aeschylo vim habent, ποῖαι γυναῖκες αἵδε. Sic tacens emendavi iam in dissertatione adiecta arti poeticae Aristotelis p. 224.

1046. φαιοχίτωνες M. G. Ald. Rob. φαιοχίτωνες Turnebus. Tzetzes in scholiis ad Chil. in Crameri Anecd. Ox. III. p. 358. seq. ἀχαριτόγλωττος — καὶ ἐν τῶν δασέων ἐκτείνει ὡς παρ' Ἱππώνακτι τόδε "ἦν αὐτὸν ὄφις τὠντικνήμιον δάκοι," καὶ παρ' Αἰσχύλῳ "φαιοχίτωνες (sic cod. Par. φαινοχίτωνες cod. Bodl.) καὶ πεπλεκτανημέναι

δεινοῖς δράκουσιν· οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ." Scripturam, quam me auctore Schützius in posterioribus editionibus recepit, *φαιοχίτωνες*, veriorem illam fortasse, si pronuntiationem spectes, nunc non ausim admittere, quia ista consonantis duplicatio tragicis non videtur nisi in certis quibusdam verbis concessa esse. Malo veterem scripturam *φαιοχίτωνες* exemplo tueri illorum, quae in Septem adversus Thebas producta altera syllaba dixit Aeschylus, *Παρθενοπαῖος* et *Ἱππομέδοντος*.

1047. *πυκνοῦς* vitium Ald. *δεινοῖς* Tzetzes. Deinde *οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ* Tzetzes et Turnebus. *οὐκ ἔτ' ἀμμείνοιμ' ἐγώ* M. (sic M.) Rob. *οὐκ ἔτ' ἀμείνοιμ' ἐγώ* G. Ald. Pausanias I. 8, 6. *πλησίον δὲ ἱερὸν θεῶν ἐστὶν ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Ἡσίοδος δὲ Ἐρινῦς ἐν Θεογονίᾳ. πρῶτος δέ φησιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι· τοῖς δὲ ἀγάλμασιν οὔτε τούτοις ἔπεστιν οὐδὲν φορερόν, οὔτε ὅσα ἄλλα κεῖται θεῶν τῶν ὑπογαίων.*

1048. Per hoc colloquium in M. G. personae lineolis distinctae sunt, nisi quod versui 1058. Orestis nomen adscriptum est in G. et in Ald. quae ceteris notis caret. Recte personas distinxerunt Rob. et Turn. nisi quod in Rob. editione huic versui 1048. *πν.* adscriptum est. Libri *φίλταθ' ἀνθρώπων πατρί.* Non debebat *πατρί* olim a me et a Schützio mutari in *πάτρας*. Erfurdtio scribendum videbatur *πάλιν στροβοῦσιν*, *retro*. Facilius credam Aeschylum scripsisse *τίνες σὲ δόξαι, φίλταθ' ἀνθρώπων, κέαρ στροβοῦσιν;*

1049. *στροβᾶσιν* Ald. Deinde libri *ἴσχε, μὴ φοβοῦ νικῶν πόλιν.* Recte Porsonus *ἴσχε, μὴ φόβου νικῶ πολύ.*

1050. *οὐκ εἰὰ δόξαι* vitiose Ald. Hinc *οὐκ, εἴα, δόξαι* Turn.

1053. Libri *ἐκ τῶνδέ τοι.* Scribendum erat *ἐκ τῶνδέ σοι.* Deinde libri *πιτνεῖ.*

1054. *πληθύουσι* Turn. *πληθύουσαι* M. G. Ald. Turn.

1056. *εἰσσ' ὁ καθαρμὸς* M. in quo *σ' ὁ* in litura scriptum est. *εἰς σ' ὁ καθαρμὸς* Rob. *εἴσ σ' ὁ καθαρμὸς* G. *εἴσ' ὁ καθαρμὸς* Ald. *εἴσω καθαρμὸς* Turn. Veram lectionem ex antiqua scriptura eruerunt Erfurdtius et H. L. Ahrens, *εἷς σοι καθαρμός.* Quam expiationem intelligat, statim exponit chorus. Deinde *λοξίον δὲ προσθήγων* M. Rob. Turn. *λοξίου δὲ προθήγων* Ald. Correcto accentu *προςθηγών* Blomfieldius. Auratus *Λοξίας* scribendum putabat, Ritschelius in Schedis criticis p. 25. in proximo versu *κτίσεις.* Neutrum probandum est.

1059. *κοὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ* Rob. *κοὐκ ἔτ' ἀμμείναιμ' ἐγώ* M. *κοὐκ ἔτ' ἀμμείβοιμ' ἐγώ* G. in quo pro ultimo *ε*, quod e correctione est, antea *αι* fuerat. *κοὐκ ἔτ' ἀμείβοιμ' ἐγώ* Ald. Turn.

1061. *φυλάσσοι* M. Rob. Turn. et e correctione G. *φυλάσσει* Ald. et G. ante correctionem, quae facile poterat oculos effugere. Deinde *καιρίοισι συμφοραῖς* M. G. Rob. *καὶ ῥύοισι συμφορᾶς* codex Robortelli. *καὶ ῥίοισι συμφοραῖς* Ald. *καιρίοις ἐν συμφοραῖς* Turn. fortasse ex

scholio, *καιρίοις ἐγκαίροις συντυχίαις* (sic Rob. Sine lemmate *ἐνκαίροις* σ. M. *εὐκαίροις* σ. G.). Legit autem etiam scholiastes *καιρίοισι συμφοραῖς*, i. e. *felici eventu.*

1064. *πνεύσας* Scaliger et Porsonus. *πνεούσᾱς* M. *πνεούσας* G. Ald. Rob. Turn. Scholiastes *γονίας ἄνεμος, ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα.* Hesychius *γονίας, εὐχερής. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.* Videtur *γονίας* ventus dici secundo flamine spirans.

1065. *παιδοβόροι* Auratus et Valckenarius ad Phoen. v. 1576. Libri *παιδόμοροι.*

1066. Libri *μόχθοι τάλανές τε θνέστον.* Ineptum *τέ*, quod prorsus frigidam reddit orationem, iam Heathio displicuit: cui quidem in promptu fuit panacea ista *γέ*. Auratus *τάλανός γε Θνέστον*, quod Blomfieldius recepit. Verba haec *τε Θνέστον* tacens eieci in dissertatione adiecta libro Aristotelis de arte poetica p. 261. eiicienda esse indicavi in Opusc. I. p. 112.

1070. *ἦνθε* scriptum esse videtur in M.

1072. *πῇ καταλήξει* Ald. Turn.

1073. Valckenarius ad Phoen. v. 1576. scribendum iudicavit *μέγα κοιμισθέν.* Quantumvis hoc elegans sit, tamen quod libri habent, *μετακοιμισθέν*, defendendum esse puto. *Μετακοιμίζεσθαι* est *alio in loco, alia in persona quiescere.* Similiter *μεταπτοιοῦσαν* dixit in Suppl. v. 317. *ἄτην* vitium Ald.

Subscriptum in M. *ΑΙΣΧΥ^ς ΧΟΙΦΟΡΟΙ*, in G. *τέλος αἰσχύλου δράματος χοηφόροι.*

ADNOTATIONES AD EVMENIDES.

Αἰσχύλου εὐμενίδες M. G. Ald. Rob. Turn. *ἀρχὴν δὲ λοιπὸν τῶν εὐμενίδων βλέπε* Flor. Ven. Personarum indici, quem libri post argumentum fabulae habent, mutas personas addidi Mercurium, praeconem, iudices. Post indicem personarum *προλογίζει προφῆτις* additum in G. Ald. Turn. *προλογίζει ἡ προφῆτις* in ed. Vict. quae verba non habent M. Flor. Ven. Rob.

1. *Πυ.* praefixit Vict. *προφῆτις* praescriptum in M. Flor. Ven. Nulla nota in G. Ald. Rob. Turn. *τῇ τε* vitium Ald.

2. Harpocration in v. *θεμιστεύειν* p. 91, 21. ed. Bekk. *θεμιστεύειν ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν Αυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος. ὅτι δὲ γέγονε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος* (sic Bekkerus ex codice Parisiensi: vulgo *ἡλίου*), *Αἰσχύλος ἀρχόμενος τῶν Εὐμενίδων φησίν.*

5. *οὐδὲ πρὸς βίαν τινός, nemini vim inferens.* Pindarum fortasse tangit. Scholiastes enim ad v. 2. haec adnotavit, *Πίνδαρός φησι πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθοῦς τὸν Ἀπόλλωνα· διὸ καὶ ταρταρῶσαι αὐτὸν ἐζήτει ἡ Γῆ.* Pindarum sequi videtur Euripides in Iphigenia Taurica v. 1234. seqq.

6. Victorium secuti plerique sic interpungunt, *Τιτανίς, ἄλλη παῖς Χθονός*, nec rei ratione habita, nec sermonis poetici. Ego, ut iam olim, dedi *Τιτανὶς ἄλλη, παῖς Χθονός*, ut posse saltem distingui iam Stanleius in curis secundis et Wakefieldius viderant. Deinde *καθέζεται* Rob.

7. *δίδωσιν ἢ* Porsonus. *δίδωσιν δ' ἢ* M. G. Ald. *δίδωσι δ' ἢ* Ven. (sic Ven. Bekkero teste, *δίδωσιν δ' ἢ* Franzius affert) Flor. Farn. Turn. *δίδωσι δ' ἢ* Rob.

8. Apollonius in Lexico Homerico p. 164, 10. ed. Bekk. *Φοῖβος, ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. ὁ μὲν Αἰσχύλος ἀπὸ Φοίβης, τῆς μητρὸς Λητοῦς.* V. Wassenberghium ad scholia Hom. p. 151.

9. Scholiastes *τὴν Κύνθον. διὰ δὲ τοῦ χοιράδα σχεδὸν τὴν αἰτίαν φησὶ δι' ἣν ἀπέλιπεν Ἀπόλλων, ἐκκλίνων τὸ εὐτελὲς τοῦ χω-*

ρίον. Deinde ad eundem versum in M. sine lemmate adscriptum *τὴν στρογγύλην*, quod ad *λίμνην* pertinet. Lacus huius, *τροχοειδοῦς* vocati, mentio est apud Herodotum II. 170. Theognidem v. 7. Euripidem in Iph. Taur. v. 1110. et in Ione v. 168. apud Callimachum h. Apoll. v. 59. Del. v. 261. *Δήλοι χοιράδες* sunt apud Euripidem Troad. v. 89.

11. *Παρνησσοῦ θ' ἕδρας* Turn. *παρνησοῦ θ' ἕδρας* Rob. *παρνησσοῦσθ' ἕδρας* M. G. *παρνησσύς θ' ἕδρας* Flor. Ven. *παρνήσσους θ' ἕδρας* Farn. *πανησσοῦς θ' ἕδρας* Ald. Scholiastes *χαριζόμενος Ἀθηναίοις καταχθῆναί φησιν ἐκεῖσε Ἀπόλλωνα κἀκεῖθεν τὴν περιπομπὴν αὐτῷ εἶναι. ὁ δὲ Πίνδαρος ἐκ Τανάγρας τῆς Βοιωτίας.*

12. *σεβίζουσι* Turn. *θεσπίζουσι* Par.

13. *κελευθοποιὸ* Ald. Scholiastes *οἱ Ἀθηναῖοι. Θησεὺς γὰρ τὴν ὁδὸν καθῖρε* (sic M.) *τῶν λῃστῶν· καὶ ὅταν πέμπωσιν εἰς Δελφοὺς θεωρίδα, προέρχονται* (*προέρχονται γὰρ* M.) *ἔχοντες πελέκεις ὡς διημερώσοντες τὴν γῆν.* Hesychius *Ἡφιστιάδαι, Ἀθηναῖοι.* Sed cum Hesychio conferendum est quod Stephanus Byzantius habet, *Ἡφαιστιάδαι, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ ἦν Ἡφαίστου ἱερόν. ὁ δημότης Ἡφαιστιάδης. τὰ τοπικὰ ἐξ Ἡφαιστιαδῶν καὶ τὰ λοιπά.* Censor Schützianae editionis in Bibliotheca nova Germanica vol. LVI. part. 1. p. 224. seqq. cuius censurae epitome inserta est Beckii Commentariis societatis philologicae vol. II. part. 2. p. 279. seqq. dubitat an Aeschylus simpliciter fabros, non universe Athenienses, solemni pompa, ut deinceps quotannis, Apollinem deduxisse dixerit: quare aliquid excidisse putat inter v. 12. et 13. Quae suspicio eiusmodi est ut certis quidem argumentis nec refelli posse nec probari videatur. Schoemanno, ut Stanleio aliisque, universe Athenienses significari videntur: Erechtheum enim filium esse Vulcani, *ὃν τέκε γαίης αὖλακι νυμφεύσας γαμίην Ἥφαιστος ἐέρσην*, ut Nonnus ait XLI. 63. Rem, quam Aeschylus narrat, Strabo tangit IX. p. 646 (422). Conf. Mülleri Orchom. p. 36. et 383. et diss. de tripode Delphico p. 18.

14. *ἀνήμερόν τι θέντες* Ald.

15. *τιμαλφεῖ* Ven. *τηιαλφεῖ* Ald. Turn. In Rob. pro his verbis, *κάρτα τιμαλφεῖ λεώς*, haec e v. 12. repetita sunt, *καὶ σεβίζουσιν μέγα.*

16. Scholiastes *Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου Αἰτίων β' φησί, Μελανθοῖς τῆς Λευκαλίωνος καὶ Κηφισσοῦ τοῦ ποταμοῦ γίνεται Μέλαινα τοὔνομα· Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφός, ἀφ' οὗ οἱ Δελφοί.* Tzetzes ad Lycophr. v. 208. — *κἂν ἄλλοι φασὶ Δελφοὺς κληθῆναι ἀπὸ Δελφοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Μελανθοῦς τῆς Λευκαλίωνος θυγατρός.* Alia narrat Pausanias X. 6.

18. *ἐν θρόνοις* Turn. *ἐν χρόνοις* M. G. Par. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob.

19. Libri *διὸς προφήτης δ' ἐστὶ λοξίας πατρός*, nisi quod G. Ald. *δ' ἐστὶν* habent. Sed Macrobius Sat. V. 22. ita scriptum affert hunc

versum, *πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός*. Dubitari potest utro ordine melius haec dicantur.

21. Libri *παλλὰς προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται*, nisi quod in Ven. *προναῖα* esse adnotavit Bekkerus. Scribendum *προνάα*. De Minerva *προναίᾳ* sive *προνοίᾳ* praeter alios disputavit Lennepius ad Phalar. p. 143. seqq. Ei *πρόνοια* sola vera appellatio videbatur. Alterum nomen ut verius atque antiquius defendit O. Müllerus in iis quae de Pallade scripsit in Encyclopaedia universali III. 10. p. 101. Atque hanc nominis formam Delphis usitatam fuisse constat nunc ex duabus inscriptionibus ab Ernesto Curtio in Anecdotis Delphicis p. 77. et 78. editis, in quibus scriptum est *ΤΑΙΑΘΑΝΑΙΤΑΙΠΡΟΝΑΙΑΙ*. De situ templi huius deae Delphici exposuit H. N. Vlrichsius in Itinere Graeco (*Reisen und forschungen in Griechenland*) vol. I. p. 45. et 263. Quod apud Aeschylum sequitur *ἐν λόγοις πρεσβεύεται*, simili orationis specie dictum est in Choeph. v. 621. *κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον λόγῳ*. Sed hic tamen non satis aptum videtur *ἐν λόγοις*. Scribendum putavi

Παλλὰς προνάα δ' εὐλόγως πρεσβεύεται.

Suppl. v. 574. *τίν' ἂν θεῶν ἐνδικωτέροισιν κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ' ἔργοις;*

22. *κωρυκεὶς* Ald. De Corycio antro dixit Vlrichsius p. 48. 55. 119. 126.

23. *ἀναστροφαὶ* Ven. Flor. Farn. *ἀναστροφὰ* M. G. Ald. Rob. Turn. *ἀναστροφὴ* Victorius ex scholio ad sequentem versum in M. adscripto *διὸ εἶπε δαιμόνων ἀναστροφή*. Recipiendum erat *ἀναστροφαί*. Nulla est enim in plurali numero offensio. V. Pors. ad Eur. Or. v. 1051.

25. *βρόμιος δ' ἔχει* Ven. Flor. G. Ald. Turn. et haud dubie etiam Farn. Non est *δ'* in M. Rob. Erravit autem qui addidit. Aeschylus enim ne in primo quidem pede anapaestum admisit, qui sola positione esset anapaestus, praeter hos duos versus, Pers. 338. *ἑκατὸν δὶς ἦσαν*, et Ag. 487. *ὕπατός τε χώρας Ζεύς*, ubi excusatio est ex quadam necessitate. Hic autem non dubito quin versus ante hunc exciderit. Quare lacunae signa posui. *χῶρον* Rob.

26. *ἐξ οὗγε* Porsonus, ut in Persis v. 763. in codice Veneto B. scriptum est.

27. *λαγῶ* Ven. Farn.

28. *πλείστους* M. G. Ven. Flor. Ald. Rob. *Πλείστου* Turn. *Πλειστοῦ* ex Stanleii in curis secundis sententia Dindorfius. Etym. M. p. 676. 5. *Πλειστοῦ. Ἀπολλώνιος* (II. 711.) "*πολλὰ δὲ Κωρύκιαι νύμφαι Πλειστοῦ θύγατρες.*" *τινὲς ἀναγιγνώσκουσι προπερισπωμένως, ἐπειδὴ καὶ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων λέγεται Πλειστός ὀξυτόνως. ἔστι δὲ ποταμὸς ἐν Δελφοῖς. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν τῷ Καθόλου Πλεῖστος βαρύνει.* Scholiastes ad *Ποσειδῶνος κράτος* haec adnotavit, *τὴν Πυθὼ τὴν Ποσειδῶνος, ὑπὲρ ἧς Καλαύρειαν ἐδέξατο. Καλλί-*

μαχος "μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν." Aliter hoc narrat Strabo VIII. p. 373. seq. (574.) Καλαυρία, νησίδιον ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχον τὸν κύκλον. ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν· καί φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Λητὼ τὴν Καλαυρίαν, ἀντιδόντα Δῆλον, πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον, ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει·

ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύριάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

Pausanias X. 5, 6. ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐστι Εὐμολπία, Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου προσποιοῦσα τὰ ἔπη· πεποιημένον οὖν ἐστὶν ἐν τούτοις Ποσειδῶνος ἐν κοινῷ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον, καὶ τὴν μὲν χρᾶν αὐτήν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα. καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἔπη,

αὐτίκα δὲ Χθὼν μὲν σφῶϊν πιυτὸν φάτο μῦθον,
σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ Ἐνοσιγαίου

(ita scribendum). Κρόνῳ δὲ ὕστερον, ὅσον Γῇ μειῆν, δοθῆναι Θεμιδι ὑπ' αὐτῆς λέγουσιν, Ἀπόλλωνα δὲ παρὰ Θέμιδος λαβεῖν δωρεάν· Ποσειδῶνι δὲ ἀντὶ τοῦ μαντείου Καλαύρειαν ἀντιδοῦναί φασιν αὐτὸν τὴν πρὸ Τροιζῆνος. Erat autem in templo Delphico ara Neptuni. Pausanias X. 24, 4. ἐν δὲ τῷ ναῷ πεποίηται μὲν Ποσειδῶνος βωμός, ὅτι τὸ μαντεῖον τὸ ἀρχαιότατον κτῆμα ἦν καὶ Ποσειδῶνος, ἔστηκε δὲ καὶ ἀγάλματα Μοιρῶν δύο· ἀντὶ δὲ αὐτῶν τῆς τρίτης Ζεύς τε Μοιραγέτης καὶ Ἀπόλλων σφίσι παρέστηκε Μοιραγέτης. Wieselerus memoravit Tzetzae ad Lycophr. v. 617. adnotationem, Ἀμοιβέα τὸν Ποσειδῶνα λέγει· οὕτω γὰρ ἐν Δελφοῖς τιμᾶται, ἐπεὶ ἠμείψαντο πρὸς ἀλλήλους ὁ μὲν Ποσειδῶν Καλαυρίαν, ὁ δὲ Ἀπόλλων Δελφούς, ὡς φησὶ Καλλίμαχος.

29. Recte in fine versus comma positum in Ald. Turn. Nulla interpunctio est in Rob. Vulgo inde a Victorio plene interpungitur.

31. μεστῶν pro με τῶν Par. μακρῶν Ald. Turn.

32. κεἴ παρ' Rob. Ceteri κεἰ παρ'. Recte Abreschius κεἰ πάρ'.

33. ἴτων M. G. Ald. Rob. Turn. et, ut videtur, Ven. ἴτην Farn. et, ut videtur, Flor. De sortitione oraculum consulentium v. Spanh. ad Callim. h. Apoll. v. 45.

34. μαντεύονται Ven. In margine codicum M. G. adscriptum est διάλειμμα γάρ. Etenim post hunc versum sacerdos Pythia in templum introit, mox autem revertitur.

35. λείξαι Ald.

37. σωβεῖν Par. Deinde μή τ' ἐμακταίνειν Ald. Scholiastes ἀκταίνειν interpretatur κουφίζειν· σημαίνει δὲ καὶ τὸ γανριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν. Ex hoc loco, ut videtur, Hesychius ἀκταίνειν, μετεωρίζειν. Etym. M. p. 54, 34. ἀκταίνω. ἐπὶ ἵππων ἀκταίνειν, τὸ μετεωρίζεσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι, καὶ γανριᾶν. παρὰ τὸ ἧκται ἀκτός, καὶ ῥῆμα ἀκτῶ, ἀφ' οὗ ἀκταίνω τὸ κουφίζω παρὰ Αἰσχύλῳ, uti emen-

davit Ruhnkenius ad Tim. p. 21. ibidem p. 20. afferens quae apud Phrynichum (in Bekkeri Anecd. p. 23, 12.) leguntur, *Αἰσχύλος "οὐκέτ' ἀκταίνω" φησί, βαρυτόνως, οἷον οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν.* In fine versus libri *στάσιν*, neque vituperari hoc potest, *non erecta stare possum.* Sed in M. G. supra adscriptum *γρ. βάσιν*, quod a Stephano commemoratum inde a Cantero plerique receperunt. Et videtur praestare.

38. Scholiastes ad v. 39. *τὰ δεινὰ ἐξέπεμψέ με τοῦ μαντείου. ἰδοῦσα γὰρ Ὀρέστην ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καὶ τὰς Ἐρινύας κοιμωμένας, ἔξεισι τεταραγμένη τετραποδηδὸν ἐκ τοῦ νεώ.* Nihil aliud sacerdos indicat, quam manuum adiumento sibi ad incedendum opus esse. *ποδωκείᾳ* Flor. *ποδωκεία* Ven.

39. Male *μὲν οὖν* olim mutaveram in *μένος.* Nam *οὐδέν* significat quod nos dicimus *es ist nichts damit.* Inde explicatio addi potest, quae, si *οὐδέν* graviorem haberet significationem, supervacanea atque inepta foret. Suppl. v. 719. *γυνὴ μονωθεῖσ' οὐδέν· οὐκ ἔνεστ' Ἔρις.* Euripides Hec. v. 626. *τὰ δ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα, γλώσσης τε κόμποι.* Huius *οὐδέν* exempla inveniuntur etiam in Phoen. v. 417. *εὖ πράσσε· τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τις δυσιυχῇ.* Androm. v. 642. *σὺ δ' οὐδὲν εἶ.* Iph. Taur. v. 114. *τοὺς πόνους γὰρ ἀγαθοὶ τολμῶσι, δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.* Cycl. v. 638. *ἄνδρες πονηροὶ κοὐδὲν σίδε σύμμαχοι.*

41. *ὀφθαλμῷ* Ven. *θεομυσῇ* M. *θεομυσῇ* Rob. *θεομισῇ* G. Ven. Farn. Ald. *θεομισεῖ* Turn.

42. *ἕδρας* Flor. Farn. *ἔχοντα* Ven. Flor. Turn. et in corrigendis Robortellus. Sic, ut videtur, etiam Farn. *ἔχοντι* M. G. Par. Ald. Rob.

43. *νεοσπαδὲς* M. G. Ald. Rob. Turn. *νεοσπαθὲς* Ven. Flor. Farn.

45. Libri *λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον*, nisi quod *λίνει* habent Ven. Flor. Farn. Rob. et *μεγίστω* sine iota subscripto G. Ald. Rob. Valckenarius ad Phoen. v. 994. "pro *λήνει μεγίστῳ*," inquit, "Georg. Arnaldus in margine libri posuerat *λήνει μὲν οἰός*, quae correctio mihi quidem Hemsterhusii videtur, quem docentem audierat." Exemplum dicit editionis Victorianae: id ego nunc possideo. Coniectura autem illa, cuiuscumque sit, non est talis quae inventori laudem parere possit. Nam nec *μέν* hic locum habet, ut vidit Abreschius, neque, quod Schützius intellexit, opus habitura essent haec verba explicatione quam adiecit poeta. Mirum quantum differt illud, *ἅλω δὲ πολλήν, ἀσπίδος κύκλον λέγω*, ab Iosepho Scaligero, quem memorat Valckenarius, ad Varronem p. 49. comparatum. Sed ut *λήνει μεγίστῳ* a poeta dictum esse existimem, adduci non possum. Videtur Aeschylus scripsisse

λήνει μεγιστοσωφρόνως ἐστεμμένον.

Sic *μεγιστότιμος* invenitur in Suppl. v. 679.

47. *προέθεν* Rob. Deinde *δὲ τἀνδρὸς* Ven. Flor. Turn. *δέ τ' ἀνδρὸς* M. G. Ald. Rob. Deinde *θαυμαστὸς λόχος* M. Ven. Flor. Rob. Turn. *θαυμαστὸν λέχος* G. (sic G.) Par. Ald.

48. *ἅδει* pro *εὕδει* Ald.

49. Similitudinem Furiarum cum Gorgonibus latius quam par erat extendit Böttigerus in libro de personis Furiarum p. 13. seqq. et p. 112. seqq. Sequemur, ut certa, quae ipse Aeschylus veteresque tradunt: hic in Prometheo v. 799.

πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι,
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς.

Choeph. v. 1045.

ποῖαι γυναῖκες αἵδε Γοργόνων δίκην
φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
πυκνοῖς δράκουσιν;

ex illis autem Pausanias I. 28, 6. *πρῶτος δέ σφισιν* (Furiis) *Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θρίξιν εἶναι.*

52. *εἶδόν ποτ' ἤδη* M. G. Ald. Rob. Turn. *εἶδόν ποτ' εἶδον* Ven. Flor. Farn. Ante hunc versum Wakefieldius et Northmorus versum excidisse putarunt, scholiis eam suspicionem adiuvare visis. Scholiastae in codice M. ad v. 50. haec est adnotatio, nullo praemisso lemmate, *ἀλλ' οὐδ' Ἁρπυίας αὐτὰς λέγω. εἶδον γὰρ αὐτὰς ἐν γραφῇ πιερωτάς.* At non potest ex isto scholio versus restitui qualem confinxit Wakefieldius, metro laborantem, aut qualem Schützius, metri vitio carentem. Excidisse videntur ante versum 52. plures versus, in quibus sacerdos dixerat, cur terrificae illae mulieres non viderentur esse Gorgones, et deinde Harpyias nominaverat. V. Opusc. VI. 2. p. 20. Dindorfio post haec verba, *εἶδόν ποτ' ἤδη*, lacunam statuenti assensus est Linwoodius. De ea re ambigi potest: illud certum est, mancam esse sacerdotis orationem.

54. *βδελύκτροποι* M. G. Turn. *βδελύκτοποι* Ald. *κδελύτροποι* Rob. quod in corrigendis in *βδελύτροποι* mutari iubetur. *βδελύτροποι* Ven. Flor. Farn.

55. Schützius haec ita interpretatus est, *stertunt autem halitu, cui periculosum est appropinquare.* Haec interpretatio si vera esset, scribendum esset *οὐ πλατοῖσι*, ut Elmsleius voluit ad Eur. Med. v. 119. Sed quod libri habent, *οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν*, recte puto Stanleium interpretatum esse *non fictis flatibus.* Similiter Aeschylus loquitur in Prometheo v. 1034. *πρὸς ταῦτα βούλευ· ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος ὁ κόμπος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος.* In Sept. c. Th. 894. *ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός.* In Eum. v. 489. *πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότριωτα πάθεα προεμένει τοκεῦσιν μεταῦθις ἐν χρόνῳ.*

56. *λοίβουσι δυσφολῆ* Rob. Deinde *δία* M. G. Ald. codex Robortelli. *βίαν* Rob. ex coniectura Sophiani et Turnebus, et habent *βίαν* Ven. Flor. et, ut videtur, Farn. Egregie Burgesius *λίβα.* V. ad Choeph. v. 289. Similiter dixit Aeschylus in Choeph. v. 1055. *κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.*

59. Vix quisquam explicet, quomodo Schützius adduci potuerit, ut haec ita interpretaretur, *nusquam vidi mulierum genus, quocum hunc*

coetum comparare possem. Hoc dicitur, *genus huius societatis*, vel *nationem huius gentis non vidi.*

60. *οὐδ' ἥτις αἶα* M. Rob. *οὐδ' ἥτι γαῖα* Ven. (sic Ven.) Flor. Farn. *οὐδ' εἴτις γαῖα* G. Ald. *οὐ δή τι γαῖα* Turn.

61. *ἀνατὶ* Dindorfius. *ἀνατεῖ* Turn. *ἀνατεὶ* ceteri. Deinde *μὴ μετὰ στένειν* Turn. Denique *πόνον* Arnaldus. Libri *πόνων*. Legit *πόνον* etiam scholiastes, in cuius adnotatione, *τὸ τῆς ἀνατροφῆς*, scribendum est *τὸν* pro *τό*. Euripides Phoen. v. 1434. *ἔκλαι', ἐθρήνει τὸν πολὺν μαστῶν πόνον στένουσα.*

62. *τἀντεῦθεν ἤδη* M. G. Ald. Rob. Turn. *τἀντεῦθε μὲν οὖν* Ven. Flor. Farn.

65. *δομάτων* G. Non opus est Wakefieldii coniectura, *δειμάτων*.

66. Personae notam omittunt G. Ald. Sed in G. adscriptum *στροφή. πρὸς Ὀρέστην Ἀπόλλων. ἀπέστη γὰρ ἡ ἱέρεια.* In M. adscriptum *πρὸς Ὀρέστην φησίν. ἀπέστη γὰρ ἡ ἱέρεια.* Scholiastes *ἐπιφανεὶς Ἀπόλλων συμβουλεύει Ὀρέστῃ καταλιπεῖν μὲν τὸ μαντεῖον, φυγεῖν δὲ εἰς Ἀθήνας. καὶ δευτέρα δὲ γίνεται φαντασία. στραφέντα γὰρ μηχανήματα ἔνδηλα ποιεῖ τὰ κατὰ τὸ μαντεῖον ὡς ἔχει. καὶ γίνεται ὄψις τραγική, τὸ μὲν ξίφος ἠμαγμένον ἔτι κατέχων Ὀρέστης, αἱ δὲ κύκλῳ φρουροῦσαι αὐτόν.* Haec non recte ad hunc versum adscripta esse videntur, quum deberent ad v. 97. adnotari. Eodem modo scholion, quod ad ipsum fabulae initium ponendum fuerat, ad v. 48. adscriptum est. Certe hic non cogitandum est de versis machinis. Nam non solum nulla caussa erat cur nunc Furiae conspicerentur, sed etiam importune poeta animos spectatorum novo isto et terribili adspectu Furiarum avocasset ab audiendo Apollinis et Orestis colloquio. Prodeunt ex templo Apollo, Orestes, Mercurius. Dixi de hac re in Opusculis vol. VI. 2. p. 163. et in Annalium Vindobonensium vol. CXI. p. 246. seqq. *προδόσω* G. Ald. *προδώσο* Rob.

67. Recte Blomfieldius *καὶ πρόσω γ' ἀποσταιῶν*. Libri *καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν*. Sed hic quidem *καί* — *δέ* ineptum est.

68. *ἐχθροῖς* Ald. Pro *πρέπων* aliam lectionem, *πέπων*, commemorat scholiastes.

69. *εἰλούσας* Rob. Interpunctionem, quae post *ὕπνῳ* erat, post *ὁρᾷς* recte transtulit Bothius.

70. Libri *πεσοῦσαι δ'*, nisi quod *πεσοῦμαι δ'* Ven. *πεποῦσαι δ'* Ald. Quod in Opusc. VI. 2. p. 23. putabam, participium pro verbo finito positum esse, probari non potest, quia participium aoristi ita usurpari nequit. Non puto tamen aliquid mutandum esse, quamquam non inepte scriberetur *ὕπνῳ πνέουσι δ'*, ut in Choeph. v. 611. sed videtur potius huiusmodi versus excidisse,

ἐν τοῖςδε τοῖς θρόνοισιν ἀσθενεῖς πάρα.

Quare lacunae signa posui.

72. Libri *γραῖαι παλαιαὶ παῖδες*. Adscriptum est in M. hoc scho-

lion, sine lemmate, *πολιαὶ γάρ* (hoc ad *γραῖαι παλαιαί* pertinet). *παῖδες, διὰ τὸ νέον· ἢ ἐπειδὴ ἄγαμοι καὶ παρθένοι εἰσί. τὸ ἀλλόκοτον δὲ τῆς φύσεως διὰ τῶν ἐναντίων τραγικώτερον διασύρει.* Valckenarius ad Callimachi elegiarum fragmenta p. 147. "primum corrigebam," inquit, "*πέλονσι δ' αἱ κατάπτνστοι κόραι Γαίας παλαιαὶ παῖδες.* et certe, secundum Hesiodum Theog. v. 185, Furias terra genuit: postea credere malui, vocem *γραῖαι* esse vicinarum interpretamentum, Aeschylum dedisse *Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες·* ut infra v. 322. 419. 748. 1036." (319. 408. 737. 1015.) "Servius in Virg. Aen. III. 212." Ex his *πέλονσι* miror viro summo in mentem venisse, quem meminisse oportebat Euripidi facilius quam Aeschylo convenire huiusmodi expositionem, quae ad solos spectatores pertineret. Illud alterum autem, *Νυκτός*, et ingeniosum est et videtur esse verum.

74. *ἐπὶ κακὸν* G. Ald. Turn. 76. *μίσημα τ' ἀνδρῶν* G. Ald.

78. *ἑλῶσι* G. Ald. *μακρὰς* G.

79. *βεβῶντ' ἂν αἰεὶ τὴν* M. Par. Rob. *βεβῶντ' ἂν ἀείτην* G. Ald. *βεβόντ' ἂν αἰεὶ τὴν* Ven. Flor. *βεβόντ' αἰεὶ τὴν* Farn. *βεβῶντ' ἀνατεὶ τὴν* Turn. Deinde *πλανοστιβῆ χθόνα* Rob. Stephanus probavit *ἀνατεί*, sed *βεβῶτα* aut *βιβῶντα* scribendum putavit. Et *βεβῶτ' ἀνατεὶ* editores receperunt. Dixi in Opusc. VI. 2. p. 24. scribendum esse *ἀν' ἀεί*, ea praepositionis collocatione, a qua ne prosa quidem oratio abstinuit. Sic enim Plato Leg. VIII. p. 832. C. *ἀλλ' ἀκόντων ἑκοῦσα ἄρχει σὺν ἀεί τινι βίᾳ.* Verum non erat retinendum *βεβῶτα*, sed recepta altera Stephani coniectura, *βιβῶντα*, quae in librorum scriptura latet, ita scribendum,

βιβῶντ' ἀν' ἀεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα.

Non obstat quod *βιβῶν* in iis quas habemus tragicorum fabulis non invenitur. Vtitur eo verbo praeter epicos Pindarus.

80. *πόντον* Turnebus. *πόντου* M. G. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob.

81. Non satis accurate scholiastes *βουκολούμενος* per *περιέπων* explicat. Inest enim in hoc verbo diu frustrati laboris significatio, neque active, sed passive intelligendum est.

82. *παλλάδος ποτὶ πτόλιν* G. Ven. Flor. Ald. Turn. et ex emendatione Sophiani Rob. *ποτὶ πτόλιν παλλάδος* M. et codex Robortelli: sed in M. verus verborum ordo litteris *β' α'* supra adscriptis indicatur.

83. *ἕζου* Turn. *Ἄγκαθεν* scholiastes recte interpretatur *ἐν ἀγκάλαις.* V. ad Ag. v. 3.

88. *μὴ ἀδικεῖν* Ven. Flor. Farn. In Flor. Farn. *συνίζησις* adscriptum. *μὴ 'δικεῖν* M. Rob. *μὴδικεῖν* G. Ald. Turn. *μὴ δοκεῖν* codex Robortelli.

89. *ἐπίστα* Porsonus. *ἐπίσται* M. *ἐπίστα* ceteri. Deinde *μὴ ἀμελεῖν* Ven. Flor. Farn. *συνίζησις* adscriptum in Flor. Farn. *μὴ 'μελεῖν* M. *μὴμελεῖν* G. Turn. *μὴ μελεῖν* Ald. Rob.

95. *τόδ' ἐκνόμων σέβας* M. G. Ven. *τόδ' ἐκ νόμων σέβας* Ald.

Rob. Turn. *ἐκνόμων* an *ἐκ νόμων* habeant Flor. Farn. ignoratur. In Opusc. VI. 2. p. 25. putabam scribendum esse *ἐκνόμως, valde.* Nihil mutandum est, sed retinendum *τόδ' ἐκνόμων σέβας.* Recte scholiastes *τὸ τῶν ἱκετῶν σέβισμα καὶ δέημα οὐ μόνον τιμᾷ ὁ Ζεύς, ἀλλὰ καὶ σέβει, ὁρῶν αὐτὸ ὁρμώμενον προσηκούσῃ τύχῃ.* Suidas et Zonaras *ἐκνόμοις, παρανόμοις.* Est autem affinitas quaedam vocabulorum scelere contaminatos significantium et eos qui ob hanc caussam supplices ad templa deorum accedunt. Sic *προστρόπαιος sceleratum* significat, idque etiam in talibus locis, a quibus propria huius vocabuli significatio alienissima est, ut in hac ipsa fabula v. 236. 437. Vt hic *ἐκνόμων σέβας,* ita v. 433. *σεμνὸς προσίκτωρ* dicitur. Significatur autem misericordiam non deesse sceleratis a fido comite adiutis.

97. Abeunt Orestes et Mercurius. Apollo in templum revertitur. Clytaemnestrae umbra per *ἀναπίεσμα,* quod in proscenio erat, emittitur.

99. Libri *ὡς.* Rectissime Tyrwhittus et Wakefieldius *ὧν.* Sic legit scholiastes, male intelligens: adnotavit enim haec, *λείπει εἰμί. ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα Ἀγαμέμνονα ἀπώσασθε. καὶ οἱ ἐμὲ φονεύσαντες οὐκ ἀτιμάζονται.* Hoc dicit, *me vero sic a vobis neglectam inter alios mortuos non deserunt opprobria eorum quos occidi,* Agamemnonis. V. Opusc. VI. 2. p. 26. seq.

101. *ἅλωμαι* Ald.

103. *παθοῦσα γ' οὕτω* Ven. Flor. Farn.

104. *οὐδεὶς δ'* Ven. Flor. Farn. *ὑπὲρ μοῦ* G. Ald. et Bekkero teste Ven. *ὑπερμοῦ* Rob. *ὑπὲρ ἐμοῦ* Farn.

105. *χειρῶν* G. Ald.

106. *καρδίαι σέθεν* M. *καρδίᾳ σέθεν* G. Par. Flor. *καρδία σέθεν* Ven. Farn. Rob. *καρδίας σέθεν* Ald. Turn. *καρδίας ἔθεν,* id ut esset idem quod *ἐμέθεν,* Canterus scribendum putabat. Defendit Schoemannus *καρδίᾳ σέθεν.* Sed ad *ὅρα* plane inutiliter *καρδίᾳ σέθεν* additum esset, praesertim quum *σέθεν* prorsus supervacaneum sit. Scripsi, ut in Opusc. VI. 2. p. 28, scribendum esse dixeram,

ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίας ὅθεν.

O. Müllero hanc emendationem eo evertere conanti, quod v. 582. Orestes matrem interfecisse dicitur *ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών,* assensus est Linwoodius. Quasi tam anxie haec rimanda essent, aut quasi nemo gladio superne iugulo alicuius defixo cor percutere possit. Ipse Linwoodius *καρδίας σέθεν* scripsit et *πληγὰς καρδίας* metaphorice dictas ad convicia a Clytaemnestrae choro iniecta referendas putavit. Hoc nemo intellexisset. Contorta sunt et improbabilia quae Schneidewinus in Notitiis litterariis Gottingensibus a. 1845. p. 1948 seqq. de his versibus protulit.

107. *ὄμμασιν* Victorius et sic Ven. *ὄμμασι* M. G. Flor. Ald. Rob. Turn.

108. *μοῖρα πρόσκοπος* M. G. Ven. Flor. Farn. Ald. *μοῖρα πρό-*

σκοπιος Rob. Recte Turnebus *μοῖρ' ἀπρόσκοπος* ex hac scholiastae adnotatione, *ἡ τῆς φρενὸς μοῖρα οὐ προορᾷ ἐν ἡμέρᾳ.* Deinde libri *βροτῶν*, inepte. Scribendum, ut in Opusc. VI. 2. p. 29. dixi,

ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος φρενῶν.

Ita legit scholiastes, cuius adnotationem modo attuli. Stanleius praeter alia haec comparavit Ciceronis de divin. I. 30. *quum ergo est somno sevocatus animus a societate et contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet.* Mirifice fallitur Linwoodius, qui hos duo versus 107. et 108. aliunde insertos putat. Recte scholiastes *ἐν τῷ καθεύδειν ὁ νοῦς ἀκριβέστερον ὁρᾷ, μὴ παραπλανώμενος τῇ θέᾳ. τραγικώτερον δὲ τὸ εἴδωλον Κλυταιμνήστρας σώζει τὴν σφαγήν.* Haec igitur dicit Clytaemnestra, *vide haec vulnera cordis, a quo illata sunt: nam in somnis mens claro oculorum lumine utitur; interdiu vero non est eius sors ut longe videat.*

110. *νηφάλια* Rob. Turn. *νηφάλια* M. G. Ven. Flor. Farn. Ald.

111. *νυκτίσεμνα* Turn. *νυκτίσεμνά* M. *νυκτὶ σεμνὰ* G. Flor. Ald. Rob. et Bekkero teste Ven.

112. *εὔθυνον* Ald. male lecta scriptura codicis G. De accusativo *ὥραν* dixit Elmsleius ad Bacch. v. 722.

113. *καὶ ταῦτα πάντα* Par.

114. *ὀδιξαλέξας* codex Robortelli: ipse ex emendatione Sophiani *ὁ δ' ἐξαλύξας* dedit, quod ceteri libri omnes habent. Deinde *νεβροῦ* M. Rob. *νεκροῦ* G. Ven. Flor. Ald. Turn. Deinde *δίκειν* Ald.

115. *ἀρκυστάτων* Turnebus. *ἀρκυσμάτων* M. *ἀρκυσμάτων* G. Ven. Flor. Par. Rob. *ἀρκισμάτων* Ald. *ἀρκύσμιτων* ex Farn. affertur.

116. *ἡμῖν* Bekkero teste Ven. Deinde *ἐγκατιλλώψας* Turn. *ἐκκατιλλώψας* M. G. Ven. (Bekkero teste). Flor. Farn. Ald. Rob. In Farn. glossa *χλεβάσας*, i. e. *χλευάσας.* In M. adscriptum *χλευάσας, ἐγγελάσας. διὰ δὲ τούτων ἐρεθίζει αὐτάς.*

117. Nihil hic mutandum erat. *Audite*, inquit: *nam de capitali meo periculo loquor: recipite mentem et cogitationem, expergefactae.*

119. *κλυταιμνήστρας* Ven. Recte Wakefieldius et Schützius intellexerunt hoc dicere Clytaemnestram, *ego illa Clytaemnestra, quae umbra sum et somnium, vos invoco.*

120. Sequuntur epodica: respondet enim *μυγμὸς μυγμῷ, ὠγμὸς ὠγμῷ*, et deinde epodum constituit *μυγμὸς* ille *διπλοῦς ὀξύς*, et quae somnians loquitur chorus. Chori nomen versibus 120. 123. 126. 129. 132. praefixum in Rob. Turn. In Ald. versibus 120. 126. In M. personae lineolis distinctae sunt. Omissae personarum notae in G. In Ven. Flor. Farn. versibus 120. 123. 126. 129. praefixum *ἀπόλλων.*

121. Libri *ἀνὴρ*, nisi quod $\overline{\text{ἀνὴρ}}$ est in Farn.

122. Huic versui *ἀπ'.* praefixum in Rob. Libri *φίλοις γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες*, et G. quidem commate post *εἰσιν* posito. *γὰρ εἰσὶν* Ald. Rob. Horum verborum quae prolatae sunt explicationes,

ipsis Graecis verbis obscuriores sunt. Schützius scribendum putavit *φίλοι γὰρ εἰσίν, οὐκ ἐμοί, προςίκτορος*, quod sic interpretatur, *sunt enim* (dii) *amici eius supplicis*, sive *eum supplicem recepturi, iidemque mihi haud amici.* At haec sententia et alium verborum ordinem et *ἐμοῦ* requireret. Quod olim dedi, *φίλοι γὰρ εἰσὶν οὐκ ἐμοὶ προςίκτορες, non est mihi amicum praesidium*, propterea displicet, quod *φίλοι* non recte in initio positum est. Scribendum est, ut in Opusc. VI. 2. p. 32. seqq. demonstravi,

φίλοις γάρ εἰσιν, οὐκ ἐμοί, προςίκτορες,

cognatis enim meis sunt, non mihi, ad quorum praesidium confugiant. *Προςίκτορες* hic non *supplices*, ut v. 433. sed eos significat, ad quos quis supplex accedit. Sic *Ζεὺς ἀφίκτωρ* in initio Supplicum, sic *προςτρόπαιος*, et alia: ipsum nomen *ἱκέτης* sic quidam accipiebant, de qua re v. Eustathium p. 1807, 5.

124. *ἄγαν γ'* Ven. Flor. Farn. *ὑπνώσεις* Rob.

126. *ὠγμιός* Rob. *μωγμιὸς* M. Ven. Flor. *μυγμιὸς* G. Farn. Ald. Turn. sed in G. *υ* puncto notatum et supra scriptum *ω*.

127. *ᾤζεις* G. Ald. *ὤζεις* Rob. Eustathius p. 127, 10. *παρὰ τὸ ὦ ὤζω ἐν Αἰσχύλῳ.* O. Müllero scribendum videbatur *ὤζεις ὑπνώσσουσ'*; Ea mutatione non opus est. *οὐκ* M. G. Ald. Rob. Turn. *κοὐκ* Ven. Flor. Farn. Deinde libri *ἀναστήσῃ*.

128. Non opus est ut *πέπρακται* ex Stanleii Bentleiique sententia in *πέπρωται*, aut, ut Wakefieldius volebat, in *τέτακται* mutetur. In Prometheo quidem v. 521. est *τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;* hic non minus recte dici videtur, *quid tibi aliud agitur negotium quam mala perpetrare?* Neque fortasse aliter intellexit scholiastes, qui haec adscripsit *τί οὖν μέλλεις τὸ σὸν ἔργον ἀνύειν;*

129. *ὠγμός* Rob. 131. *ἐξεκράαναν* Par.

132. In Rob. ante *διπλοῦς* insertum *κλ.* sequens autem versus rursus choro tributus est. In Ven. Flor. et, ut videtur, etiam in Farn. versui 133. praefixum *χορὸς εὐμενίδων.*

134. Libri *κλαγγαίνεις.* Dindorfio, ut antea Wakefieldio, scribendum videtur *κλαγγάνεις*, ut *ἐπανακλαγγάνειν* est apud Xenophontem et *κλαγγάνειν* in versu Sophoclis apud Strabonem XV. p. 687. *ὅπου τις ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει*, ubi codex Med. 3. *κλαγκάζει* habet. Non puto *κλαγγαίνεις* mutandum esse. Lobeckius enim in Pathol. proleg. p. 37. complura verba in *αίνω* et *άζω* desinentia ex eadem radice orta affert. Potuit igitur *κλαγγαίνειν* dici ut *κλαγγάζειν.*

135. *οὔπω τ'* Rob.

136. *τὶ δρᾷς;* Rob. Ceteri, ut videtur, omnes *τί δρᾷς;* Non recte hic diceretur *quid agis?* sed dicendum erat *ecquid agis?* i. e. *agedum.* Itaque scribendum *τὶ δρᾷς;*

137. *ἀγνοήσεις* Par. Deinde *μαλθαχθεὶς* Ven. Farn. *μαλαχθεῖσ'* Rob.

138. *ὀνείδεσιν* Ven. Flor. Farn. Rob. *ὀνείδεσσιν* M. G. Ald. *ὀνείδεσι* Turn.

139. *γίγνεται* Porsonus. Libri *γίνεται.*

140—142. Libri

οὐδ᾽ αἱματηρὸν πνεῦμ᾽ ἐπουρίσασα τῷ,
ἀτμῷ κατισχναίνουσα νηδύος πυρί,
ἔπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν,

nisi quod Turn. *ἐπουρήσασα* dedit, ut in lemmate scholiorum Robortelli scriptum est, versu autem altero G. Ven. Flor. Farn. Par. Ald. *κατισχαίνουσα* habent, de qua verbi forma dictum est ad Prom. v. 271. In primo versu Stanleii sive potius Pearsoni emendationem, *σὺ δ᾽* pro *οὐδ᾽*, merito recepit Porsonus. Cetera neque ego olim expedivi, neque expediverunt alii. *Τῷ* enim de Oreste intellectum, sic in fine versus, praesertim sequente alio dativo, *ἀτμῷ*, prorsus putidum est. Nec Wakefieldii *ἐπουρίσασά τῳ*, de Oreste dictum, hic aptum est. Scripsi, mutato versuum ordine,

σὺ δ᾽ αἱματηρὸν πνεῦμ᾽ ἐπουρίσασα τῷδ᾽
ἔπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν,
ἀτμῷ κατισχναίνουσα, νηδύος πυρί.

Τῷδ᾽ abiecta in fine versus vocali, quum post *ἔπου* incisio sit, non magis offendere debet quam quod in Suppl. v. 739. scripsi, praegressa ibi incisione,

φιλεῖ δ᾽
ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ,

ubi videnda sunt quae adnotavi.

Haec locuta umbra Clytaemnestrae descendit per *ἀναπίεσμα.*

143. *χορὸς ἐρινύων* (*ἐριννύων* Ald.) M. Ald. *χορὸς ἐριννύων, ἐξ ὧν μία* G. *χορὸς εὐμενίδων* Flor. *χο.* Ven. Rob. Turn. Quae inde ab hoc versu usque ad v. 177. sequuntur, inter quindecim Furias ita distribui, ut distribuenda esse indicavi in Opusc. VI. 2. p. 37. seqq.

144. *κἀπολακτίσας* G. Ald.

145. *ἰδώμεθ᾽* Turn. *εἰδώμεθ᾽* M. G. Par. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob.

146. *πόπαξ* Ald. Rob. Turn. *πύπαξ* M. G. Farn. *πυπὰξ* Ven. Flor.

148. *δυσαχὲς* M. Rob. In G. ambiguum est utrum hoc an *δυσαχθὲς* scriptum sit. *δυσαχθὲς* Ven. Flor. Ald. Turn.

150. Libri *οἴχεται δ᾽ ὁ θήρ.* Correxit Abreschius.

151. *κρατηθεῖσα* plene M. G. Ald. Rob. *ἄγραν*, non *ἄταν*, etiam Ald.

152. *ἰὼ* bis Farn. Deinde *ἐπικλοῖος* Flor. Deinde libri *πέλῃ.* In G. tamen antea fuerat *πέλει.*

153. *γραίας δὲ δαίμονας νέος* Farn. *καθισπάσω* Par.

154. *ἱκέτην* Farn.

155. *τοκεῦσιν* M. G. Ald. Rob. *τοκεῦσι* Ven. Flor. Turn.

156. *δ᾽* omittit Ven.

157. ἐρᾶ Flor. τίς Farn. Ald. τὶς Rob.

158. ὄνειρος Par. μολὼν G. Ald.

159. ἔτυψεν M. G. Ald. Rob. Turn. ἔτυψε Ven. Farn. ἔτυψα Flor.

160. Hic versus omissus est in Par. μετολαβεῖ Ald. Μεσολαβεῖ dubitari potest utrum active de stimulo in medium corpus tendente, neque stringente tantum, an, quod praestare videtur, passive intelligi debeat de stimulo quem quis medium prehendit, quo fortius vibrari regive possit.

161. Libri ὑπὸ utrobique.

162. πάρεστι μαστίκτορος omittit Par. πάρεστιν μαστίκτορος male ed. Vict. δάϊον Par.

163. βάρυ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν M. G. Turn. βαρὺ τὸ περὶ βαρυκρύος ἔχειν Ald. male lecta codicis G. scriptura. βαρὺ τὸ πέρι βαρὺ κρύος ἔχειν Ven. Flor. Farn. βαρὺ περίβαρυ κρύος ἔχειν Rob. Wakefieldius τὸ in τι mutavit. Non opus est mutatione.

165. Hunc versum omittit Par.

166. Libri φονολειβῆ. Correxit Arnaldus. Demde libri θρόνον. Scholiastes τὸν θρόνον, οὗ Ὀρέστης καθῆτο, πάρεστιν ὁρᾶν φονολειβῆ ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ὅλον. Item ad v. 168. propter hanc explicationem adscriptum λείπει ὁ καί. Recte Wakefieldius θρόμβον scribendum esse intellexit. Sed male haec verba iunxit cum sequentibus, quum pendeant e participio κρατοῦντες. Et personarum distributio et antistrophica ratio docent his verbis, περὶ πόδα, περὶ καρά, finiri orationem pariter atque in stropha his, ὕπο φρένας, ὕπο λόβον, hoc autem verbo, πάρεστι, et hic et illic novum alius personae dictum incipere. Haec est autem horum versuum sententia, *talia perpetrant iuniores dei, praeter fas sibi vindicantes cordis vestigia*, i. e. iudicium sibi arrogantes parricidii. V. Opusc. VI. 2. p. 39. seq.

167. Hunc versum omittit Par.

168. πρὸς δρακεῖν Ald. Haec verba προςδρακεῖν αἱμάτων omittit Par.

169. αἱρόμενον M. Ven. Flor. Farn. αἱρούμιον Ald. male lecto compendio codicis G. in quo αἱρούμενον est. αἱρούμενον Rob. Turn. Recte Abreschius ἀρόμενον. Scholiastes ὥςτε τὸν ὀφθαλμὸν ἔχειν αἱμάτων ἄγος ἐπαίροντα.

170. μάντις ὤν Schützius. μαντισῶι M. μάντι σῷ G. Ald. Rob. Turn. μάντι, σῶ Ven. Flor. Farn.

171. μυχὸν M. Rob. Turn. μυκὸν G. Ald. σὸν οἶκον Ven. Flor. Farn. Deinde ἔχρανας Turn. ἔχρανάτ' M. Flor. ἔχράνατ' G. ἔχρανατ' Ald. ἔχρανάς' Rob. ἐχθράνατ' Ven. Bekkero teste. ἔχθρανα τ' Farn.

172. παρὰ νόμιον θεῶν Par. Rob. παρανόμιων θεῶν M. G. Ald. Turn. παρὰ νόμιων θεῶν Ven. Flor. Farn. Deinde βρότεα M. G. Ald. Rob. βρέτεα Par. Ven. Flor. Farn. Turn.

174. Libri *κἀμοί τε*. Casaubonus aliique *κἀμοί γε*. Scripsi *ἐμοί τε*. Deinde *πικρὸς* pro *λυπρὸς* Par. Deinde *εὐκλύσεται* G. Ald. Hoc dicit, *me iniuria afficit, illum tamen non liberabit.*

175. *ὑπαὶ* Farn. *φυγὼν* Porsonus. Libri *φεύγων*.

176. Libri *ποτιτρόπαιος δ' ὤν*. Correxit Porsonus. Deinde Schoemanno *ἐν κάρᾳ* mutandum videtur in *ᾧ κάρᾳ*. Non opus est mutatione.

177. *μιάστορ' ἐκείνου πάσεται* M. G. Rob. *μιάστορ' ἐκείνον πάσεται* Ven. Flor. Farn. Ald. Turn. Apud scholiastem metricum legitur *μιάστορ' ἐκείνον πράσσεται*. Schoemannus scribendum coniicit *μιάστορ' αὖτ' ἐκεῖ πάσεται*. Lenius est quod posui,

μιάστορ' ἔστιν ὃν πάσεται.

Sic enim potius scribendum est, quam, ut olim feci, *ἔστιν οὗ*.

178. *κενεύω* Ald. 182. *μέλαν* G. Ald. Rob.

184. Wakefieldius et ante eum vir doctus in margine Askewiana *δόμοις σε* scribendum putarunt. *χρίμπεται* G. Ald.

185. *ἀλλ' οὔ καρανιστῆρες* Stanleius. *ἀλλ' οὐ καρανηστῆρες* M. G. et commate post *οὐ* posito Rob. *ἀλλ' οὐκ ἀρανητῆρες* Ald. *ἀλλ' οὐκ ἄρ' ἀνηστῆρες* Ven. Flor. Farn. *ἀλλ' οὔ καρανηστῆρες* Turn. Scholiastes *αἱ ἀποκεφαλίζουσαι*. In Rheso v. 817. legitur *καρανιστὴς μόρος*. Conf. Lob. Paralip. p. 449.

187. *παίδων κακοῦται χλοῦνις ἠδ'* (*ἡδ'* Rob.) *ἀκρωνία* M. G. Par. Ven. Flor. Rob. et haud dubie etiam Farn. *παίδων κακοῦ τέλλοῦνις ἠδ' ἀκρωνία* Ald. *παίδων, κακοῦ τε χλοῦνις ἠδ', ἀκρωνία* Turn. Scholia in M. haec adscripta sunt *χλοῦνις ἀκρωνία* (sic M. G.). *ἡ ἀκμαῖα ἀποκοπή, παρὰ τὴν χλόην, ἣ ἐπὶ χλοῦνις ὁ σῦς· κάπροι δὲ συνεχῶς εὐνουχίζονται· διὰ τοῦτο τὴν ἀποκοπὴν συϊκὴν εἶπεν, οὐκ ἀνθρωπίνην*. Deinde ad *ἀκρωνία* adscriptum *ἐκτομὴ μορίων*, et in alia parte marginis *κακῶν ἄθροισις, ἢ λιθοβολίας* (sic M.). *Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ σύστημα καὶ ἄθροισμα*. Fuerunt quibus *ἀκρωνία* idem esse videretur atque *ἀκροτηριασμός*. Sed haec interpretatio idoneo auctore caret. Contra cum Herodiani explicatione consentiunt fere aliorum grammaticorum testimonia. Lexicon Seguerianum in Bekkeri Anecd. p. 372, 2. *ἀκρωνία, τὰ ἀθροίσματα. καὶ ἡ ἀκρότης. καὶ ἡ ἀκμή. καὶ τὸ ἐπίλεκτον σύστημα*. Etym. M. p. 53, 41. *ἀκρώνα* (sic scriptum), *τὰ ἀθροίσματα, καὶ ἡ ἀκρότης, καὶ ἡ ἀκμή, τὸ ἐπίλεκτον σύστημα*. Hesychius *ἀκρώνια* (sic), *ἀθροίσματα, παράστασις, πλῆθος*, et *ἀκρώνα* (sic codex), *ἀθροισμός*. Alterum illud vocabulum *χλοῦνις* difficillimum est. Quod apud Homerum est Il. IX. 539. *χλούνην σῦν*, recte sane ita videtur explicari ut *χλούνης* ad *χλόην* referatur. Hesychius *χλούνην, τὸν ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενον. χλοῦναι, λωποδύται, οἱ ἐν τῇ χλόῃ εὐναζόμενοι*. Sed Aristoteles Hist. an. VI. 28. p. 578. ed. Bekk. *χλούνην* putavit esse *castratum*. *Τῶν δ' ἀρρένων καὶ ἀγρίων*, inquit, *οἱ τομίαι μείζονς γίνονται καὶ χαλεπώτεροι, ὥςπερ καὶ Ὅμηρος*

ἐποίησεν "τρέψεν (libri θρέψεν) ἔπι χλούνην σῦν ἄγριον· οὐδὲ ἐώκει θηρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι." γίνονται δὲ τομίαι διὰ τὸ νέοις οὖσιν ἐμπίπτειν νόσημα κνησμὸν εἰς τοὺς ὄρχεις· εἶτα ξυόμενοι πρὸς τὰ δένδρα ἐκθλίβουσι τοὺς ὄρχεις. Eustathius p. 772, 53. ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν (pertinet hoc ad versum ex Edonis, fr. 60.), ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς περὶ προνοίας χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ κατὰ τὸν γεωγράφον χλούνην σῦν τὸν τομίαν λέγει. Schol. ad Il. IX. 539. οἱ μὲν τὸν ἐντομίαν· κνώμενοι γὰρ πρὸς τὰ φυτὰ παρατρίβονται καὶ ἀγριώτεροι γίνονται. Reiecit hanc interpretationem Aristophanes grammaticus: v. Nauckium Aristoph. Byz. fragm. p. 118. seqq. Illud tamen ex hac Aristotelis interpretatione iure colligi videtur, potuisse fieri ut ab Aeschylo similiter χλοῦνις diceretur castratio. Non facile res ad liquidum perduci poterit: sed ut veri simillimam recepi Fritzschii emendationem,

δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ' ἀποφθοραί,
παίδων τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία κακοῦ.

Σπέρματος ἀποφθοραί partus abactos significant.

188. Casaubonus aliique λευσμός τε vel λευσμοί τε scribendum esse putaverunt. Et potest scholiastes nominativum legisse videri. Servandum tamen puto λευσμόν τε, quum accusativus a μύζουσιν recte pendere videatur.

189. ὑπὸ ῥάχιν M. Ald. Rob. ὑποῤῥάχιν G. ὑπόῤῥαχιν Ven. Flor. Farn. ὑποῤῥάχιν Turn. ἄρ' G. Ald. Rob.

190. οἶας G. Ald. οἴας Rob. ἐπ' ἀπόπυστοι Ald.

191. στέργηθ' Ald. 192. αἱματορόφου Rob.

194. πλησίοισι Ven. Flor. Rob. Turn. et ita haud dubie etiam Farn. πλησίοις M. G. Ald. Quum πλησίοισι supervacaneum esse videretur, fuerunt qui Pauwio, πλουσίοισι scribendum esse coniicienti, assentirentur. Ea vero mala coniectura est. Nam antro leonis opulentum maxime templum non recte opponitur. Neque mutandum est πλησίοισι. Ex templo egressus Apollo increpat Furias, quae ab umbra Clytaemnestrae expergefactae se proripuerant ex templo atque in orchestram descenderant. In orchestra autem commorantes intelliguntur esse in περιβόλῳ templi. Itaque πλησία χρηστήρια *vicinum templum* sunt, ante quod Furiae commorantur. Neque enim putandum est illa, quae v. 178. dicit Apollo, ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν, tam accurate et curiose interpretanda esse, ut aut omnes Furias aut partem earum in ipso templo remansisse statuamus: quorum neutrum fieri potuit. Dictum est de hac re in Opusc. VI. 2. p. 164. seq. et in Annalium Vindobonensium vol. CXI. p. 249. seq. In fine versus μύσος Ven. Flor. Turn. et, ut videtur, M. Farn. μῖσος Rob. μῖσος Ald. et hoc in G. ex μύσος factum est.

196. ἐμφιλὴς Par.

197. Personae index in M. G. est χορὸς εὐμενίδων. In Ven. Flor. Rob. χορός. In Ald. Turn. εὐμ.

198. αὐτὸς ἑᾷῳ σὺ Flor. Libri πέλῃ, praeter Rob. quae πέλει habet.

199. εἷς Canterus. Libri εἰς. Praeterea Wakefieldius ὡς in ὢν mutavit. Id non videtur esse necessarium. Hoc enim recte dicitur, *quare omnem culpam sustines.*

200. πῶς δὴ· τοσοῦτο M. G. Turn. πῶς δὴ τοσαῦτο Ald. πῶς δὴ· τοσοῦτον Par. L. πῶς δῆτα τοῦτο Ven. Flor. Farn. Rob. De formis τοσοῦτο et τοσοῦτον v. ad Prom. v. 802. In fine versus a Schützio et a me olim λόγον scriptum est. Multum praestat λόγου, quod libri habent.

201. χο. Ven. Flor. Rob. εὐ. M. G. Ald. Turn.

202. Hinc in M. personae lineolis praefixis discernuntur. In Ven. Flor. Rob. Apollinis et chori, in G. Ald. Turn. Apollinis et Eumenidum nomina siglis significantur. τιμὴν M. G. Ven. Ald. Rob. Turn. τί μὴ Flor. ut Cantero scribendum videbatur. Recte Abreschius τί μήν; V. ad Ag. v. 14.

203. δ' ἕκταρ G. Ald. δ' ἕκτωρ sic Rob. δ' ἕκτωρ ex Farn. affertur. δ' ἕκτωρ Ven. Emendate δέκτωρ Turn. De M. Flor. mihi non constat. Videtur autem M. δ'ἕκτωρ vel δ'ἕκτωρ habere: nam in margine adscriptum est οἶμαι δέκτωρ.

210. τί γὰρ M. G. Ald. Rob. Turn. τίς γὰρ Ven. Flor. Farn. νοσφίσῃ M. G. Ald. Rob. Turn. νοσφίσει Ven. Flor. Farn. Scholiastes τί προςτέταχθε ποιεῖν παρὰ (scr. περὶ) ἀνδροφόνον γυναικός;

211. Hic versus Apollini continuatur in M. G. Ven. Flor. Farn. Ald. χο. Rob. Εν. Turn. Chori hunc versum esse non potest dubitari. Iterat hanc sententiam chorus v. 595. οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς ὃν κατέκτανεν. Intellexit etiam scholiastes hunc versum a choro proferri: haec enim adnotavit, ὁ τοῦ Ἀγαμέμνονος φόνος οὐκ ἦν αὐθέντης, ὅ ἐστι μιαρός. In Flor., ut Linwoodius dicit, scriptum est αὐθέντης.

212. ἀπ. Rob. Turn. Lineola praefixa in M. Nulla nota in Ven. Flor. εὐμ. G. Ald. καὶ παρ' οὐδὲν ἠρκέσω M. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Turn. ἀρκέσω Par. ἀρκέσει non male Bothius. Wellauerus ἠρέσω vel ἠδέσω scribendum putabat. Quorum ἠρέσω ferri hic non potest, ἠδέσω probabile est. Puto tamen Aeschylum scripsisse

ἢ κάρτ' ἄτιμα, καὶ παρ' οὐδὲν ἧκέ σοι
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.

214. ἀπέρσιπται Ald. 215. Libri γίνεται.

216. μόρσιμος Rob. et sic Farn. μόρσιμοῖ Ven. Flor. μόρσιμοι M. G. Par. Ald. μορσίμῃ Turn.

217. ὅρκου 'στὶ Porsonus. ὅρκοὐστι M. ὅρκους τι G. Par. Ald. ὅρκους τί, ad ί supra adscripto ε, Ven. Flor. ὅρκοις τι ex suo

codice affert Rob. qui ὅρκος τὶς dedit. ὅρκον τὲ Turn. φρουρουμένῃ vitiose Ald. Rob.

218. ἢ Ven. Rob. ἦ reliqui. Recte Canterus εἰ. χαλᾷς Rob. χαλαῖς M. G. Ald. Turn.

219. Libri τὸ μὴ γενέσθαι. Scribendum τὸ μὴ τίνεσθαι. Vidit hoc etiam Meinekius ad Menandrum p. 226. Sophocles Oed. Col. v. 993. πότερα πυνθάνοι ἄν, εἰ πατήρ σ' ὁ καίνων. ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως; δοκῶ μέν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον τίνοι' ἄν, οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις. Linwoodius, miro iudicio multo rectius Petersenum τὸ μηδ' ἕπεσθαι coniecisse putans, hoc recepit. Id si vellet, debebat saltem scribere μήθ' — μήτ'.

220. Huic versui in M. G. Ven. Ald. Turn. Apollinis nomen praefixum est. Nullam personae notam habent Flor. Rob. ὀρέστην σ' ἐνδίκως Rob. Turn. ὀρέστην γ' ἐνδίκως M. G. Ald. ὀρέστην ἐν δίκαις Ven. Flor. ἄνδρας κατεῖν codex Robortelli: ipse e Sophiani emendatione ἀνδροκτατεῖν dedit, quod ceteri libri habent.

221. οἶδα M. G. Ald. Rob. Turn. οὔτοι Ven. Farn. et adscripto γρ. οἶδα Flor. Dubitari potest an εἶδον aptius scriberetur. κάρτας pro κάρτα σ' G. Ald.

223. δὲ παλλὰς e Sophiani emendatione Rob. δ' ἐπάλλας M. δ' ἐπ' ἄλλας G. Ald. Turn. Ven. (Bekkero teste) Flor. Farn. codex Robortelli. Ex Ven. Flor. δὲπάλλας Franzius affert. ἐποπτεύσει M. G. Ald. Rob. ἐποπτεύει Ven. Flor. Farn. ἐποπτεύσεις Turn.

224. οὔπω μὴ sola Ald. Deinde λίπω Porsonus. Libri λείπω. V. quae dixi ad Med. v. 1120. et ad Oed. Col. v. 1024.

225. πλέω Auratus aliique, idque olim recepi. Sophocles Ai. v. 362. μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει. Sed non mutandum est quod libri habent, καὶ πόνον πλέον τίθου. Hoc dicit, *praefer laborem, si placet.* τίθου, ad ου supra adscripto ει, Ven. τίθοι, supra adscripto ου, Flor.

226. Libri λόγῳ. Melius videtur ψόγῳ.

228. πὰρ M. Ven. Flor. Rob. παρ G. παρ' Ald. Turn. παρὰ scripsit Porsonus. Deinde libri λέγῃ.

229. ἄγει Ven. Flor. Rob. Turn. ἄγειν M. G. Par. Ald. Deinde δίκας M. G. Ald. Rob. Turn. δίκης Ven. δίκῆς (sic) Flor. δίκη Farn.

230. φῶτα κἀκκυνηγέτης M. G. Ven. Flor. Ald. φῶτα κακκυνηγέτης Rob. φῶτα καὶ κυνηγέτης Par. φῶτά γ' ὡς κυνηγέτης Farn. φῶτα καὶ κυνηγέτις Turn. Stanleius scribendum putabat καὶ κυνηγετῶ. Scribendum potius κἀκκυνηγετῶ. Ita Erfurdtius. Euripides in Ione v. 1422. ὦ Ζεῦ, τίς ἡμᾶς ἐκκυνηγετεῖ πότμος;

231. ἐγὼ δ' ἄρ' ἥξω Ven. Flor. Farn.

232. θεοῖς Ven. Flor. Rob. Turn. θεοῖσι M. G. Ald.

233. εἰ in ἦν mutavit Porsonus. V. de part. ἄν II. 7.

234. Postquam chorus ex orchestra abiit et Apollo in templum se recepit, mutatur scena. Conspicitur templum Minervae Poliadis in arce Athenarum. Advenit Orestes et supplex ad simulacrum deae accedit.

κελεύμασι Farn. 235. *δούχου* vitium Ald. *δὲ* omittit Par.

236—238. Libri

οὐ προστρόπαιον οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη προστετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασι βροτῶν.

Versu secundo *προστετριμμένην* Par. sed alterum supra adscriptum est. Versu tertio *πορεύμασιν* Porsonus. In secundo versu olim scripseram *προστετριμμένον πάρος*, quod mallem neque a Schützio receptum esset neque iterum prolatum a Reisigio Coni. in Aristoph. p. 71. Non magis probari potest quod mihi aliquando et deinde aliis in mentem venit, *προστετριμμένον τε πρό*. Nam alienum hoc est ab hoc loco. Sed quod libri habent, ferri non potest. Neque enim praepositio ita in fine versus collocata eiusmodi exemplis confirmatur, quale hoc est in Sophoclis Oed. Col. v. 495.

ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά. λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν.

Ibi enim praecedens interpunctio facit ut duorum versuum numeri arctius coniungantur. Similiter in Oed. R. v. 555.

ἔπειθες, ἢ οὐκ ἔπειθες, ὡς χρείη μ' ἐπὶ
τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα πέμψασθαί τινα;

Et in Philoct. v. 626. ubi sequitur statim incisio,

οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'. ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ
ναῦν· σφῶν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός.

Deinde ipsa sententiae ratio ostendit non posse haec ita ab Aeschylo scripta esse. Denique quae sequuntur, *ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν — πρόςειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σόν, θεά*, non sunt connexa cum praecedentibus. Itaque, ut in Opusc. VI. 2. p. 45 seq. faciendum esse dixi, mutato versuum ordine, sic scripsi,

οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν·
ἀλλ', ἀμβλὺς ἤδη προστετριμμένον μύσος,
ὅμοια χέρσον etc.

Προστετριμμένον μύσος dictum est ut *πρόστριμμα* Ag. v. 378. Neque dissimiliter dicitur Prom. v. 331. *γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προσιρίβεται.* Videtur autem *μύσος* legisse scholiastes, qui haec adscripsit, *ἄλλοις προστριψάμενον τὸ μύσος*, quamquam potuit sane ita interpretari, etiamsi non scriptum invenit *μύσος*. Quod restitui, *ἀμβλὺς ἤδη προστετριμμένον μύσος*, confirmatur eo quod v. 465. Minerva dicit,

ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς δρόμοις
ἱκέτης προςῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις
ἐμοῖς.

Quod enim *καθαρός* et *ἀβλαβής* dicitur, idem est *ἀμιβλὺς ἤδη τὸ μύσος*. Innocuus ad templum Minervae Orestes accedere poterat, quia hebetatum erat et evanuerat piaculum quod sibi contraxerat. Ipse Orestes v. 437.

οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
πρὸς χειρὶ τῇμῇ τὸ σὸν ἐφημένου βρέτας.

Πορεύμασιν itineribus est, ut Euripides Iph. Aul. v. 300. *νάϊον πόρευμα* dixit. Vniversam autem horum versuum sententiam Orestes v. 443. sic repetit,

πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι καὶ βοτοῖσι καὶ ῥυτοῖς πόροις.

Non recte hanc meam horum versuum emendationem impugnavit Schoemannus.

240. *σώζων* (*σώιζων* M.) M. G. Ald. Rob. Turn. *σώζων τ'* Ven. (Bekkero teste) Flor. Farn.

242. Libri *ἀναμένω*. Recte Stanleius in curis secundis *ἀναμενῶ*.

243. Introeunt Furiae *σποράδην* in orchestram. *ἔπι τ' ἀνδρὸς* Ald.

244. *μηνυτῆ*, relicto duarum vel trium litterarum spatio, Ven. Idem, sed adscripto in margine *μηνυτῆρος*, Flor. *μηνυτῇσιν* Farn. *ἀφθέκτου* Farn. Rob.

245. *νεβρὸν* Victorius, et sic M. Franzio teste. *νεκρὸν* G. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob. Turn.

246. *ἐμαστεύομεν* Ven. Dindorfius scribendum putat *ἐκματεύομεν*. Recte fortasse. V. ad Ag. v. 1058.

247. *ἀνδροκμῆσι* Farn. Ald. *ἀνδροκμοῖσι* Flor. *ἀρδροκμῆσι* Rob. typographi errore, neque debebat Schoemannus *ἀρθροκμῆσι* scribendum putare, quod dicendum esset *γνιοκμῆσι*. Hoc dicunt Furiae, *anhelant viscera ex multo virum defatigante labore*, i. e. anhelamus ex multo labore quo virum persecutae sumus. Eodem modo *ἀνδροκμής* activum est infra v. 943. *ἀνδροκμῆτας δ' ἀώρους ἀπεννέπω τύχας*. Suppl. v. 652. *μηδέ τις ἀνδροκμὴς λοιγὸς ἐπελθέτω τάνδε πόλιν δαΐζων*. Choeph. v. 877. *δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος*. Et apud Euripidem Suppl. v. 524. *οὐ βλάπτων πόλιν, οὐδ' ἀνδροκμῆτας προςφέρων ἀγωνίας*.

248. *πᾶν* pro *πᾶς* Rob.

249. *πόντου* Farn. *ἀπέτροις* Rob.

251. *ἐπί που* Ald. *καταπτακὼν* M. G. Par. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob. *καταπτακὼς* Turn. ex lemmate, ut videtur, scholii in ed. Rob. In M. scholion, *καταπτήξας πρὸς τῷ ἀγάλματι*, nullum lemma habet. Huc recte videtur referre Dindorfius Hesychii *καταπλακών*, *καταπλήξας*, *διαμαρτών*, ubi *καταπτακών*, *καταπτήξας* scribendum esse, *διαμαρτών* autem ad *καταπλακών* pertinere vidit Lobeckius Paralip. p. 541.

252. ἐς μὴ pro ὀσμὴ Ald.

253. In G. adscriptum est ὁ αὐτὸς χορός. In Ald. Turn. χο. quod ceteri libri omittunt. Scholiastes recte τὸ αὐτὸ πρόσωπόν ἐστι. Dixerat princeps chori ea quae v. 243—252. continentur: nunc eadem persona carmen orditur quod sequitur. Sed non eadem persona totum carmen recitat, immo aperte his versibus colloquium continetur Furiarum. Distribuendos esse hos versus inter septem Furias, quae canunt dum reliquae in orchestram irrumpunt, neque antistrophica haec esse, et res ipsa monstrat et indicatum est a me in Opusc. VI. 2. p. 51.

253. 254. ὅρα ὅρα μάλ' αὖ codices et Rob. ὁρᾶ ὅρα μάλ' αὖ Ald. Turn. Deinde λεύσσε τὸν, erasis aliquot post λεύσσε litteris, M. λεύσσετὸν G. λευσσετὸν Ald. λεύσσετον Rob. λεῦσσε τὸν Ven. Flor. Turn. Deinde πάντᾱ M. Ceteri πάντα. Deinde φύγδα M. Rob. Ven. et, ut videtur, Flor. Farn. φυγάδα G. Ald. Turn. Deinde libri ὁ ματροφόνος cum articulo. Denique ἀτίτας M. G. Ald. Rob. Turn. ἀτίμας Ven. Flor. Farn. Scribendum erat

ὅρα, ὅρα μάλ' αὖ, λεῦσσέ τε πάντα, μὴ
λάθῃ φύγδα βὰς ματροφόνος ἀτίτας.

255. ὅδ' αὖτέ γ' οὖν ἀλκὰν ἔχων M. G. Par. Ald. Turn. ὅδ' αὖτε γοῦν ἀλκὰν ἔχων Rob. Farn. et Bekkero teste Ven. ὅδ' αὖτέ γ' οὐκ ἀλκὰν ἔχων Victorius, et sic, ut Franzius dicit, Flor. qui potius cum Ven. Farn. consentire videtur. Scribendum

ὃ δ' αὖτέ γ' ἀλκὰν ἔχων.

256. περὶ βρέτει Rob. Turn. περιβρέτει M. G. Ald. περιβλέπει Ven. Flor. Farn. Deinde πλαγχθεὶς Ven. Flor. Farn.

257. Libri χερῶν. Recte Scaliger et Wakefieldius χρεῶν. Et legisse hoc videtur scholiastes, qui haec adnotavit, ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ πρόσφυξ θέλει γενέσθαι τῆς θεοῦ. Quamquam potest hoc ad solum vocabulum ὑπόδικος pertinere, quod Hesychius ita interpretatur, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης.

258. τὸ δ' Victorius. Libri τόδ'.

259. θυσαγκόμιστρον Ven. Flor. Farn. Male δυσαγκόμιστον ad praecedentia referebatur, fracta orationis vi. Interpungendum esse post χαμαί, si quem non sensus admoneret, vel scholiastae admonere poterant, qui haec adscripserunt, τὸ ἅπαξ χυθὲν αἷμα δυσίατον, et πᾶν διερὸν ἐκκεχυμένον εἰς τὴν γῆν δυσαγκόμιστον. τοιοῦτο οὖν καὶ τὸ αἷμα. Deinde παπαί Farn.

260. τὸ διερὸν Victorius et sic M. τόδ' ἱερὸν G. Ald. τὸ δ' ἱερὸν Ven. Flor. Farn. Turn. τὸ δι' ἱερὸν Rob. Deinde libri πέδῳ, praeter Par. qui πέδον habet. Denique libri κεχυμένον, praeter Ald. in qua ob male lectum compendium codicis κεχυμίον est. Porsonus χύμενον. V. Elmsl. ad Heracl. v. 76.

263. βοσκὰν φεροίμαν M. G. Par. Ald. Rob. Turn. βοσκὰν φεροίμην Ven. Flor. Scribendum esse φεροίμαν βοσκὰν vidit etiam

Wellauerus. Deinde πώματος M. G. Ald. Rob. Turn. πόματος Par. Flor. πόμπατος Ven. Farn.

264. καὶ ζῶντας codex Rob. Deinde ἰσχνάνασ' Turn. ἰχνάνασ' M. G. Ald. Rob. ἰσχάνασ' Ven. Flor. Deinde αἰσπήζομαι codex Robortelli: ipse ἀπάξομαι dedit, ut ceteri habent praeter Ald. in qua ἀπάζομαι est. Denique καὶ κάτω Rob.

265. ἀντιποίνους τείν^εῖ^ς M. ἀντιποίνους τείνης Rob. ἀντιποίνους τείνεις G. Par. Ald. ἀντιποίνους τίνεις Turn. ἀντιποίνους τίνης (τίνῃς Vict.) Ven. Flor. Victorius. ἀντιφοίνους τίνῃς, supra adscripto ἵνα ad τίνῃς, Farn. Deinde libri μητροφόνας δύας. Casaubonus ματροφόνου δύας. Vulgatum ἀντιποίνους τίνῃς qui defensum iret ellipsi particulae ἵνα, de qua a Lamberto Bosio et eius editoribus dictum est, graviter falleretur. Illa enim Homerica, ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἀρήϊα τεύχεα δύω· — θάπτε με ὅ τι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω, et similia, nullam continent ellipsin, sed orta est ista loquendi ratio ex deliberatione. V. Opusc. I. p. 208. seq. Potuit Aeschylus scribere ἀντιποίνους τίνειν ματροφόνους δύας, possunt ante hunc versum aliquot verba in iisque particula, e qua penderet coniunctivus, excidisse: sed vera videtur elegans Schützii emendatio,

ἀντίποιν' ὡς τίνῃς ματροφόνου δύας.

Similiter dictum est in Persis v. 471. ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν.

266. Libri ὄψει δ' ἐκεῖ τις ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν, nisi quod ἤλιτε habent Ven. Flor. et βροτὸν G. Ald. Turn. In Farn. εἰς ad ἄλλον supra adscriptum est. Heathius ἄλλος scribendum vidit, quod Faehsius in Par. esse dicit. ὄψει δὲ κεί τις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν recte Schützius.

267. Libri τίν' ἀσεβῶν, nisi quod τίτ' ἀσεβῶν habent Ald. Turn. Wellauerus post τιν' ἀσεβῶν excidisse putabat quod dochmiacum expleret. Veri similius est scripsisse Aeschylum

ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' οὐκ εὐσεβῶν.

Si per errorem scriptum erat ἀσεβῶν pro εὐσεβῶν, consequens erat ut οὐκ omitteretur.

269. ἔχονθ' Victorius, et sic Franzio teste M. Ceteri ἔχοντ'. Adscriptum est ἰωνικόν in Farn.

270. ἅδης Ven. Flor. Rob. ἅδυς Ald. 271. ἔνερθεν Farn.

272. ἐπωπᾷ φρενὶ M. G. Ald. Turn. ἐπωπᾶ τῇ φρενὶ Rob. ἐποπτᾶ τῇ φρενὶ Ven. Flor. ἐποπτᾶ τῇ φρενεῖ Farn.

276. φρωνεῖν vitium Ald. unde φρονεῖν Turn.

277. Iacobsius Anthol. t. XII. p. 10. ad epigr. incert. 239. scribendum putabat βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χρόος μητροκτόνον, μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει. Et distinctio haec est in ed. Rob. Equidem, quum libri habeant χέρος, neque id reprehendi possit, nihil novandum esse existimo.

278. ἔκπληκτον Ald. Eadem mox τοταίνιον.

280. χειροκτόνοις Rob. χοιροκτόνοις supra adscripto χει Par. teste Boissonado adnot. in Zachariam scholast. p. 408.

282. ὅσοις M. G. Par. Ven. Flor. Rob. ὅςτοις Ald. unde ὅςτις infelici coniectura Turn. ἀβλαβῆ Par. et ante correctionem G.

283. καθαίρει malebat Stanleius. Deinde γηράσκων M. G. Ald. Rob. Turn. γε διδάσκων Ven. Farn. et γε supra adscripto Flor. Nexum turbare hunc versum et ab hoc loco alienum esse dixi in Opusc. VI. 2. p. 55. seq. Delendum eum esse viderat iam Musgravius. Adscriptus fuit ad versus 277. 278. Similis versus apud Stobaeum CXXVI. 8. legitur, χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα κεἰς λήθην ἄγει.

287. ἀργείων Ven.

289. Libri λιβυστικοῖς. Ea adiectivi forma Aeschylus usus est in Suppl. v. 266. et in Myrmidonibus fr. 145. Tzetzes ad Lycophr. v. 519. καὶ Αἰσχύλος μυθικῶς "εἴτ' ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου σπόρου Τρίτωνος ἐν τόποις Λιβυστίοις," ita enim codices duo Vitebergenses aliique et Favorinus in v. τριγένητος. Auratus et Casaubonus scribendum putarunt Λιβυστικῆς. Eo non opus est: χώρας enim, ut saepius in huiusmodi formulis, abundat.

290. ἀμφιχεῦμα Ald. σπόρου Tzetzes.

291. κατηρεφῆ πόδα si scripsit Aeschylus, non videtur aliud significare potuisse quam pedem nube amictum, ut hoc dixerit, *sive palam incedens, sive latens opem fert amicis*, oppositumque sit ὀρθὸν πόδα τιθέναι, i. e. recto pede in campo stare, inter ipsos quibus praesidio est. Comparari quodammodo potest quod Sophocles dixit in Oed. R. v. 419. βλέποντα νῦν μὲν ὀρθ', ἔπειτα δὲ σκότον. V. Opusc. VI. 2. p. 56. seqq. VII. p. 4. seq. Dubitari tamen potest an non scripserit Aeschylus κατηρεφῆ. Et videri potest aliud legisse scholiastes qui haec ita interpretatus est, καταβάλλει γὰρ ἢ ὀρθοῖ, quod scholion non invenitur in M. G. sed Triclinii esse videtur. Burgesius κατωφερῆ, similiterque Fritzschius (*Zweiter anhang zu O. Müllers Eumeniden* p. 39.) κατηφερῆ scribendum esse censuit, ut intelligeretur Minerva aut stans inter eos quibus praesidio est, aut deorsum ex aere delata. Neque caret haec coniectura probabilitate.

295. Quum dicit ὅπως γένοιτο, optare se ait, ut veniat illa, quo, si velit, opem ferat. V. ad Soph. Ai. v. 1222. τῶνδέ μοι Farn.

296—303. Hos versus inter tres Furias distribuendos esse indicavi in Opusc. VI. 2. p. 61.

296. οὔτις σ' Ven. Farn. et adscripto in margine γρ. οὔτοι σὲ Flor. Deinde ἀθηναίης Farn. ἀθηναίοις Ven. et ad ultimam syllabam supra adscripto ας Flor.

835. *καίτοι γε μὴν οὐ κάρτ' ἐμοῦ σοφώτερα* Victorius, et sic Ven. Flor. *καί τοι μὲν σὺ κάρτ'* (*γάρ τ'* Ald.) *ἐμοῦ σοφωτέρα* M. Aug. G. Ald. Rob. *καί τοι σὺ μὲν κάρτ' εἶ' ἐμοῦ σοφωτέρα* Turn. Vt recte procederet oratio, in Opusc. VI. 2. p. 107. scribendum putabam *καίτοι γε μὴν οὐ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα*. Sed non dici videtur *οὐ κάρτα*. Wieselero Aeschylus scripsisse videtur *καὶ τῷ μὲν εἰ σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα*. Recte vero Bothius in prima editione et Paleius totum hunc versum removendum esse censuerunt.

837. Pro *ἐς* Aug. habet *ἐπ'*, ut in G. fuerat, in quo tamen a prima manu in *ἐς* mutatum est. — *ἀλλόφυλλον* Rob. *ἐλθοῦσα* Flor. Rob.

838. *ἐρασθήσαθε* G. *ἐρασθήσεθε* Ald. — *προὐνέπω* Aug. Ald.

839. *ὁ ὑπορρέων* Rob.

841. Locus ubi Furiae, praeter lucum illum cuius mentio fit in Oedipo Coloneo, Athenis colebantur, vicinus erat Areopago, ut multis demonstravit Meursius in Areop. c. 2. Erat autem medius inter Areopagum et arcem. Pausanias enim de fano Eumenidum explicans I. 28, 7. dicit *ἔστι δὲ καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου μνῆμα Οἰδίποδος*, ubi non murum quo Areopagus cinctus fuerit, ut Meursio visum est, sed eum qui templum Furiarum ambiebat, intelligendum esse ostendit Valerius Maximus V. 3. ipse quoque a Meursio memoratus, qui Oedipodis sepulcrum inter arcem et Areopagum fuisse scribit.

842. *τεύξει* libri. *στόλῳν* Par. *στόλον* G. Ald.

844. *ὅσην*, quod libri habent, in *ὅσ' ἂν* mutandum esse coniecit H. L. Ahrens. Aut ita scribendum est, aut putandum ante hunc versum alium excidisse, in quo nomen erat ad quod referebatur *ὅσην*. Hoc pos-

terius, quod etiam G. Dindorfius statuit, probabilius videtur. Itaque lacunae signa posui. σχέθης Ald. βροτοῖς Par.

845. τῆς ἐμοῖσι Rob.

846. 847. θηγάνων teste Franzio Flor. θηγγάνων Ven. et Linwoodio teste Flor. Farn. Deinde νέων ἀοίνοις M. νέων, ἀοίνοις Turn. νέων ἀοίνους Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Denique θυμώμασιν M. Par. Aug. G. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob. θυμώμασι Turn. Iungunt vulgo σαλάγγων νέων, sed rectius νέων θυμώμασιν iunguntur. Ἄοινα θυμώματα sunt irae non ex vino natae et graviores ac magis diuturnae quam inebriatorum. Inepta est eorum sententia, qui rixas a Furiis iniectas propterea ἄοινα θυμώματα dici putant, quia earum sacrificia ἄοινα erant.

848. Libri ἐξελοῦσ', praeter Aug. qui ἐξελθοῦσ' habet. In scholiorum editione Robortelliana scriptum est Ἐξελθοῦσα.) διαπεράσασα. μάχιμον γὰρ τὸ ὄρνεον, τῶν τε ἄλλων ζώων τὸ συγγενὲς αἰδουμένων μόνος οὐ φείδεται. Sed in M. neque lemma est, et scriptum ἀναπτερώσασα. Frustra ἐξελοῦσα tueri conatus est Wieselerus. Neque recte ἐξέδουσ' ego scripseram. Vera est haud dubie Musgravii emendatio, ἐκζέουσ', atque ad hanc ipsam lectionem pertinet fortasse explicatio illa, ἀναπτερώσασα. Activum est ἐκζεῖν etiam in Sept. c. Th. v. 690. ἐξέζεσαν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα, *fervefecerunt enim animi aestum dirae Oedipi.* Eur. Cycl. v. 392. καὶ χάλκεον λέβητ' ἐπέζεσεν πυρί. Conf. Lob. ad Ai. p. 92.

849. ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν Victorius, et sic Ven. Flor. ἐν τοῖς ἐμοῖσιν ἀστοῖσιν M. Par. ἐν τοῖς ἐμοῖσιν αὐτοῖσιν Aug. G. Ald. Rob. ἐν τοῖς ἐμοῖς αὐτοῖσιν Turn. Deinde ἱδρύσῃ κάρᾳ Aug. Par. ἱδρύσῃ κόρῃ G. Ald. Turn. ἱδρύσῃ βάρῃ Rob. ἱδρύσῃ κάρα Ven. Flor. Farn. et sic Victorius. ἱδρύσῃς Ἄρῃ scribendum esse vidit Stephanus.

850. ἑλλήνους G. Ald. unde ἕλληνας Turn. Ceteri recte ἀλλήλους.

851. Libri οὐ μόλις παρών. Scholiastae interpretatio est οὐ μακράν. Videtur ἢ μόλις παρὼν legisse. Certe ita scribendum puto: *foris sit bellum, aut brevi spatio remotum, in quo magnus erit gloriae amor.* Significatur autem pugna Marathonia. V. Opusc. VI. 2. p. 108.

852. ἔστι M. ἔστι Par. Ceteri recte ἔσται.

853. V. ad Pers. v. 757. *Οὐ λέγω, dictam nolo.* Ag. v. 838. τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω. Soph. El. v. 1166. ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμ' ἄνευ φθόνου μὲν οὐ πεπτωκός· εἰ δ' ἔπεστι νέμεσις, οὐ λέγω.

859. κατά τε γᾶν οἰκεῖν M. G. Rob. κατὰ γᾶν οἰκεῖν Aug. Ven. Flor. Ald. Turn.

860. ἀτίετον φεῦ μῖσος G. Ald. Turn. ἀτ. φ. μῦσος M. Rob. ἀτ. φ. μύσος Aug. Ven. ἀτ. φ. μῦσος Flor.

862. φεῦ hic libri non habent.

863. *οἶ οἶ δᾶ φεῦ* M. Rob. *οἶ οἶ δᾶ φεῦ* Aug. G. Ald. Turn. *οἶ οἶ δᾶ φεῦ* Ven. Flor.

864. *ὑπὸ δύεται* Rob. Alterum *τίς* non habent libri. Omnes hic *πλευρὰς ὀδύνα.*

866. *τιμᾶν δαμίαν* M. Aug. Ald. Rob. Turn. *τιμὰν δαμίαν* G. *τιμᾶν δαμέαν* Ven. Flor. Farn.

867. *δόλω*, ut videtur, M. *δόλοι* Aug. Rob. *δήλοι* G. Ald. *δόλον* Ven. Flor. *δόλῳ* Turn.

868. *καλοῦμαι* Ven. Flor. Farn.

870. *πολισσοῦχον* error Ald. Inde *πολισσοῦχος* Turn.

872. 873. Ita haec construenda sunt, *εἰ πειθοῦς γλώσσης ἐμῆς ἁγνὸν σέβας ἐστί σοι μείλιγμα καὶ θελκτήριον.*

874. *μένεις*, supra adscripto *οις*, G. Deinde *θέλεις* Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Turn. *θέλης*, supra adscripto *ει*, M. *θέλς* Farn.

875. *οὐτἂν* Wellauerus. Libri *οὔτ' ἄν.* Deinde *ἐπιρρέποις* M. Aug. Rob. Turn. *ἐπιρρέπεις* G. Ald. *ἐπιρρέπειν* Ven. Flor. Farn. *πόλοι* Rob.

876. *κότον τε ἢ* G. Ald. sed in G. *τε* ex *το* factum est. *κότον πότ'* inde fecit Turn. Ceteri recte *κότον τίν'* vel *κότον τιν'.*

877. *τῇδε γαμόρῳ* recte Dobraeus. *τῇδέ γ'* (vel *τῇδε γ'*) *ἀμοίρου* M. Par. Aug. G. Ven. Flor. *τῇδε δ' ἀμοίρου* Rob. *τῇδε χ' ἀμοιρῳ* Farn. *τῇδέ γ' εὐμοίρου* Turn.

879. *ἀθείνα* Ald. *φῆς* Turn. *φὴς* M. Ven. Flor. *φῆς* G. Ald. Rob. *ἕξειν* Elmsleius in Mus. Cantabr. II. p. 303. Non opus.

880. *οἰζύος* G. Ald. Turn. *ὀϊζύος* Rob. et reliqui, ut videtur. *δεύχου* Ald. *σύ* in G. ex *σοί* factum.

881. *καὶ δὴ δέδεγμαι, fac me accipere.* V. ad Vig. adn. 331.

882. *ὡς μή τ' ἂν* Ald. *εὐθενεῖν* Scaliger. *εὖ σθένειν* M. *εὐσθένειν* Par. *εὐσθενεῖν* Aug. G. Ven. Flor. Farn. Ald. *εὖ σθενεῖν* Turn. *ἀθενεῖν* Rob. V. Lob. Phryn. p. 466.

884. *σέβον τὶ* Ald.

885. *μή* pro *καί* Par. Deinde *πρόπαντος* recte Abreschius. *προπαντὸς* Aug. G. et fortasse M. *πρὸ παντὸς* reliqui. Denique libri *θήσει* vel *θήσῃ.*

886. *ἔξεστι* Ven. Flor. Turn. *ἔξεστιν* M. G. Ald. Rob.

888. *τοιγὰρ* G. Ven. Flor. Ald. *τοὶ γὰρ* M. Rob. Turn. *ἐποικτήσῃ* Aug. Ceteri *ἐπικτήσῃ* vel *ἐπικτήσῃ.*

889. Libri *τί οὖν μ'*, nisi quod *τί' οὖν μ'* est in G. Porsonus *τί μ' οὖν* scripsit. Possis *τί νύν μ'.* V. ad Sept. c. Th. v. 190. Deinde *τῇδ' εὐφημῆσαι* G. Ald. sed in G. *ν* ad *μ* supra scriptum est. *τῇδε φημῆσαι* Turn. Ceteri recte *τῇδ' ἐφυμνῆσαι.*

890. Post *ὁποῖα* puncto distinguunt G. Ald. Rob. Notam interrogationis in quibusdam libris haberi quum dicit Stephanus, has ipsas edi-

tiones videtur intelligere. Deinde libri *νίκης*. Frustra fuerunt qui id defendere conati sunt. Scribendum erat, ut in adnotatione ad Soph. Ai. v. 976. dixi, *νείκης*. *Opta quae bonae contentionis, non, qualis ante tua fuerat rixa, malae provida sint.* Ἐπίσκοπα enim idem est quod ἐπιμελητικά, ut in Sophoclis versu, *βοῶντος ἄτης τῆςδ' ἐπίσκοπον μέλος*. Vocabulo *νείκη* usus est Aeschylus Ag. v. 1338. et, ut videtur, Choeph. v. 593.

894. Libri *βροτῶν*. Emendavit Stanleius.

Expressi videntur ex hoc loco versus esse, quos propterea Ennio adscribimus, apud Ciceronem Tusc. Q. I. 28. quorum mentio etiam fit de or. III. 38.

suo non intermittat tempore
caelum nitescere, arbores frondescere,
vites laetificae pampinis pubescere,
rami baccarum ubertate incurviscere,
segetes largiri fruges, florere omnia,
fontes scatere, herbis prata convestirier.

895. *εὐθενοῦντα* Turn. *εὐθενοῦντας* M. G. Ald. *εὐθινοῦντας* Rob. *εὐστενοῦντας* Aug. *εὐστενοῦντα* Ven. Flor. et *σθ* supra adscripto Farn.

896. Accusativus *σωτηρίαν* refertur, ut omnia in his versibus, ad id quod v. 889. chorus dixerat.

897. *δ'* omittunt Ven. Flor. Farn. *ἐκφοροτέρα* G. Ald.

898. Hunc et sequentem versum choro tribuunt Ven. Flor. Farn. Rob. *φιτυποίμενος* Lobeckius Paralip. p. 195. *φιτυποιμένος* G. Ven. Flor. Ald. Turn. *φῖτυ ποιμένος* M. Aug. Rob. et in Aug. quidem super *τ* duo puncta (:) apposita sunt, quibus etiam alibi incerta scriptura indicatur. Asteriscum eodem fine adiecit in extremo versu Rob.

900. Hic rursus *ἀθ.* praefixum in Ven. Flor. Farn. Rob. Chori nota in G. Ald. *τοιαῦτα σοῦστι* Porsonus. *τοιαῦτα σοῦ 'στι* M. Aug. Ven. Flor. *τοιαῦτα σοὐστι* Rob. *τοιαῦτασ' οὐτοι* G. *τοιαῦτας οὗτοι* Ald. *τοιαῦτα σ' οὗτοι* Turn.

901. *τρεπτῶν* Ven. et, ut videtur, Flor. Farn. *ἀγόνων* Ald. *κοὐκ* pro *οὐκ* Ven. *οὐ* in fine versus omittunt Ven. Flor. Farn.

902. *τὴν ἀστύνικον* G. Ald. Turn.

906. *νέμοι* Rob. *νόμιον* Ven. Flor. Farn.

907. *ὀυσίβολον* G. Ald. Turn.

909. *ἄτ'* Turn. *ἄιτ'* M. *αἶτ'* G. *ἆτ'* Aug. Rob. *αἶτ'* Ald. *αἴτ'*, ut videtur, Ven. Flor. *αἷς* Farn.

911. *ἐπισεύτους* G. Ald. unde *ἐπιτεύκτους* fecit Turn. *βίου τύχας ὀνησίμους* M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. et, ut Franzius ait, Flor. ..... ex quo Linwoodius *βίους τυχας* affert. *βίους ὀνησίμους*, omisso *τύ-*

χας, Ven. Farn. Adscriptum in Ven. Flor. *καὶ τοῦτο* (*τοῦτο* Flor.) *περισσὸν* (*περισσῶς* Flor.) *πρὸς τὸ κῶλον τῆς ἀντιστροφῆς.*

912. 913. Hi duo versus omissi in Aug. *ἐξαμβρόσαι* M. G. Ald. Turn. *ἐξ ἀμβρόσαι* Rob. *ἐξαμϊρόσαι* Ven. Flor. Farn. Adscriptum *ἀντὶ μιᾶς* in Farn. Probabilis est Pauwii emendatio, *ἐξαμβρῦσαι*, quamquam non videtur inveniri aliud aoristi primi huius verbi exemplum. De activo *βρύειν* v. Lob. ad Ai. p. 93.

915. *δυσαρέτους* Ald. 916. *κατανασαμένη* Ald.

918—920. Libri *ὁ δὲ μὴ κύρσας βαρέων τούτων οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου.* Multa mirabilia de his versibus prolata sunt. Non discedendum esse putavi ab ea sententia, quam in Opusc. VI. 2. p. 109. seqq. exposui. Itaque scripsi

ὁ δὲ μὴ κύρσας
βαρέων τέκτων οὐκ οἶδεν ὅθεν
*πληγαὶ βιότου *προςέπαισαν.**

Excidisse enim aliquid, quo paroemiacus explebatur, antisystema docet. Aptum autem videtur *προςέπαισαν*. Sic dicuntur *πρόςπαια κακά* Ag. v. 332. et *θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῇ στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης* Prom. v. 887. Neque tantum *κυρέω*, sed etiam antiquior verbi forma cum nomine vel participio iungi potest, ut in Soph. Oed. Col. v. 1159. *θεῶν ἔκυρον.* Sententiarum nexus hic est, *hae enim deae omnia quae ad homines pertinent administrant: si quis autem non commisit delictum, is nescit unde affligatur: nam priorum peccata his eum tradunt, et tacitum exitium etiam magna sonantem* (i. e. superbientem et de felicitate sua gloriantem) *pessumdat.*

921. *ἀπλακήματά νιν* Pauwius. *ἀμπλακήματά νιν* M. Par. Aug. G. Ald. Rob. Turn. *ἁμαρτήματα*, omisso *νιν*, Ven. (sic Ven. teste Bekkero) Flor. et, ut videtur, Farn.

922. Libri *σιγῶν ὄλεθρος*, nisi quod *σιγὼν ὄλεθρος* est in Ald. Scribendum erat *σιγῶν δ' ὄλεθρος.* Nam quod sequitur *καί* non est *et*, sed *etiam*, omninoque qui poeticae dictionis naturam et vim norit, non dubitabit quin *δέ* addi post *σιγῶν* debeat.

923. *μεγαφώνους τ'* G. Ald. unde Turn. *μεγαφώνους*, omisso *τ'*.

925. Similiter Herodotus III. 65. *καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι καὶ γυναῖκές τε καὶ ποίμναι τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι.* Aeschines in Ctesiph. §. 111. p. 502. *καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, μήτε βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι* etc. *πλέοι* Ven. Flor.

927. 928. *φλογμός τ'* Flor. (ut Franzius ait) et Turn. *φλογμὸς*, omisso *τ'*, Ven. *φλοιγμὸς*, sine *τ'*, M. Aug. G. Ald. Rob. *φλοιγμὸς δ'* ex Par. a Fachsio et Linwoodio affertur. Deinde *τόπον* pro *τόπων* Rob. Putavi olim scribendum esse *φλογμοῖς ὀμματοστερής*, id ut cum *βλαβά* coniungeretur. Schoemanno *περᾶν* in *πέρων* mutandum videtur, quae

etiam Musgravii opinio fuit, atque sic scribendum, *φλογμός τ' ὀμματοστερὴς φυτῶν μένοι πέραν ὅρου τόπων*, ut *τόπων* idem sit quod *τῶνδε τόπων*. Id fieri nequit. Nam si *γῆ*, *χθών*, *χώρα* nullo alio verbo addito de ea terra dicuntur, de qua sermo est, non continuo putandum est etiam *τόπους* ita dici posse. Verum esse videtur *φλογμός τ' ὀμματοστερὴς φυτῶν*, neque quicquam mutandum in iis quae libri ita scripta habent, *τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων*. Ardor oculos sive germina plantarum perdens, ut ne terminum locorum suorum transgrediantur, nihil aliud est, ut Schützius vidit, quam ardor qui oculos plantarum impedit quominus progerminent et efflorescant. Intelligendum est autem *μὴ ἐφερπέτω* ex eo quod sequitur *μηδ' ἐφερπέτω*.

929. *αἶα νὴς* G. 930. *ἐφέρπω* Ven.

931. *εὐθενοῦντ' ἄγαν* M. Aug. G. Turn. *εὐσθενοῦντ' ἄγαν* Ald. *εὐθυνοῦντ' ἄγαν* Rob. *εὐθηνοῦντ' ἄγαν* Ven. Flor. Farn. Recepi nunc Dobraei emendationem *εὐθενοῦντα γᾶ*.

932. *διπλοῖσιν* Stanleius, et sic Ven. Flor. *διπλοῖς* M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. *ἐν βρύοις* ex M. affertur.

933. *τρέφοι* libri. Deinde *τεταγμένω* Ald. Denique *γόνος* omnes praeter Turn. qui *γόνον* scripsit. Apparet duas syllabas excidisse. Olim putabam scribendum esse *μηλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν — πρέποι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος δὲ γᾶς* etc. Nunc, recepta v. 931. Dobraei emendatione, scripsi

*τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος *δ' ἀεὶ**
πλουτόχθων etc.

Ita Musgravius et, ut videtur, Pearsonus.

934. *πλουτόχθω νερμαίαν* Ald. Scholiastes *ὁ καρπὸς ὁ ἐκ γῆς πλουτίζων*. Intelliguntur metalla: erant enim, ut notum est, aeris fodinae in Colono, argenti in Thorico et nobiliores in Laurio monte. Has significat Aeschylus etiam in Persis v. 236. *ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός*.

935. *τίοι* M. Aug. Turn. et haud dubie Ven. Flor. Farn. *τισι* G. Ald. sed in G. ultimae duae litterae punctis notatae et *οι* supra scriptum. *τίσι* Rob.

936. *ἢ* Ven.

937. *οἷα ἐπικρανεῖ* M. G. Ald. *οἷ' (οἷ*, Rob.) *ἐπικρανεῖ* Rob. Turn. et, ut puto, Aug. *οἷ' ἐπικραίνει* recte Pauwius, et ita Ven. atque, ut videtur, Flor. Idem vitium sublatum in Ag. v. 1300. *γὰρ* omittit Rob.

938. *ἐρινὺς* M. Par. G. Rob. *ἐριννὺς* Ven. Flor. Farn. Ald. Turn. *πάρα τ'* Ald.

940. *διαπράσσουσιν* M. Par. Aug. G. Ven. Ald. Rob. *διαπράσσουσ*) Flor. *διαπράσσουσι* Turn.

941. *τοῖς δ' αὖ κρύων* M. Par. G. Ven. Rob. et, ut Linwoodius ait, Flor. cui *τοῖς δ' αὖ δακρύων* Franzius tribuit. Id est in Ald. Turn.

943. *ἀνδροκμήτας* Farn. *ἀνδρομῆκτας* Ven. *ἀνδρομῆτας* Ald. *ἀώρους* M. Aug. G. Ald. Turn. *ἀώροις* Rob. idque ex Ven. Flor. affertur.

945. *νεανίδων* trisyllabum est. *ἀντὶ μιᾶς* adscriptum in Farn.

946. 947. *βιότου* Ven. Flor. Farn. Deinde *κύρι' ἔχοντες θεαὶ τῶν, μοῖραι* M. G. Ald. *θεαὶ τῶν μοῖραι* Rob. *θεαὶ, τῶν μοῖραι* Turn. *κύριες ἔχοντες θεαῖ τῶν, μοῖραι* Ven. Flor. Farn. Casaubonus et Stanleius *ἔχουσαι*. Alii *θεοί*. Scribendum puto *κύρι' ἔχοντες, θεαί τ' ὦ Μοῖραι*, ut Parcae dicantur Furiarum *ματροκασιγνῆται*, i. e. *κασιγνῆται ὁμομήτριαι* (ita enim hoc vocabulum hic explicandum esse videtur), *κύρι' ἔχοντες* autem intelligantur dii qui matrimoniis praesunt, qui sunt praeter Venerem maxime commemorati v. 213. Iuppiter et Iuno. [Eodem modo Hermannus in Opusc. VI. 2. p. 115. Aliter in Annalium Vindobonensium vol. CXI. Ibi p. 265. repudiata, ut inutili et languida, Schoemanni coniectura, *ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε καίρι' ἔχοντας*, verum esse iudicavit *κύρι' ἔχοντες θεαί*, p. autem 251. seq. ita disputavit. *Um die schwierigen worte zu erklären, κύρι' ἔχοντες θεαί, τῶν Μοῖραι ματροκασιγνῆται, stellt herr Schömann den ingeniösen gedanken auf, dass der dichter einer alten theogonie gefolgt sei, in welcher der ursprung aller dinge der Ocean war. In jenem systeme seien nun sicherlich die Mören töchter des Oceans gewesen, eben so wie Tyche, die nach Pindar bei dem Pausanias* VII. 26, 8. *eine der Mören sei, und bei dem Hesiodus unter den Oceaniden vorkomme. Eine der Oceaniden nun sei Eurynome; töchter dieser aber seien die Charitinnen; mithin deren mutterschwestern die Mören. Den worten des Aeschylus würde diese deutung allerdings angemessen sein, wenn ihr nur nicht andere bedenken entgegenständen. Aber erstens ist es eine blosse hypothese, dass die Mören töchter des Oceans seien; denn die Oceanide Tyche hat eine ganz andere bedeutung bei dem Hesiodus als bei dem Pindar, und ist mithin nicht dieselbe. Die pindarische, von der Pausanias sagt ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι δυνάσθαι, beruht auf einem solchen mythus, wie der von Pausanias* I. 19, 2. *erwähnte ist, τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τῶν καλουμένων Μοιρῶν εἶναι πρεσβυτάτην. Zweitens ist es nicht denkbar, dass, wenn die Charitinnen gemeint sein sollten, nicht nur ihr name nicht genannt, sondern sie auch nach einem wenig bekannten mythus bloss durch ihre mutterschwestern kenntlich gemacht wären. Drittens sind die auf jene worte folgenden prädicate, die herr Schömann in seiner übersetzung auf die Charitinnen bezogen hat, so wenig für diese charakterisierend, dass sie vielmehr auf die Mören passen, auf die sie auch der wortstellung nach am natürlichsten bezogen werden. Fasst man daher, wie billig, das ins auge, was die worte ihrer bedeutung und stellung nach als das von selbst sich darbietende ent-*

halten, so ist der sinn der: gebet dass den jungfrauen männer zu theil werden, ihr diesem amte vorstehenden göttinnen, deren mutterschwestern die Mören sind. Daraus ergiebt sich nun von selbst, dass diese göttinnen deswegen nicht mit namen genannt sind, weil verschiedene göttinnen gemeint werden, die der dichter nicht einzeln nennen wollte. Damit aber nicht an Aphrodite und Here gedacht werde, fasst er sie unter einer andern bestimmung zusammen, und bezeichnet sie durch ihre mutterschwestern. An die Charitinnen ist nun wohl allerdings zu denken, aber an diese nicht allein: denn sonst würden sie genannt sein. Also werden ihnen noch die Horen zugesellt werden müssen. Bei dem Hesiodus haben beide zum vater den Zeus, die mutter der Charitinnen aber ist (Theog. 907.) Eurynome, der Horen (901) Themis. Vermuthlich gab Aeschylus beiden dieselbe mutter, sei es die Eurynome oder Themis, oder welche sonst, deren schwestern die Mören waren, die nach in die Theogonie eingeschobenen versen töchter der Themis sind. Aeschylus lässt uns darüber in ungewissheit.]

948. *ὀρθόνομοι* G. Ald. Turn. *ὀρθονόμοι* Rob. et, ut videtur, reliqu. Hoc a *νέμω* factum est, *iusta distribuentes:* illud a *νόμος*, et potest videri praeferendum esse.

949. *δαίμω* pro *δόμῳ* Bekkero teste Ven. et Linwoodio teste Flor. *μετάκοινοι* Turnebus. *μέγακοινοι* M. Par. Rob. *μεγάκοινοι* Aug. G. Ven. Flor. Farn. Ald.

950. *ἐπικριθεὶς* Par. *ἐπιβριθαῖς*, male lecto scripturae compendio quod in G. est, Ald.

951. *ἐν δίκῃς* Rob. Male olim iungebantur haec verba, *ἐνδίκοις ὁμιλίαις*, cum sequentibus.

952. *πάντα* Canterus. *πάντα* M. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. *πάντων* Farn. Turn. *τιμιώτατα* Rob.

955. *χάνυμαι* G. Ald. *ὄμμασι* Ven. Flor.

956. *ἐποπτᾶ* Flor. *ἐποπτᾷ* Farn. *ἐποπτας* teste Bekkero Ven.

957. *ἀπονηναμένας* Ven. (sic Ven.) Flor. Farn.

958. Libri *ἐκράτησε*.

961. *τὰν δ' ἄπληστον* Aug. Rob. *τάνδ' ἄπληστον* M. Ven. Flor. *τὰν δ' ἄπλειστον* G. in quo ante correctionem *τῶν δ'* fuerat. *τόν δ' ἄπλειστον* Ald. *τήνδ' ἄπληστον* Turn.

962. *μήτ'* pro *μήποτ'* Rob.

963. *τάδ'* Rob. *ἀπεύχομαι* Par. *ἐπαύχομαι* Rob. Pro verbo *βρέμειν* in ed. Turn. per errorem e fine sequentis versus repetitum est *πολιτῶν*.

964. *μηδὲ πιοῦσα κόνις* Rob. Turn. et, ut videtur, M. *μὴ δ' ἐπιοῦσα* Aug. Farn. et Bekkero teste Ven. *μὴ δ' ἐπιθῦσα κόνις* G. *μὴ δ' ἐπὶ θυσακόνις* Ald. Deinde *πολιτᾶν* M. Aug. Rob. et ex correctione G. *πολιτῶν* G. ante correctionem et Ald. Turn. *πολιητᾶν* Ven. Flor. Farn.

965. *ποινᾶς* Pauwius, et sic Ven. Flor. Farn. *ποινὰς* M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. Deinde *ἀντιφόνους* Ven. Flor. Farn. Intellige *δι' ὀργὴν τῆς ποινῆς ἁρπαλίσαι ἀντιφόνους ἄτας πόλεως.*

967. *ἀντιδιδοῖεν* M. Aug. G. Ven. Flor. Rob. *ἀντιδοῖεν* Ald. Turn.

968. *κοινωφελεῖ* Aug. Ven. Flor. Rob. Turn. et, ut Franzius ait, M. *κοινοφελεῖ* G. Ald. idque alii ex M. afferunt. Iam olim scripsi *κοινοφιλεῖ*, quam emendationem sequens versus confirmat.

971. 972. *ἆρα* Flor. Farn. et Bekkero teste Ven. *ἄρα* ceteri. Deinde *φρονοῦσιν* M. (sic M.) G. Ald. *φρονοῦσι* Aug. Flor. Turn. *φρονούσης* Ven. Rob. In versu sequente libri omnes (nam sic etiam M.) *εὑρίσκει.* Robortellus ex sua coniectura *εὑρίσκεις* dedit. Porsonus ex Pauwii coniectura *εὑρίσκειν* edidit, non addita interpunctione, quae post *εὑρίσκει* erat. Ego olim scripseram *ἆρα φρονοῦσα γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκεις:* Sed servandum potius est *φρονοῦσιν* et adscito *εὑρίσκειν* continuanda oratio ita ut post *πολίτας* signum interrogationis ponatur. *Num, si sapiunt, his civibus magnum ab his horribilibus vultibus lucrum video bonae linguae viam invenire?* h. e. nonne utile erit bene his Furiis dicere?

974. 975. *εὔφρονας εὔφρονες* Turn. *εὐφρόνας εὔφρονες* Aug. Ven. Flor. *εὐφράνας εὔφρονες* M. Par. *εὔφρανας εὔφρονες* G. Ald. *εὐφρόνως εὔφρονες* Rob. Deinde *ἀεὶ* M. Aug. G. Ald. Rob. *αἰεὶ* Ven. Flor. Farn. Turn.

976. 977. Libri *καὶ γῆν καὶ πόλιν.* Deinde *ὀρθοδίκαιοι* Aug. Ceteri *ὀρθοδίκαιον.* Denique *πάντως* scribendum esse Bothius vidit, et habet hoc Ven. Ceteri *πάντες*, quod inutile est et languet. Scripsi

καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι
πρέψετε πάντως διάγοντες.

978. *χαίρετε, χαίρετ'* Turnebus. Ceteri *χαίρετε* omittunt. Deinde *ἐν αἰσιμίαισι* Schützius in secunda editione, male tamen *πλούτου* omittens. *ἐν αἰσιμίαισιν* ex Farn. affertur. *ἐν αἰσιμίαις* M. Par. Ven. Flor. Rob. In corrigendis Rob. pro *αἰσιμίαις* iubet *ἀξιμίαις* scribi. *ἐραισιμίαις* pro *ἐν αἰσιμίαις* Aug. G. Ald. Turn.

979. *ἀστικὸς* M. G. Ven. Flor. Farn. Ald. Rob. Turn. Sic etiam e correctione Aug. quum antea scriptum fuisset *ἀστυκός*, ut in ed. Vict. Erotianus p. 190. *ἴκταρ, ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί "χαίρετ' Ἀττικὸς λεὼς ἴκταρ ἡμέροι Διός."*

980. *ἴκταρ* G. *ἴκτ' ἄρ* Ald. *ἴκταρ* Rob. Intelligenda sunt haec verba de praestantia et virtute. Plato in Philebo p. 16. C. *οἱ παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες*, et de re p. III. p. 388. B. *Πρίαμον ἐγγὺς θεῶν γεγονότα.* Ipse Aeschylus in Nioba (fr. 169.)

οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγύς, ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,

κοὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

981. 982. *παρθένου* Rob. Turn. *παρθένους* M. Aug. G. Flor. Ald. *παρθένοις* Farn. et Bekkero teste Ven. Deinde *φίλας φίλοι* Aug. Ceteri *φίλας φίλοι.* Denique libri *σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.* Hoc vero admodum ineptum est. Scribendum est

παρθένου φίλας φίλοις
εὐφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.

Nobis Minervae amicis benevolentes deinceps: ut dixerat Minerva *τάσδε γὰρ εὔφρονας εὔφρονες ἀεὶ μέγα τιμῶντες καὶ γῆ καὶ πόλις ὀρθοδίκαιοι πρέψετε πάντως διάγοντες.*

983. δ' omittunt G. Ald. Turn. *ὑποπτεροῖς* G. Ald.

985. *χαίρετε δ' ὑμεῖς* Ven. Flor. Farn. *ποτέραν* Ven. Flor. *δ' ἐμὲ* Porsonus. Libri *δέ με.*

986. Post *ἀποδείξουσαν* vulgo interpungitur.

987. *προπομπῶν* Bentleius in Resp. ad Boylium p. 79. *πρόπομπον* M. Par. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob. Turn. *προπομπὸν* scripsit Victorius. Non praeit in pompa Minerva, ut Müllero visum est, sed *προτέρα στείχει*, i. e. abit de scena ante pompam. Ideo *χαίρετε* dicit. V. Opusc. VI. 2. p. 121. Sed paene non dubito quin inserta v. 987. post *φῶς* copula ita haec scribenda sint,

χαίρετε χὑμεῖς (προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν),
πρὸς φῶς θ' ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν
ἴτε, καὶ σφαγίων etc.

988. *ὑποσεμνῶν* G.

989. *σύμμεναι* G. Ald. *δύμεναι* Turn. *ἀτηρὸν* Bentleius. Libri *ἀτήριον.*

992. *ὑμεῖς δ'* Turn. *ἡμεῖς δ'* M. Par. G. Flor. Rob. Ald. et, ut Franzius ait, Ven.

993. *μετοίκοις* Turn. *μέτοικοι* M. Par. Aug. G. Ven. Flor. Ald. Rob.

996. *χαίρετε χαίρετε διπλοΐζω* Farn. Ceteri *χαίρετε χαίρετε δ' αὖθις ἐπιδιπλοΐζω.* Scribendum erat

χαίρετε, χαίρετε δ' αὖθις, ἐπανδιπλοΐζω.

1001. *εὖ σέβοντες* Turn. Ceteri *εὐσεβοῦντες.* V. Valck. ad Phoen. v. 1331. *μεμέμψεσθε* Ven. Flor.

1003. Libri *αἰνῶ δέ.* Nullus hic locus est particulae adversativae aut orationem continuanti. Scribendum *αἰνῶ τε.*

1004. *πέμψω τι* Rob. *φέγγη* Turn. et Franzio teste Flor. *φέγγει* M. G. Ven. Farn. Ald. Rob. et Linwoodio teste Flor.

1005. *ἔνερθεν* Rob. In Colono qui *χάλκεος οὐδός* dicebatur, aditum putabatur ad inferos habere. Similis specus fuisse videtur etiam in fano Eumenidum, ut in fano Veneris, quae *ἐν κήποις* dicebatur, *κάθοδος* erat *ὑπόγαιος αὐτομάτη*, commemorata a Pausania I. 27, 3.

1006. *ξυμπροσπόλοισιν* Aug. G. Deinde *φρουροῦσιν* M. Rob.

Ceteri φρουροῦσι. Hae πρόσπολοι nescias utrum intelligendae sint e quattuor ἀρρηφόροις duae illae quae peplo Athenaico texendo praeerant (v. Harpocr. in v. ἀρρηφορεῖν. Anecdota Bekkeri p. 202, 3. 446, 18. Etym. M. p. 149, 8. Paus. I, 27, 3.), an τραπεζοφόρος et κοσμώ, quas omnia Minervae sacra Athenis curasse narrat Harpocration in v. τραπεζοφόρος.

1008. Θησῆδος Wakefieldius et Porsonus. Θησήϊδος M. Aug. G. Ald. Rob. Turn. Θρησήϊδος Ven. Flor.

1009. Post hunc versum aliquot versus excidisse demonstravi in Opusc. II. p. 133. seq. VI. 2. p. 117 seqq. Primum enim nexus nullus est inter hunc et sequentes versus. Deinde τιμᾶτε sic nude positum aliquid excidisse monstrat. Porro iuvenum, virorum, senum commemoratio desideratur, et dixerat Minerva v. 840.

καὶ σὺ τιμίαν
ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως
τεύξει παρ᾽ ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων....

Denique, quod ne poterat quidem aliter fieri, satis testatum est accepisse in hac tragoedia Furias a Minerva Eumenidum nomen. Aristophanes grammaticus (huic enim argumentum Eumenidum in codice M. tribuitur) Ὀρέστης ἐν Δελφοῖς περιεχόμενος ὑπὸ τῶν Ἐρινύων βουλῇ Ἀπόλλωνος παρεγένετο εἰς Ἀθήνας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· ἧς βουλῇ νικήσας κατῆλθεν εἰς Ἄργος. τὰς δὲ Ἐρινύας πραΐνασα (ita scribendum: πραΐνας M.) προσηγόρευσεν Εὐμενίδας. Harpocration in v. Εὐμενίδες, — Ἀδοκίδος ἐν Εὐμενίσιν, ἐλιὼν τὰ περὶ τὴν κρίσιν τὴν Ὀρέστου, φησὶν ὡς ἡ Ἀθηνᾶ πραΐνασα τὰς Ἐρινύας, ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, Εὐμενίδας ὠνόμασεν. εἰσὶ δὲ Ἀλκιστώ, Μέγαιρα, Τισιφόνη. Sumpserunt haec ab Harpocratione Photius et Suidas.

1010. φοινικοβάπτους Ald. φοινικόβαπτος Turn. ἐσθήμασιν Ven. Farn. ἐσθήμασι ceteri. Ἔνδυτός non simpliciter quod induitur significat, sed quod ornatus caussa. V. Eur. Iph. Aul. v. 1079. Troad. 259. Apud eundem in Ione v. 231. ἐνδυτὸς στέμμασι *sertis ornatus* est. Sic ἐνδυτῆρα πέπλον Sophocles dixit Trach. v. 674.

1011. τιμᾶτε Ven. Flor. Rob. Turn. τιμᾶταί M. Aug. G. τιμᾶται Ald. ὁρμάσθω Rob. ἑρμάσθω G. Ald.

1013. τολοιπὸν Ven. Farn. εὐάνδροισι Flor. εὐάνδροισιν M. G. Ven. Ald. Rob. Turn. πρέπει Ald.

1014. προπομπὸς χορὸς adscriptum in Flor. Chori nomen in M. Aug. Par. Ven. Ald. Turn. Nulla personae nota in Rob. βᾶτε δόμῳ Wellauerus. βάτ᾽ ἐν δόμοι M. βάτ᾽ ἐν δόμῳ (vel δόμῳ) Aug. Par. G. Ven. Flor. Ald. βᾶτ᾽ ἐνδόμῳ Rob. βάτ᾽ ἐκ δόμων Turn.

1015. Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες non dicuntur Furiae quod prole careant, quae Schützii et O. Mülleri opinio fuit, sed intelliguntur grand-

aevae. Ita v. 72. *Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες.* Deinde *ὑπενθύφρονι πομπᾷ* Ald. *ὑπ' εὐθύφρι πομπᾷ* Flor. Ceteri *ὑπ' εὐθύφρονι πομπᾷ.* Ludovicus Dindorfius in Stephani Thes. vol. III. p. 2503. scribendum coniecit *ὑπ' εὔφρονι πομπᾷ.* Id recepi.

1016. *εὐφημεῖτε δὲ* Flor. Deinde libri *χωρεῖτε.* Scribendum esse *χωρῖται* indicavi in Elem. doctr. metr. p. 435. Pluribus exemplis hoc vocabulum illustrat Stephanus Byzantius in v. *χώρα.* Intelliguntur autem *incolae regionis* vel *cives.* Sed fuerunt fortasse qui *προπομποὺς* indicari crederent, quandoquidem Hesychius scribit *χωρίτης, ἀγρώτης, ἄγροικος. ἄλλοι τὸν ὁδηγόν.* Ceterum praecedentia, non habita ratione versus intercalaris, cum sequentibus ita nexa sunt, *βᾶτε δόμῳ γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν.*

1017. *ὠγυγίοισι* Turn. Sed ceteri omnes recte *ὠγυγίοισιν.*

1018. Libri *καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις.* Prius *καὶ* iam olim delevi. Deinde *περισέπται τύχαι τε* M. Par. *περίσεπτα τύχαι τε* Aug. sic ut super *α* primi vocabuli duo puncta sint (hoc modo:), quibus incerta scriptura indicatur. *περισεπτά τύχαστε* sic G. *περισέπτα τύχα τε* Ven. *περισέπτα τύχα τε* Flor. Farn. Rob. *περὶ σεπτὰ, τύχαστε* Ald. *περίσεπτα, τύχαις τε* Turn. Musgravius *περίσεπτα τυχοῦσαι.* Ea emendatione, ut simplicissima, recepta, scripsi

τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπτα τυχοῦσαι.

Sed incerta est huius versus emendatio. Possunt enim multa alia excogitari. Quod in Opusc. VI. 2. p. 125. scribendum conieci *πυρισέπτοροι τύχα τε*, servato in strophico versu *ὑπ' εὐθύφρονι πομπᾷ*, dactylicoque numero ad paeonicum progrediente, prorsus intolerabile visum est Schoemanno. Sed quum saepius tamquam insigne quid commemorentur ardentes faces (v. 987. 1004. 1011. 1021. 1024.), hic quoque ignium honoris, cuius compotes factae sunt Eumenides, aptissime fieret mentio. Ipse Schoemannus scribendum putavit *τιμαῖς καὶ θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς περίσεπται.* Verum Aeschylus dixisset, puto, *περίσεπτοι*, neque *τε καί* posuisset. Melius scriberetur *τιμαῖς καὶ θυσίαις πυρισέπτοις τε σὺν εὐχαῖς*, aut *πυρισέπτοις τε τύχαισιν.*

1019. *εὐφημεῖτε δὲ* Flor. *πανδαμὶ* M. Aug. Par. G. Ald. *πανδαμεὶ* Rob. Turn. *πανδημεὶ* Ven. Flor. Farn.

1020. Libri *Ἕλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ.* Scribendum

Ἕλαοι δὲ καὶ τᾷδ' εὔφρονες γᾷ.

1021. *σὺν*, quo libri carent, ego inserui.

1022. Libri *λαμπάδι*, sed in M. *άδι* in litura ab alia manu scriptum est. Scribendum erat *λάμπα.* V. ad v. 379. Deinde libri *τερπόμεναι. καθ' ὁδόν δ'*, nisi quod G. interpunctionem post *τερπόμεναι* omittit. Scribendum est *τερπόμεναι καθ' ὁδόν*, omisso *δ'*. Id etiam Boissonadus vidit.

1023. *ὁλολύξατε* G. Ald. *ἐπιμολπαῖς* Rob.

1024. *ἐς τὸ πᾶν* dictum ut *εἰς τὸ πᾶν χρόνου* v. 662. *ἔνδαι-*

δες οἴκων M. Aug. *ἔνδαι δ' ἐς οἴκων* G. Ald. Turn. *ἔνδαδες οἴκων* Rob. *ἔνδαδες οἴκων* Ven. Flor. Farn. V. Lob. Paralip. p. 143.

1025. 1026. *παλλάδος ἀστοῖσι ζεὺς παντόπτας* M. Aug. G. Ven. Flor. Farn. Rob. *παλλάδος ἀστοῖσι ζεὺς πανόπτας* Ald. Turn. Deinde *μοῖρά τε* Rob. *μοίρα τε* Aug. G. Ven. Flor. Ald. Turn. Scribendum est, ut Musgravius quoque partim intellexit,

σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων
Παλλάδος ἀστοῖς· Ζεὺς ὁ πανόπτας
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.

Pax in omne tempus cum lumine taedarum in sedibus (Furiarum) *Palladis civibus: Iuppiter et Parca sic consenserunt.*

Post v. 1027. in M. subscriptum *ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΣΥΝ ΘΩ ΤΕΛΙΟΣ.* In G. *τέλος εὐμενίδες δράματος αἰσχύλου.* In Ven. Flor. *ἰδοὶ πάλιν γε τέρμα τῶν εὐμενίδων.*

DE RE SCENICA IN AESCHYLI ORESTEA.

[Edita est haec dissertatio anno MDCCCXLVI.]

Ex quo Volgangus Goethius Euripidis Iphigeniam nostri aevi ingenio accommodatam in scenam emisit, Fridericus autem Schillerus recentioris historiae argumentis imitari Graecorum tragoedias studuit, ex parte via videbatur monstrata esse quam ingrederentur qui posthac essent tragoedias scripturi. Non exstitit tamen qui rem inchoatam perficeret: quippe nec satis cognitae erant leges Graecae tragoediae, et deterrebat chori usus, quem Goethius scite effugerat choricis partibus in Iphigeniam translatis. Nuper demum ipsa Graeca tragoedia laudabili conatu in theatrum producta, quamquam in potissimis quibusdam rebus erratum erat, tamen ita hominibus ostendit quanta vis sit antiquae simplicitatis, ut etiam qui novitate primo stupuerant tardiores et hebetiores animi, mox incredibiliter se commotos esse faterentur. Iam vero audimus etiam integram illam trilogiam, quae sola servata est, in brevius contractam theatro traditum iri: quam in patriam linguam transferre iussum Ioannem Franzium quum videam auctoritate O. Mülleri et I. Gust. Droysenii permotum adscivisse quae hi viri incredibila commenti sunt, operae pretium duxi de re scenica in istis tragoediis pauca disserere. Accidit enim illis, ut, quum omnia quam accuratissime exornare cuperent, antiqua cum hodiernis commutarent, putarentque, quae nunc fortasse placeant, etiam Graecis ante plus quam duo annorum milia placuisse. Verum in ea re levitas et cursim peragratae antiquitatis ostentatio, non peritia et studium veritatis cernitur. Facile est fingere quae facta esse potuerint (et non haec tantum, sed etiam quae ne potuerunt quidem fieri pro veris vendita videmus): verum qui non lusus luxuriantium ingeniorum, sed res testatas aut iusta ratiocinatione inventas repraesentare volent, eos non decet proferre quae neque an fuerint sciunt, et, si quaererent, aut non fuisse, aut multo aliter comparata invenirent. Ita quis credat Furias in Eumenidibus foeda illa specie introductas esse quam pictam dedit C. A. Böttigerus, neque

intelligat refutari istud inventum multis illis antiquae artis operibus, in quibus Furiae Orestem persequentes conspiciuntur? aut quis credat aram Delphicam in scena positam esse illis quas Euripides nominavit deorum imaginibus ornatam, quod Müllero visum est, quia deos Delphis cultos sacerdos Pythia invocet? Naturam imitabantur Graeci, eoque in omne aevum pro exemplis veri rectique erunt. Atqui naturae legem esse constat, quod paucis fieri possit, non efficere per multa, hoc est, ut aliis verbis dicam, nihil instituere quod non sit necessarium. Et quam in picturis Graecorum caelaturisque simplicitatem cernimus, in quibus quae non necessaria sunt vel plane omittuntur, vel significantur magis quibusdam notis quam contemplanda exhibentur, ita quis dubitet quin idem etiam factum sit in rebus scenicis? Immo ne coniectura quidem opus est, quum apertissimum documentum praebeat chorus, qui prius ex duodecim, post ex quindecim hominibus constans non solum ubique fere pro multo maiore hominum multitudine est, sed etiam pro certo eoque maxime dispari numero, ut in Supplicibus Aeschyli et Danaidibus pro quinquaginta filiabus Danai totidemque earum ancillis. Hinc aestimari licet, splendidum et magnificum illum apparatum, quem isti quos dixi viri excogitarunt, relinquendum esse vana somnia simplici veritati praeferentibus, neque inferenda in theatrum, quae Athenienses, qui Aeschyli tragoedias agi viderunt, non solum stupuissent, sed etiam risissent.

In Agamemnone conspici ait Franzius, ut omittam quae Droysenio ludere placuit, regiam Argorum, cuius duarum alarum in dextra domestici habitent, in sinistra autem hospites accipiantur. Recte hoc quidem, si dextram sinistramque dicit, quae spectatoribus ad dextram sinistramque sint. Nam veteres pugnantia inter se memorant, in iisque qui sua ex diversis scriptoribus excerpsit Pollux. Apud eum IV. 125. haec leguntur, *ἐν δὲ τραγῳδίᾳ ἡ μὲν δεξιὰ θύρα ξενών ἐστιν, εἴρκτη δὲ ἡ λαιά.* Credet quis, quoniam dextra ubique potiora habentur, dextram dici quae exeunti ex regia ad dextram sit. At §. 126. ita scriptum est, *παρ' ἑκάτερα δὲ τῶν δύο θυρῶν τῶν περὶ τὴν μέσην ἄλλαι δύο εἶεν ἄν. μία ἑκατέρωθεν, πρὸς ἃς αἱ περίακτοι συμπεπήγασιν, ἡ μὲν δεξιὰ τὰ ἔξω πόλεως δηλοῦσα, ἡ δ' ἑτέρα τὰ ἐκ πόλεως, μάλιστα τὰ ἐκ λιμένος. — τῶν μέντοι παρόδων ἡ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν ἢ ἐκ λιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει, οἱ δὲ ἀλλαχόθεν πεζοὶ ἀφικνούμενοι κατὰ τὴν ἑτέραν εἰσίασιν.* Haec aperte diversorum scriptorum verba sunt: nam si dextra *περίακτος* quae extra urbem sunt, sinistra autem quae ab urbe et portu apparent ostendit, non possunt, ut alter dicit, qui ex urbe aut rure aut a portu veniunt, quae pertinent ad urbem, e dextro aditu, peregrini autem e sinistro prodire: ex quo consequitur alterum ut in proscenio, alterum ut inter spectatores stantem esse locutum: et hic quidem etiam illud recte scripsit, qui pedibus veniant, eorum esse sinistrum aditum: nam qui peregrini navi appulerunt, ex portu qui ad urbem est ea qua ipsi cives via veniunt. Cum priore illorum scriptorum consentit

is qui scripsit quae in vita Aristophanis p. XIV. b. in Küsteri editione de choro dicta sunt, *καὶ εἰ μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως ἤρχοντο ἐπὶ τὸ θέατρον, διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀψῖδος εἰςῄει, εἰ δὲ ὡς ἀπὸ ἀγροῦ, διὰ τῆς δεξιᾶς:* non enim repugnat illud *ἐξ ἀγροῦ*, quia chorum intelligit non ex suburbiis, sed ex remotis ab urbe locis venientem. Cum altero autem patet Photium facere, qui scripsit, *τρίτος ἀριστεροῦ· ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ προσκηνίῳ· συνέβαινεν οὖν τὸν μέσον τοῦ ἀριστεροῦ στοίχου τὴν ἐντιμοτάτην καὶ τὴν οἷον τοῦ πρωτοστάτου χώραν ἐπέχειν καὶ στάσιν.* Eadem fuit scholiastae Aristidis sententia p. 535. 536. Nimirum plerumque ex civibus urbis constabat chorus, quem consentaneum est, si quando ex peregrinis compositus erat, ut Titanum ille in Prometheo soluto, altero aditu in orchestram prodisse. Et haec quidem quae de choro tradita sunt non sinunt dubitari quin dextra et sinistra in re scenica rectius ea dicantur, quae spectatoribus ad dextram et sinistram sunt. De qua re non videtur aut Droysenio constitisse aut Franzio, qui nusquam quid dextrum sinistrumve dicant indicarunt, sed ubique viam civium et peregrinorum nominaverunt. Habemus vero etiam de ipso proscenio luculentum testimonium in principio Electrae Sophoclis, ubi paedagogus Oresti, veniunt autem Mycenas ex Phocide, haec dicit,

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος· οὗξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός· οἷ δ' ἱκάνομεν,
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

Nam peregre ab sinistra venienti ad sinistram monstrari poterat templum Iunonis: quod si ab dextra venirent, ad sinistram respicientibus non templum erat ullum, sed consessus spectatorum. Recte igitur Franzius, etsi haud scio an sinistra cum dextris permutans, in sinistra regiae ala hospitalia collocavit: convenitque cum ea re quod scholiastes Aristidis dicit p. 535. de solis ille quidem choris loquens, *ἐν μὲν χοροῖς τὸ εὐώνυμον τιμιώτερον, ἐν δὲ πολέμοις τὸ δεξιόν.* Illud vero sine ulla caussa fictum est, excubitorem in tecto illius alae, quam domestici teneant, ex strato exsurgere. Nam neque indicatum est de ea re quicquam, et parum veri simile est, illius alae potius quam ipsius regiae tectum, ex quo ut altissimo loco longissime prospectus pateret, pro specula fuisse. Nam ne quis forte turriculam fingat observando igni exstructam, quia Pollux §. 127. 129. *φρυκτώριον* commemoret, cogitare debebit eo nomine potius pharum significari, in qua accensus ignis navibus iter monstret.

Post v. 39. adnotatum est via civium in orchestram prodire chorum et circum thymelen ambulare. At ambulatio illa orta est ex vano commento Mülleri, thymelen in orchestra fuisse putantis, quam in lignea illa orchestra, quae fabularum agendarum caussa exstruebatur, nec fuisse

ullam, et in quibusdam fabulis, ut in Prometheo, in Philocteta, in Cyclope, ne potuisse quidem aram, ut in locis desertis, cogitari, alibi demonstratum est. Anapaestos chori Droysenius suopte arbitrio tribus quos finxit chori ducibus distribuit.

Post v. 82. ex foribus regiis processisse accipimus sollemnem pompam famularum pateras et urceos tenentium, quae in orchestram descendat sacrificandi caussa; in proscenio autem apparere Clytaemnestram cum comitatu, quae dum sacra faciat, pronuntiare chorum anapaestos. Haec magnifica luxuriantis ingenii commenta, accepta illa a Droysenio, pariter ut ambulatio circa thymelen, alienissima sunt a Graecae tragoediae simplicitate: nec si quis quaerat unde sumpta sint, erit quod responderi possit. Nemo nisi ipsa regina prodit, quam duae comitantur famulae, ut mos est.

Sicuti post v. 345. ed. Well. [339. ed. Herm.] et post v. 600. [592.] abitus Clytaemnestrae notatus est, sic etiam post v. 572. [564.] eam redire indicandum erat.

Post v. 756. [748.] narratur ex Droysenii inventione in curru triumphali Agamemnonem advehi in orchestram; praecones, milites hastatos, iumenta clitellaria spoliis onusta, vehicula cum captivis mulieribus Troianis aliaque advenire; in curru regis sedere Cassandram. Quis haec miracula tradidit? nemo. Immo non solum tacet de his rebus poeta, sed ex parte refutat etiam istum apparatum ipse. Nam istum triumphalem currum, quem chorus 1040. [1029.] ancipiti vocabulo *ὄχον* vocat, Clytaemnestra v. 880. [873.] 1009. [998.] *ἀπήνην* et chorus v. 1021. [1013.] *ἁμαξήρει θρόνον* dicit, ut commune vehiculum, quali iter facientes utuntur, idque nescio an mulis iunctum intelligi debeat. Vnde vero sumptum est illud, in orchestram advectum esse Agamemnonem? Scilicet aliud ex alio commentum nascitur. Quia cum exercitu ingentique comitatu impedimentorum advenisse rex visus est, non satis spatii tot hominibus, iumentis, vehiculis in proscenio fuisse putabatur. Sane, si quicquam istorum introductum esset. At id vel per se ineptum fuisset: nam revertentem a Troia Agamemnonem quis non credat antevertisse tardius incedentem exercitum, quo citius domum suam reviseret? Quid igitur necesse erat ut vehiculum eius in orchestra consisteret, quum nihil impediret, quin in proscenium adveheretur? Sed contulit aliquid ad illud inventum opinio eorum, qui per orchestram illuc adscendere sibi persuaserunt eos, qui non ex aedibus in proscenio exeant: quae opinio quum ex male intellectis quibusdam poetarum locis, tum ex Pollucis perversitate orta est, qui quum §. 127. dixisset peregre advenientes ex sinistro aditu prodire, haec addidit, *εἰςελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαίνουσι διὰ κλιμάκων:* in quo loco duplex videtur error esse, alter ipsius Pollucis, ut alibi indicavi, qui illa, *εἰςελθόντες δὲ εἰς τὴν ὀρχήστραν* (sic enim codices haec scripta dare Kuehnius et Iungermannus testantur) illis quae §. 109. posuerat, subiungere debe-

bat, quorum postrema sunt ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ καθ' ἕνα ἐποιοῦντο τὴν πάροδον: ad chorum enim pertinent: alter error scribae videtur esse, qui omiserit quaedam: nam illud, ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαίνουσι διὰ κλιμάκων, non poterat recte sic simpliciter de choro dici, sed ita tantum, ut adderetur, si quos ex choro aliquid in proscenio agere oporteret, tum eos illuc per gradus adscendere: qui gradus, ut hoc in transcursu addam, non transversum, ut in Antigona vidimus, ab utroque latere, sed rectum ex orchestra adscensum praebebant, ut ex Athenaei mechanici verbis picturisque vasorum intelligitur. Iam ergo, si quis ostendere volet, vehiculum, in quo Agamemno et Cassandra sedebant, in orchestram esse advectum, demonstrare debebit, iuxta periactos, quae non, ut quidam absurdissime crediderunt, frontes suas eadem in linea cum aedibus in scena conspicuis, sed ante frontem scenae obliquas spectatoribus ostendebant, non satis spatii iumentis et vehiculo ad ingrediendum in proscenium fuisse. Atqui ea spatia utrinque praebent aditus eos, qui αἱ ἄνω πάροδοι vocabantur, quos non est verisimile tam angustos fuisse, ut uni tantum homini accessio esset, siquidem saepe etiam plures, iique aliquid portantes, ut si afferendum vel efferendum corpus mortui esset, per eos ire necesse erat. Quod si nihil caussa erat cur Agamemno praeter morem non ex superiore aditu in proscenium adduceretur, falsum est illud quoque, quod ad v. 879. [872.] adnotatum est, Clytaemnestram per aliquot gradus descendere, ut obviam eat Agamemnoni.

Ad v. 1042. [1031.] adnotatum est Cassandram oculos tollere et conspicere domum regiam. Quum nusquam indicatum sit quando descenderit Cassandra de vehiculo, lectorem putare necesse est omnem illam motus plenissimam scenam ab sedente peragi, quod apertum est fieri nullo modo potuisse, nisi et poetam et actorem et totum theatrum sensu caruisse putabimus. Itaque monendum erat eam post v. 1041. [1030.] descendere, id quod ipsa quae praecedunt verba chori testantur. Et tamen Droysenius demum post v. 1267. [1253.] eam currum relinquere adnotavit. Idemque post v. 1303. novam ambulationem chori circum thymelen cum tribus ab se creatis chori ducibus instituit.

Ad v. 1345. [1332.] recte dictum est Clytaemnestram per ἐκκύκλημα conspici. Nam tractis tabulatis apparet illa intus in conclavi stans ad corpus mariti. Droysenius vult eam super humero securim gerere, et corpora Agamemnonis et Cassandrae puniceis velaminibus tegi. Quod ex eiusdem sententia ad v. 1559. [1545.] adnotatum est, Aegisthum regio pallio amictum, circumdatum hastatis, ex hospitalibus prodire, in maius auctum est. Hastati enim isti non sunt plures quam duo ministri, neque intelligitur, cur ex hospitalibus prodire Aegisthus debeat. Certe non pro hospite apud Clytaemnestram absente Agamemnone videtur habitasse. Eum in Odyssea quidem legimus III. 272. Clytaemnestram ut uxorem in domum suam traduxisse, in qua est etiam Agamemno, ut IV. 532. narratur, occisus.

